M. TULLII CICERONIS

OPERA

QUAE SUPERSUNT OMNIA

AC

DEPERDITORUM FRAGMENTA.

M. TULLII CICERONIS

OPERA

QUAE SUPERSUNT OMNIA

AC

DEPERDITORUM FRAGMENTA

RECOGNOVIT

ET SINGULIS LIBRIS

AD OPTIMAM QUAMQUE RECENSIONEM

CASTIGATIS

CUM VARIETATE LAMBINIANA MDLXVI, GRAEVIO-GARATONIANA, ERNESTIANA, BECKIANA, SCHUETZIANA, AC PRAESTANTISSIMARUM CUIUSQUE LIBRI EDITIONUM INTEGRA, RELIQUAE VERO ACCURATO DELECTU BREVIQUE ADNOTATIONE CRITICA

EDIDIT

IO. CASP. ORELLIUS.

VOLUMINIS V. PARS II.

TURICI

TYPIS ORELLII, FUESSLINI ET SOCIORUM.

MDCCCXXXIII.

M. TULLII CICERONIS

SCHOLIASTAE

C. MARIUS VICTORINUS
RUFINUS
C. IULIUS VICTOR
BOËTHIUS

FAVONIUS EULOGIUS
ASCONIUS PEDIANUS
SCHOLIA BOBIENSIA
SCHOLIASTA GRONOVIANUS.

EDIDERUNT

IO. CASP. ORELLIUS ET IO. GEORGIUS BAITERUS

TURICENSES.

PARS ALTERA.

TURICI
TYPIS ORELLII, FUESSLINI ET SOCIORUM.
MDCCCXXXIII.

Q. ASCONII PEDIANI

ET

PSEUDO-ASCONII

AD

NONNULLAS M. TULLII CICERONIS ORATIONES

COMMENTARII.

EDIDIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

[redacted]

PRAEFATIO.

Qui nuper aureolo libello de Q. Asconii Pediani aetate ac reliquiis disseruit et id, quod maximi momenti est, firmissimis argumentis probavit, ab Asconio alienissimum esse Verrinarum orationum enarratorem, Io. Nic. Madvigius (*Disputatio critica de Q. Asconii Pediani et aliorum veterum interpretum in Ciceronis orationes commentariis Havniae* 1828. cui accessit ibid. eodem anno: *Appendix critica*): idem etiam de Asconianorum quasi historia et externo habitu ita egit, ut in enumerandis codicibus et editionibus ipsius verbis quam meis uti satius duxerim. Quod tamen sic intellectum nolim, quasi in omnibus disputationis partibus cum Madvigio consentiam; sed ubi quid vel corrigendum vel addendum videbatur, id subiectis feci adnotationibus, quas, ne cum alienis confunderentur, asteriscis insignivi. Verba igitur Madvigii haec sunt:

Asconii vulgo ad nos pervenisse putantur commentarii in Ciceronis Divinationem, Act. I. in Verr., Act. II. in Verr. Lib. I. et Libri II. partem (ad c. 44.), tum in orationes pro Cornelio I. et II., in toga candida, pro Scauro, in Pisonem, pro Milone. Qui quales ipso genere sint, prius quam dicamus, nonnulla necessario de eorum quasi historia et externo habitu disserenda sunt; pertinet enim, haec tenere, tum ad recte de Asconii scriptis iudicandum, tum ad ea emendanda (1).

(1) In hac disputationis parte plus efficere poterunt, qui aut ipsum Poggii apographum Florentiae inspiciendi potestatem habebunt, aut certe alios codd. ex

Poggium Bracciolinum, Florentinum, eruditione et scriptis clarum, quum concilio Constantiensi ab a. 1414. ad a. 1418. interesset, multa et praeclara veterum scripta ex bibliothecis Germaniae et Helvetiae protraxisse et in Italiam pertulisse, nemo est, qui ignoret, ex iis, quibus literae Latinae curae sunt(1). Inter haec Asconii quoque commentarios, qui nunc exstant, tum reperit in monasterio Sancti Galli apud Helvetios a. 1416. et descripsit, de qua re testis est et ipse Poggius(2) et alii(3), servaturque codex Poggii manu scriptus hodie Florentiae in bibliotheca Riccardiana(4). Barptolemaeus quoque de Montepoliciano, Poggii comes et in investigatione veterum scriptorum socius, se, quum Asconius inveniretur, adfuisse, significare videtur in adnotatione codici, qui ab eo scriptus in bibliotheca Laurentiana servatur, subiecta(5). Pistorii in bibliotheca, quam patriae suae reliquit Sozomenus, Canonicus Pistoriensis, exstat codex Asconii, quem non

---

eo ductos. Tum libris nonnullis aegre carui; ut statim Poggii historiae de varietate fortunae libros IV. cum epistolis nunquam editis, Lutet. Paris. vulgatos a. 1723, nancisci non potui; quod eo molestius tuli, quod apud Bandinium in Catal. Codd. Latt. Bibl. Laur. II. p. 503. haec scripta sunt: „Saepe de suo Asconii Manuscripto in Epistolis ad Niccolum loquitur idem Poggius." Neque Iacobi Leolaot Poggiana (Amstelod. 1720. 8.) habui*).

(1) Vid. I. B. Recanat. vit. Poggii ante Poggii hist. Florent. Venet. 1715. 4. et in Graev. et Burm. Thesaur. Antiquitt. Ital. T. VIII. p. 1. (pag. 10. seq.) Fabric. Bibl. Lat. Lib. II. c. 15. T. II. p. 259. sq. Em. Tiraboschi Storia della letterat. Ital. VI. 1. p. 104. (ed. Rom. 1783. 4.) VI. 2. p. 43. sq. Heeren Gesch. d. Studiums d. class. Litterat. II. p. 222. sq.

(2) In ep. ad Guarin. Veronensem data Constantiae XVII. Cal. Ian. Anno Christi MCCCCXVII. edita post alios a Fabricio Bibl. Lat. l. l. p. 260. et in subscriptione cod. Valerii Flacci apud Pignor. in Antenore c. 16. (Thesaur. Antiqq. Italiae VI. p. 3. p. 80.) unde descripsit Vossius et Fabric. (Bibl. Lat. II. 14. T. II. p. 251.): *C. Valerii Flacci Argonauticon. Hoc fragmentum repertum est in monasterio Sancti Galli, prope Constantiam XX. millibus passuum una cum parte Q. Asconii Pediani. Deus concedat alteri, ut utrumque opus reperiat perfectum, nos quod potuimus egimus. Poggius Florentinus.* Alii Poggii epistolae de Quintiliano et Asconio respondit Leon. Arretinus Idibus Septb. 1416. Vid. eius epp. IV. 5. p. 112. Flor. 1741. (IV. 4. p. 122. Fabr.).

(3) Franc. Barbarus, Venetus, in collaudatione ad Poggium data Venet. 1417. 7. Iul. (ap. Fabric. Bib. Lat. l. l. 262.) Vossius de historicis Lat. III. 5. Raphaëlem Volaterranum et Iovium laudat. Adde subscriptionem ed. 1. et Robortelli Adnott. II. 7. (in Grut. Fac. Art. II. p. 70.)

(4) Bandini l. cit. et Mai., cuius causa codex nuper inspectus est a Zannonio, Florentino, commeot. de ed. princ. Mediol. operum Front. (in Cic. Oratt. Fragm. 1817.) p. 36.

(5) Vid. de hoc Barptolemaeo Franc. Barb. l. l. (not. 3.). Bandini l. l. p. 453. et 638. Lagomars. epist. ad Facciol. in ed. septem eius oratt. Rom. 1755. 8. (laudant Bandinius et Maius; ipse non vidi.). Codex est plut. 54, 5., cuius in fine haec leguntur: *Finis argumentorum quorundam* (Mai. *quarundam*) *Orationum Ciceronis, eorum, quae invenimus in Monasterio Sancti Galli, quae licet imperfecta et in compluribus locis corrupta esse videantur, non mediocrem tamen bene studentibus poterunt utilitatem afferre. Die XXV. Iulii MCCCCXVI. B. de Montepoliciano.*

---

*) His libris et ipse aegre carui. Quem vero praeter illos a se non adhiberi potuisse indicavit in Addeodis Madvigius, „W. Shepherd life of Poggio Bracciolini," huius versio quidem Gallica mihi praesto erat, sed novam lucem inde Asconianis nullam afferri intellexi.

improbabile est ab ipso Sozomeno in Helvetis descriptum esse(¹). Constantiae enim tum Sozomenum fuisse, Bandinius adnotavit, ac fortasse operam suam ad conquirendos antiquorum scriptorum libros una cum Poggio aliisque viris clarissimis contulisse. Ita quum Asconii pars in Italiam perlata esset, non defuerunt hominum studia in exemplaribus describendis; itaque non pauci Asconii codices postea in hominum manibus versati sunt, omnes ex Poggii apographo descripti, ut in bibliotheca Laurentiana praeter cod. B. de Montepoliciano tres sunt huiusmodi codd., plut. 50. cod. 4., plut. 54. cod. 27., plut. 54. cod. 29., quorum primum et secundum Lagomarsinius contulit(²), in Ambrosiana duo, quos Maius adhibuit(³). Neque alius generis fuerunt, quos editores Asconii adhibuerunt, Danesius, Hotomanus, Graevius, quod ex eo perspici potest, quod non solum omnes easdem habent lacunas, sed in corruptelis gravissimis ita consentiunt, ut satis adpareat ex uno fonte ductos esse, subinde correctos, saepe interpolatos et depravatos(⁴); nisi forte ex Bartolomaei et Sozomeni codd. exemplaria nonnulla transscripta sunt, quod tamen vix factum puto, Poggii, hominis celeberrimi et inventoris, auctoritate caeteris officiente. De codice Sancti Galli nemo amplius cogitasse videtur, factumque est in hoc cod., quod in aliis antiquissimis, et ex quibus novae scriptorum veterum partes erutae essent, ut in cod. Livii Bambergensi, ut prorsus negligeretur, neque a quoquam commemoraretur; neque quid eo factum sit, nunc constat*). Neque id mirum est; nondum enim in Helvetis et Germania harum literarum studia renata erant; postea res iam in oblivionem abierat, versabanturque in hominum manibus apographa Poggiana, quae quam recentia essent, vix auspicabantur, neque obscuras illas Sancti Galli latebras iterum perscrutandas putabant. Longe enim post homines eruditi in codicibus aestimandis severi esse coeperunt(⁵).

(¹) Bandini l. l. p. 503. Ad calcem codicis haec leguntur: *Finis argumentorum quorundam Orationum Ciceronis, quae invenimus in Monasterio S. Galli, quod XV. millibus passuum a Constantia remotum est. X. Kal. Aug. MDCCCCXVII. Constantiae.* In anni nota error esse videtur apud Bandinium**).

(²) Band. l. c. p. 503. Niebuhr Röm. Gesch. 1. p. 492. ad. ait.

(³) Fragm. Orat. praef. alt. p. 25. (p. XXXIII. Beier.) et in catalog. Cic. codd. Ambrosian p. 232. et 233. Inscriptiones in alterius initio, alterius fine indicant, commentarios in concilio Constantiensi repertos fuisse. Nescio autem, num Poggius ipse apographo suo nomen subscripserit, ac paene suspicor non factum, quoniam Zannonius, *manum ipsam Poggii evidenter agnosci*, Maio scripsit, nominis adiecti mentionem sine dubio facturus, si adesset. Inde factum puto, ut nec in Mediolanensibus codd. adderetur; neque in Florentinis esse Bandinius tradidit.

(⁴) Multo maior esset codd. discrepantia, proferrenturque diversae eorum lectiones, si qui, non dico ex alio quam ex Sangallensi, sed si ex hoc ipso, non ex Poggianis schedis, derivati essent. Nunc diversae lectionis in Asconianis nihil est, nisi levissimae scribarum recentissimorum aberrationes et editorum coniecturae.

(⁵) Norunt eruditi, quam diu in multis Ciceronis operibus criticos luserit fallax recentium codd. Italicorum auctoritas, quum in angulis Germaniae Galliaeve vel ipsius Italiae (ut Vaticanus Philippicarum) pauci sed integriores codices laterent.

*) Vide Orellii Epist. crit. ad Madvigium pag. XII. seqq.

**) Cf. de hoc codice Laurentii Mehus praefat. ad Ambrosii Traversarii Epistolas et Vitam. p. 45., ubi subscriptionis pars extrema accuratius sic exhibetur: *quod XV. millibus passuum a Costantia remotum est. Τέλος X. Kal. Aug. MCCCCXVII. Costantiae.*

Itaque ad eandem apographorum Poggianorum familiam pertinere arbitror codd. duos Parisinos, Vindobonensem Gothanumque a Savignio commemoratos([1]). Quum igitur in Asconianis omnia referantur ad auctoritatem codicis Sangallensis, et, ut nunc quidem res est, apographi Poggiani, dolendum est de neutro codice satis dilucide tradi posse. Poggium quidem omnia ea, quae nunc pro Asconianis eduntur, descripta ex Helvetia adtulisse, uno in loco reperta, contra quam suspicatus erat Niebuhr, intelligitur quum ex codice eius Florentiae servato, et ex ceterorum codd. et edit. primae subscriptionibus, tum ex ipsius verbis([2]). Qualis antem fuerit cod. Sangallensis, non indicat. Mutilum fuisse adparet; in ipso tamen commentariorum contextu folia, nisi uno loco, ut mox dicam, abfuisse non videntur. Lacunae in Poggii apographo multae fuerunt; in codice ipso non tam vacua spatia fuisse puto, quam partim foliorum oras aut avulsas aut a tineis blattisque paene comesas fuisse([3]), partim in codice antiquo et situ corrupto scripturam aliquot locis evanuisse, ut a Poggio legi non potuerit. Ipse enim scribit codd. Sangallenses fuisse *in teterrimo quodam et obscuro*

([1]) In commentat. de Iure Italico (in scriptis Acad. Berolin. a. 1814—1816.) p. 44. Nimis dubitanter de hac re, sed tamen vere scripsit I. C. Orellius, vir clarissimus, in Iahnii Ann. Philol. et Paedag. III. 4. p. 86., qui, quum omnes Lucretii codd. ex uno ductos dixisset, adiecit: „Auf einer ähnlichen Spur bin ich rücksichtlich des Asconius Pedianus." Nec fefellerat hoc, certe de codd. Italicis, Lagomarsinium (cfr. Band. l. l. II. p. 639.).

([2]) In epist. ad Guar. Veronens. p. 261. *expositiones tanquam thema quoddam super octo Ciceronis orationibus Q. Asconii Pediani, de quibus ipse meminit Quintilianus.* Duas Cornelianas connexas pro una posuit, fragmentum commentarii in libr. II. Act. II. in Verr. non numeravit.

([3]) Hoc ex eo coniicio, quod aliquot locis plures lacunae brevissimis intervallis et fere aequalibus disiunctae reperiuntur; ut nota ad Milon. c. 33. p. 157. et 158. in edit. prima haec est: — *in privoto eodem hoc aliquid * Significat id tempus, quo P. Clodium * adhuc questor designatus esset ° est cum intrasset eo ubi sacrificium pro p. r. fiebat. quod factum nototum erat ° S. C. decretumque ex ordinem* (sic) * *iudicium fieret.* Obliterata sunt lacunae vestigia apud Manutium, qui nihil adnotat; in Aldina (1522.) vetus est lectio. Videtur in vetustissimo codice versuum finis detruncatus hoc fere modo:

— *in privoto eodem hoc oliquid* [*profecerat.*]
Significat id tempus, quo P. Clodius, [*cum*]
adhuc quoestor designotus esset, [*deprensus*]
est, cum introsset eo ubi socrificium pro p. r.
fiebot. quod factum notatum erot [*graui?*]
S. C. decretumque extra ordinem [*de ea re*]
iudicium fieret.

De supplementis me nihil adfirmare, vix dici opus est. Huic loco videtur in altera folii pagina respondisse is, qui pag. 158. infima est apud Hot. (ad cap. 35.) sic in editione 1. scriptus: *sed milonis quoque notam audaciom * uetiar e. p. ° utile uisum est sciret * ne unquom potuit utrom sententiam * domnatum autem opera maxima Appii Cloudii ° pronuntiotum est.* Quinque sunt utroque loco vacua spatia. Hic igitur capita versuum perisse suspicor. Ab hoc autem loco remota corruptelae signa sunt, lectione interpolata, post Hot. Inter primam lacunam prioris loci et primam alterius interiecti sunt in edit. prima 24. versus; totidem sunt inter lacunam primam loci in argumento Cornelianae p. 93. et primam alterius loci pag. 94.; totidem inter primam lacunam adnotationis ad Pison. p. 121. (p. 591. Graev. *Hic cum* etc.) et primam adnotationis ad Pis. 2. p. 122. (*Ego in C. Rabirio* etc.)

carcere, *fundo scilicet unius turris*, *quo ne capitalis quidem rei damnati detruderentur*(¹). Difficilis est autem huius rei explicatio, quod ex sola editione prima de lacunis codicis iudicare possumus, in quibus tamen exprimendis facile errari potuit, et erratum est, ut adnotatio ad orat. in Pis. c. 2. p. 122. in edit. prima sic legitur: *Ego in C. Robirio perduellio* * *xxxx annis ante me cos. interposita* * *senatus autoritatem sustinui contra* * *invidiam atque defendi Possit aliquis credere* * *Ciceronem quidem dicat* etc. (vacuis spatiis, ubi asteriscos posui.) Primo et quarto loco lacuna est; in secundo et tertio nihil deesse praeter literam *m* ex Ciceronis codicibus scimus; contra in argumento orationis pro Scauro p. 132. sq. p. 1004. Gr. in edit. prima nullum est lacunae signum, quum tamen apertum sit, excidisse aliquid, ut recte postea ab editoribus locus notatus sit, quem miror Heinrichium, V. Cl., ita interpolasse, ut verba quidem cohaereant, narratio non cohaereat. Nam quo spectent illa de Fausto et quam habuerint cum Scauri causa coniunctionem et ubi queatus Faustus sit, et quid sibi velint abrupta illa *et ambulare cum trecentis armatis*, frustra quaeres. Equidem multa hic desiderari arbitror. Sed alia oritur quaestio ex ordine commentariorum; nam in editionibus ante Aldum omnibus et in codd. (ut in Florentinis et Ambrosianis) primus est in orationem Pisonianam; sequitur ad Scaurianam, tum ad Milonianam, Cornelianas, orat. in toga candida; ultimo loco sunt commentarii ad Verrinas. Quo factum sit, ut tam praeposterus ordo sit, cogitanti duplex coniectura oritur, ut aut eum, qui codicem scripsit, non ex uno codice, sed ex pluribus, prout in manus venissent, commentarios expressisse credam; (quod si est, perfacile alieni aliquid cum Asconianis coniungi potuit;) aut codicem discerptum fuisse et aut Poggium aut ante eum alium divulsas partes hoc modo coniunxisse; et potuit in hac ratione idem accidere, quod in superiori, ut cum Asconiano codice compingeretur aliud similis argumenti fragmentum. Non possum autem coniecturam meam premere, huiusmodi aliquo casu intercidisse folia quaedam in commentario ad Cornelianas; nam et nimis abruptum est initium commentarii in secundam orationem, praescriptis tantum verbis PRO CORNELIO, et nimis exiguus ipse commentarius, paulo plus quam unam Hotomani paginam implens, quum ad priorem orationem praeter argumentum commune 12. paginae sint; neque sane ipsa oratio brevis fuisse videtur, quum in duas quattuor dierum actionem contraxerit, neque rebus, de quibus adnotandum esset, caruisse, ut in qua Cicero contra Catulum, Hortensium, Metellum Pium contenderit(²). Sed iam nimis diu hariolor de forma illius codicis. Vere autem Lagomarsinium iudicasse arbitror, nonnulla a Poggio ipso non recte descripta esse(³); ipse se, quae invenisset, *velociter* transscripsisse testatur(⁴).

(¹) Ad Guar. Veron. p. 261. Fabr.
(²) Vid. p. 107. p. 973. Graev.
(³) Apud Bandin. II. p. 658.
(⁴) In ep. ad. Guar. Ver. p. 261. Fabr.

Ex codicis Poggiani spographo Asconii commentarii primum typis descripti sunt Venetiis a 1477.(1) cum Georgii Trapezuntii libro de artificio Ciceronianse orationis pro Ligario et Antonii Luschi, Vicentini, orstoris clarissimi, inquisitione super XI. orationes Ciceronis, atque Xiconis Polentoni argumentis super aliquot orstionibus et invectivis Ciceronis. Extrema est epistola Hieronymi Squarzafici Alexsndrini ad Antoninm Serachum, archiepiscopum Corinthiensem et patrisrchae vicarium dsts Venetiis 4. Nonas Iunias 1477., in qua suo consilio hsnc editiouem institutsm dicit.

Nihil aliud in hac editione actum esse, quam ut codicis Poggiani qussi imago reprsesentaretur, ostendunt vacua spatia relicta totaque forms, qua descripti sunt commentarii; quo autem successu in hac re elaboratum sit, difficile est iudicare, et quid psrtim in apographo conficiendo, ex quo expressa editio est, peccatum sit, partim s typothetis errstum, discernere; ac tamen haec editio nunc quidem unus est verse lectionis in Asconisnis iuvestigandae fons, ad qusm proxime accedunt aliae quaedsm, quae eius scripturam fere repetierunt; quo si quis longius progredi voluerit, (et debet id velle, qui post haec Asconium editurus est) is, si omnis spes de cod. Sangallensi reperiendo praecisa est, ad ipsius Poggii codicem confugiet; si ne eo quidem uti potuerit, tum demum alia apographa inter se contendet, ut ex horum aut omnium aut plurium consensu, rationibus subductis, quid in Poggiano sit, intelligat. Nam nunc quidem, nescio quo fato, accidit, ut Asconiana ita corrupta et interpolata circumferantur, ut nihil foedius viderim. De qua re dicam tantum, qusntum res nostrs postulat qusntumque per subsidis, quae ad manum sunt, licet, csetera editoribus Asconii relinquens. In proximis igitur post primsm editionibus*) (tractavi autem ipse Iuntin. 1519. 8. eam, quae prodiit Paris. ap. Petr. Vidoam 1520. fol.(2), Aldin. 1522. 8.) eius editionis textus ita repetitus est, ut levia quaedam emendsndi tentamina fierent in erroribus apertissimis tollendis, quod ut in multis recte factum est, ita multi non minus sperti errores relicti sunt; quaedam non recte mutata, quum edit. I. lectio aut verior esset, aut sd veritatem propius accederet; in his omnibus quid codicibus debestur (nam slia qusedam apographs ad manum editoribus esse

(1) Cfr. Maitt. Ann. Typogr. IV. P. 1. p. 375. Duo huius editionis exempla io bibliotheca regia Hauo. sunt. Io prima post p.agularum indicem pagina haec est inscriptio: *Q. Asconius Pedianus in senatu contra L. Pisonem.* In folii 55. pagina aversa iofima subscriptum est: *Haec est pars. Q. A. pediani cura et diligentia pogii florentini viri litteratissimi reperta in monasterio sancti galli prope constantiam. XX. millibus pnssuum: et ab ipsius pogii exemplaribus a me A. Iu. transcripta ac Venetiis per Iohannem Manthen de Gerretzem impressa***). Tum seqoitur Georgii liber.

(2) Cora N. Beroaldi iostitutam, tradit Ebert. n. 1273.

*) Editioni princip proxima est Patavioa, quam tractasse se profitetur Maius Praefat. alt. ad Cic. orati. Fragm. X. n. 21.

**) Postrema haec manca sunt. Lege: *Venetiis per Iohannem de Colonia soctumque eius Iohannem Manthen* cet.

***) Apparet hoc ex epistola, quae editiooi praemissa est, Gul. Budaei ad Nicol. Ber. Ceterum perperam editoris nomini Ebertius inseruit litteram o. *Beraldus* enim scribitur, noo *Beroaldus*, et in titulo epistolae, et io fine: *Vale, mi Beralde.*

potuisse, non nego,) quid coniecturae, non constat: etsi plura sine dubio e coniectura ducta sunt. (Sane e codice ductum esse videtur, quod in his omnibus editionibus in extrema parte Cornelianae (p. 106. H. p. 970. Gr.) ante Ciceronis verba *qui non modo* etc. insertum legitur: *Dicit de nobilibus;* nam id in editione prima non est.) In locis gravius corruptis aut mancis interpolandi licentia grassata non est(¹). A lacunis manum abstinuerunt, non solum iis, quae nunc adparent, sed aliis postea occultatis(²). Sed de his editionibus satis dictum est, si addidero in Aldina, in qua ordo commentariorum mutatus est*), recte Scaurianam Pisonianae praepositam esse; quod cur Hotomanus, (nam apud Manutium verus ordo est) commutaverit, nescio.

Antiquis his editionibus successit Parisiensis apud Io. Lodoicum Tiletanum emissa a 1536. (³) nam Melanchthon quid effecerit, nescio***); ad illam spectant, quae Hotomanus in praefat. (fol. I. verso) scribit:

(¹) Multo igitur integriores sunt hae editiones recentioribus, idque recte nuper in P. Vidoae editione intellectum est; eadem tamen est eius ratio, quam ceterarum esse dixi, quod conferendo intellexi: id adnotavi, ne (quoniam etiam Ebert ad ed. 1477. expressam esse tradit,) nihil omnino ab editione prima differre credatur**). Unum reperio in antiquis his editionibus ineptissimum additamentum, sed a ceteris, de quibus nunc loquor, interpolationibus diversissimum, id, quod p. 105. p 968. Graev. p. 202. Sch. sustulit, Manutio iam suadente, Hotom., suum cod. secutus; neque in Graeviano erat: verum ne in edit. 1. quidem, ne quis hic putet illos codd. proprii boni aliquid habere. Quis adiecerit, nescio; est in edit. Iuntina, in ed. Vidoae non est.

(²) Huius generis lacunae nullis spatiis indicatae sine dubio in cod. Sangallensi fuerunt, scriptura non hiante; ceterae quo modo ortae sint, dixi ante; de his igitur multo minus sciri potest, quot fere vocum sint.

(³) Vid. Maittair. Ann. Typogr. II. p. 841. Ebert. Bibliogr. Lexic. 1 n. 1274. Est quaedam tituli in ipsis exemplaribus discrepantia. Io. Lodoicum editorem ponit Ebert, et ex praefatione quaedam sub eius nomine citat Maius praef. ait. ad Cic. Oratt. Fragm. p 24. (XXXII. Beier.) Is nimirum est ipse Tiletanus, ut ex Hotomani verbis adparet. Ebert e codd. et coniectura emendatam editionem actril it.

---

*) Asulanus lectorem monuit, se in disponendis commentariis nihil discrepasse ab ea orationum dispositione, quam in suae impressionis Orationibus M. Tullii probaverit. Itaque agmen ducunt commentarii ad Verrinas, sequuntur Corneliana, in toga candida, Scauriana, Pisoniana, Miloniana. Nos ordinem retinuimus eum, qui est in editt. principe et Beraldina, a quibus non aberravit, nisi quod commentarios ad Verrinas ceteris praeposuit, Lodoicus.

**) Quam rationem in edendo Asconio secutus sit Beraldus, ipse in praefatione indicavit his verbis: „Operis exoptati reliquias easque aevi superioris incuria multis locis corruptas qua licuit fide ac diligentia restituimus. Nam ulcera Chironia, quae curari nullo modo poterant, satius duximus non attingere, quam temere quaevis tentare remedia, ariolatriceque coniectura in plerisque uti." Franciscus Asulanus autem in praefat. edit. Aldinae se collatis exemplaribus Asconium multo eo, qui circumferebatur, meliorem effecisse profitetur.

***) Bis Melanchthon Asconium edidit, Haganoiae per Ioh. Secerium s. a. forma maxima, et Argent. 1535, 8. quarum editionum priorem ipsi tractavimus. In praefatione id egisse se declaravit, „ut nitidius transscriberetur optimus autor: plus praestari in tanta veterum codicum inopia non licuit." Repetiit autem editionem Beraldinam cum eiusdem praefationibus et indicibus. Insunt tamen aliquot emendationes, et coniecturae nonnullae margini adscriptae. Verba Ciceronis, sicut in Aldina nec magis constanter, expressa sunt maiusculis litteris.

Fuere autem qui Asconium emendare conati sunt primum Budaeus et Alvarus quidam, ut testatur Tiletanus Parisiensis typographus, homo non indoctus; quos seculi sunt magna cum laude duo aetatis nostrae doctissimi viri, Petrus Danesius et Paulus Manutius; nam quod Fabricius(1) negat se vidisse, quae ad illustrandum Asconium Budaeus, Alvarus Petrusque Danesius contulerint, ea in illa editione contineri satis mihi videor intelligere, etsi ipse eam non vidi, non ea sola ductus ratione, quod nihil seorsum ab illis de hoc scriptore editum reperio, (Alvarus ne quis sit quidem, satis scio; plures enim fuerunt, quorum studia et tempora eum hae opera non congruere videntur;) sed quod ipse Hotomanus in Alvaro et Budaeo Tiletani testimonio utitur, quod, si seorsum edita illa fuissent, non fecisset; ne quis enim putet edita fuisse, sed Hotomano non lecta, utitur Hotomanus Budaei coniecturis, videlicet ex Tiletani editione sumptis. Tiletanus ex margine libri a Budaeo usurpati duxisse videtur*). Sed ad eandem editionem pertinet Danesii commemoratio, cuius emendationibus P. Manutius usus est(2). Hotomanus autem et singulas emendationes commemorat et Danesii codicem, quae non ex Manutii, (in cuius notis nulla Danesii mentio est), sed ex Tiletani editione duxit; hunc autem in Asconio edendo Danesium adiuvisse adparet**). Usi autem hi emendatores sunt non codd., sed, quod solum poterant, quum illi, si quos omnino habuerunt, ab edit. prima non discreparent, coniectura. Persaepe enim, ubi in editione prima lectio corruptissima est, apud Hotomanum est lectio probabilis, specie certe, adiecta nota, qua *Danesii vetus*, *Budaei vetus* hoc vel hoc habere dicatur(3); quae autem ita notantur, eadem semper in edit. prima

(1) Bibl. Lat. II. p. 68. Ern.

(2) Manut. in praef. ad Ascon. *Non est dissimulandum*, inquit, *quid Petro Danesio viro doctissimo et humanissimo debeamus: a quo sunt omnia fere, quae in Verrinarum accusationum commentariis emendavimus.*

(3) *Danesii vetus* citatur in not. ad p. 4. 12. 14. 18. 32. 33. 54. 35. 39. 40. 42. 63. 64. 69. Danesii coniecturae ad p. 64. et 66; *Budaei vetus* ad p. 8. 22. 30. 42. 49. Ad p. 12. (ad notam de quadruplatoribus ad Cic. Divin. 7.) haec est Hotomani nota: *pro consuetudine*] *Lacunam Aldini codicis hoc verbo replevit Budaeus aut Alvarus.* Nec saepius apud Hotomanum Alvari nomen est. P. 89. Hot. finitur commentarius in Verrinas.

*) Ne quis amplius hac de re dubitet, apposui epistolae dedicatoriae ab *Joanne Lodoico (Tiletano) ad Iacobum Lodoicum* scriptae eam partem, quae huc pertinet: *Summa itaque diligentia conquisitis undique codicibus, iisque collatis, cum in his parum esset praesidii ad Asconii instaurationem, coniecturam advocavimus, non unius aut alterius horae, sed dierum saepe multorum: quo non pauco, ut spero, prospere cesserint. Porro in quibus nec codices prodesse, nec coniectura iuvare poterat, doctos consuluimus: praesertim* Gulielmum Budaeum *et* Lodoicum Alvarem (sic, non *Alvarum*) Lusitanum, *quorum codicibus in hac nostra editione, ut caeteros taceam, usi sumus, ut affirmare sine mendacio et fuco possim, plus quadringentos locos exiguo in libello emendatos.*

**) Errat vir eruditissimus. In Lodoici enim editione nulla fit P. Danesii mentio. Primus eius meminit P. Manutius in praefatione editionis suae, ubi, quae in Verrinarum commentariis emendata sint, omnia fere Danesio deberi, quae in reliquis, sibi, affirmavit. Puto autem Danesium emendationes suas manu sua scriptas neque antea publici iuris factas cum Manutio communicasse. Cui rei non repugnat, quod Hotomanus singulas eius emendationes commemoravit. Nam is, respectis verbis, quae not. 2. laudantur, omnino omnes mutationes, quas a Manutio receptas videbat, in Verrinis Danesio, in reliquis Manutio ipsi tribuit.

sunt; cuius lectionem a Danesio et Budaeo coniectura emendatam, sed tamen adnotatam adparet. Ne illud quidem certum mihi est, habuisse illos apographa Poggiana, etsi non prorsus negem; *Budaei* enim et *Danesii veterem codicem* commemorari*) nihilo minus ab Hotomano potuisse, mox adparebit. Certe, ut dixi, graviora e codd. non sunt. Stetisse autem intra Verrinas operam Budaei et Danesii, tum Manutii verba**), tum id persuadet, quod in ceterarum orationum commentariis Hotomanus nusquam aut Budaei aut Danesii cod. commemoravit. Quaedam ex his recte, alia secus mutata, quaedam, ut opinor, non in notis commemorata, etsi haec in Manutii editione dignoscere ab iis, quae fortasse Manutius ipse mutavit, non possum. Uno quidem loco multa Danesius de suo interpolavit(¹). Sed haec et minora sunt et ad eam partem spectant commentariorum, quam non magni faciendam postea ostendemus. Proxima est editio P. Manutii Venet. 1547. 12.***) cum eius scholiis, cuius editionis Sigonium participem facit Robortellus, recusante ipso Sigonio, cui fides habenda esse videtur(²). Vellem hanc editionem non reprehendere possem; magni enim facio, ac potius amo Manutium; sed, quoniam aperte dicendum est, multo hic interpolatior est Asconii lectio, quam in superioribus editionibus, et ita interpolata, ut incautos necessario decipiat. Neque solum enim in Verrinarum commentariis Danesii coniecturas secutum esse se profitetur, sed in ceteris quoque tacite aliqua mutasse, quum aliorum in scholiis rationem redderet(³). Neque haec levia sunt, sed saepe iis, quae

(¹) Pag. 79. ad Lib. 1, 56. sex versus a *Sed quaeritur* ad *ab integro novam efficere* non sunt in editionibus superioribus, suppleti a Danesio, ut Hotom. putat, ex antiquo codice restituti, ut ego dico, ex ingenio.

(²) Robort. Adnotatt. Lib. I. 34. p. 58. Grut. Sigon. Emendatt. I. c. 17. p. 185. Grut. *Quod ipsum* (me socium Manutio fuisse) *cum nec Manutii, nec meo coargui testimonio possit, nisi forte coniecturas nescio quas duas totius Asconii emendationes putat, unde ille acceperit, nescio.*

(³) In praef. *Reliqua*, inquit, *sunt a nobis, quibus de singulis meminisse, non eius esset, qui ab inani ostentatione abesset: paucula quaedam in scholiis attigimus.*

*) Ex miro errore, Madvigii diligentia prorsus indigno, orta est haec de *Budaei et Danesii veteribus* quaestio, qui extra Madvigii caput nusquam exstiterunt, neque quisquam eos commemoravit. Quod iudicium ne severius videatur, unam earum Hotomani adnotationum, quibus *Danesii veterem* citari dicitur, accurate huc transscribam. Omnes autem eodem modo se habent. Nota igitur ad p. 4. haec est: „*Causa genus est.*] Danesii. Vetus, *Causae ingerunt quas iuste defensionem et mire* etc." His verbis Hotomanus manifesto nihil aliud indicat, nisi lectionem a se receptam *Danesio* deberi; *veterem* autem, id est, ut ex aliis etiam locis apparet, *Aldinam*, sic habere: *Causae ingerunt* etc.

**) Manutii verba dumtaxat ad *Danesium* pertinent; quae singulae emendationes *Budaeo* debeantur, sciri omnino non potest, quum Lodoicus id indicare noluerit.

***) Exstant tres Pauli Manutii editiones, a. 1547, 8. (non 12.) 1553, 8. et 1563, 8., quarum duae priores, ut paginarum numero pares sunt (vide Annales de l'imprimerie des Alde, par Renouard T. I. p. 334. et p. 376.), ita et easdem lectiones et adnotationes continere videntur: postrema vero, quam ipse tractavi, emendatior est. Praeterea insunt Q. Asconii Pediani commentarii, „cum correctionibus Pauli Manutii prope innumerabilibus," in collectione variarum ad Ciceronis orationes lucubrationum, Venetiis, apud Aldi filios, 1547. fol. et 1552. fol. — Beiero ad Maii praefat. alt. in Cic. oratt. p. XXXIII. quattuor P. Manutii editiones enumeranti primamque ad annum 1545. referenti fidem denego.

posuit, graviora; et sunt in his, ut facile a Manutio exspectes, non pauca recte et optime emendata, quae tamen adnotari melius fuisset, alia autem ex eo genere, quo locis mancis et aperte corruptis falsa quaedam integritatis species inducitur.

Singulare quoddam interpolationis genus illi aetati facilius condonandum, sed tamen notandum in eo positum est, quod in locis Ciceronis ab Asconio aut Verrinarum commentatore (ut iam hic ex iis, quae postea dicentur, hanc appellationem praecipiam,) laudatis, si quid in lectione Asconii codicis a Ciceronis vulgata scriptura discrepabat, eius rei vestigium, ubi quidem fieri poterat, tollebatur, quo factum est, ut recentiores Ciceronis editores et falso Asconii auctoritate uterentur et contra eam inutiliter disputarent; ne hic quidem erroris plane expers est Manutius, etsi non primus hac in re lapsus est; is (ut hoc utar) in adnotatione ea, de qua nuper recte indicavit Wunder praef. ad cod. Erfurt. p. XLV., (ad Pison. 4. p. 124.) primus P. Clodii nomen addidit. Venio nunc ad eum, quem vulgo putant optime in fragmentis Asconianis versatum esse, ego autem pessime ea interpolasse dico, Fr. Hotomanum, qui Asconii commentarios edidit Lugduni 1551, 8.

Is in praefatione ea scripsit, ut paene iniquum videatur huiusmodi aliquid de eo suspicari; nam reprehensa aliorum interpolandi licentia, „Hanc igitur illorum audaciam," inquit, „prorsus fugiendam putavimus, et descriptum ex nostro codice exemplar imprimendum Typograpbo tradidimus: ita tamen ut si quid uspiam corruptum aliquis eorum quos nominavimus emendasset, id quemadmodum factum esset, extremo volumine notaremus" (1). Verum ego quo animo haec scripserit, intelligere non possum. Longissime enim a veritate abhorrent (2). Primum enim non ex cod., sed ex Manutii editione suam ita descripsit, ut quicquid ibi tacite additum correctumve esset, fere ubique retineret; quum autem, quae alii a se emendata esse notaverant, sequeretur, de suo cod. taceret, veterem lectionem autem in nota poneret, praeposito *Budaei vetus* aut *Danesii vetus* aut *Manutii vetus*, *) ut facile quis credat et ceteras editiones et Hotomani cod. id habere, quod in textu

(1) Pag. 161. sq. exstant *Fr. Hotomani expositiones suae in Asconium operae et diligentiae*, quarum hoc est initium: „Quae ex codice correximus, lector ex collatione perspiciet: quae sunt ex ingenio, infra descripsimus."

(2) Erunt, qui mirentur, tam severe a me reprehendi Hotomanum: quum enim paene solus ex iurisconsultis ad Ciceronem commentatus esset, philologis in rebus ad ius Rom. pertinentibus dux exstitit magnamque auctoritatem est consecutus. Et erat in Hotomano rectum et non inelegans ingenium; subtilitatem, acumen, accuratam eruditionem saepe desideres; neque Scaligerum huius iudicii auctorem citabo, sed nostrae aetatis clarissimos viros, Savignium, iuris consultum, in commentat. de iure Italico p. 45. et Heinrichium, philologum, ad Cic. Oratt. part. inedit. p. 85. et in ind. p. 107. Non poteram de Asconio inveteratum errorem relinquere.

*) *Manutii veterem* haud magis commemorat Hotomanus, quam *Budaei* et *Danesii veterem*. Verba, quibus hic Madvigii error nititur, haec sunt: ad p. 61. „*Olympo.*] Manutii. Vetus, *Olyntho.*" id est: *Olympo* est emendatio Manutii. Vetus (sive, ut alibi loquitur, Aldinus) codex habet *Olyntho*. Conf. Hotomani notas ad p. 66. p. 92. p. 123. p. 126. p. 127. p. 128. p. 116. p. 150.

sit, quum tamen attendenti facile appareat, si vel alium cod. habuisset, quam apographum Poggianum, non omnes illorum coniecturas eum in eo reperturum fuisse. Et in hac re tantus est error, ut Manutius omnino codice manuscripto usus non sit, ut illa nota *Manutii vetus* nihil aliud significet, quam veterem lectionem a Manutio emendatam; idemne in Budaeo et Danesio fecerit, nescio ([1]). Deinde ipse Hotomanus multa mutavit; quod ubi in notis lectorem admonuit, non reprehenderem, nisi et nimis audacter et nimis leviter in emendando et lacunis explendis versatus esset. Illud excusari nullo modo potest, quod qui illa professus esset, Asconii verba paene innumerabilibus locis tacite mutavit et interpolavit, ita ut omnes statim deciperentur. Ac tamen haec editio eam consecuta est auctoritatem, ut omnes eam probarent et sequerentur; quemadmodum autem secuti sint, non possum planius ostendere, quam si haec omnia, quae perversissime ab Hotomano interpolata esse docui *), quorum multa alia similia sunt, in omnibus, quae secutae sunt, editionibus ita legi dixero, ut ad nullum horum locorum quidquam adnotatum sit ([2]). De ceteria autem, quae in Asconianis tentata sunt, brevius dicam. Quae circa idem tempus, quo Hotomanus Asconium edidit, a Fr. Robortello in Adnotationum libris, et a C. Sigonio in Emendationum de locis Asconianis exposita sunt, non magni sunt momenti; miror tamen nullam eorum ab editoribus Asconii habitam esse rationem. Alia nec omnino negligenda attulit Sigonius ad commentarios Asconii orationum deperditarum emendandos in Ciceronis fragmentis edendis. Patricius tantum fragmenta ipsa attigit. Qui autem omnes Asconii commentarios post Hotomanum ediderunt, ii omnes eius textum repetiverunt, hic illic mutatum, raro in melius; ex quibus primus est T. Popma Frisius (Colon. 1578. 12.). In editione commentariorum variorum Coloniae Agrippinae 1621. apud Hierat emissa Asconii commentarii ad Hotomani editionem expressi esse videntur: (in praefat. Hierati nomine scripta Manutius, Hotomanus, Popma de Asconio prae ceteris bene meriti iudicantur); sunt tamen quaedam mutata, ut in extrema not. ad Milon. (p. 158. H. ad c. 35. Gr.) hic primum **) reperio scriptum: *Sed Milonis quoque notam audaciam vindicare P. R. utile visum est* cet. quum in superioribus editionibus lacunae relictae sint, quae sunt in edit. 1. Secutae sunt editiones apud Hack. Lugd. Bat. 1644. et 1675. 12., in quibus commentariis subiectae sunt

([1]) Semel in scholio ad p. 84. Manutius codicem haud satis antiquum, tamen manuscriptum, Bononiae a se visum dicit.

([2]) Quam statim deceperit homines Hotomani falsa fidei et religionis in Asconio edendo professio, exemplo est C. Sigonius, qui in extrema Emendationum pagina (346. in Vol. II. Grut. Fac. Art.) suas et Robortelli de locis aliquot Asconianis coniecturas ad lectiones edit. Hotomanianae, ab Achille Statio sibi missas, tanquam ad certissimam normam exigit. Ex recentioribus vid. Garat. ad argum. Divin. p. 83. Haun. Habuit tamen Hotomanus codicem, sed quae ex eo adfert non multa, ita cum lectionibus edit. primae consentiunt, aut ita leviter ab iis discrepant, ut apertum sit, esse ex eo genere, de quo supra dixi, apographorum Poggianorum.

*) Nolui haec exempla repetere, quum largiorem etiam copiam varietas lectionis nostrae editioni subiecta suppetere possit.

**) Unde haec lectio ducta sit, videbis ad p. 51. l. 2. nostrae editionis.

notae variorum, sine ullo delectu aut certo consilio corrasae(¹). In ipsis commentariis negligenter admodum descriptis nihil est novi praeter temerarias interpolationes locorum nonnullorum, ut in commentario Cornelianae locus mancus et corruptus de tribunatu Manilii, (p. 97. H. p. 985. Gr.) ita legitur: *quod summam remp. laesit, id ab ipso tribuno abiectum est, bonum autem in summa rep. manat*, reliquis omissis. In eodem commentario locum de more comitiorum (p. 101. H. p. 962. Gr.) primum in his edd. ita interpolatum reperio, ut nunc inter fragmenta Ciceronis editur (Sch. XVI, II. p. 22.). Harum mutationum quis sit auctor, nescio, nisi quod in coniecturam incertam me induxerunt verba quaedam Iac. Gronovii, ut paene suspicer a Io. Fr. Gronovio eas profectas esse(²), et cum edit. prioris Hackianae curatore communicatas. Editio, quae Th. Crenii nomen praefert (Lugd. Bat. 1698.), est ipsa altera Hackiana, cui bibliopola novum titulum et praefat. Manutii praeposuit, Thomaeque Crenii notas, ad Asconium emendandum prorsus inutiles et in rebus notis et huc nihil pertinentibus verbosas, post indicem adiecit. Graevius denique, nisi quod codicis sui lectiones hic illic adnotavit, nullius fere, ut ex supra dictis intelligitur, usus, nihil ad Asconium curae contulit; de interpolationibus superiorum ne semel quidem monuit; expressit autem commentarios non ex ipsa Hotomani editione, sed ex collectione aliqua commentariorum variorum, non illa, quam commemoravi a 1621., sed alia ex ea nonnullis mutatis ducta. Nam quum in edit. a. 1621., nota ad Lib. I. Act. II. in Verr. c. 4. (p. 49. Hot.) hoc modo mutilata esset: *nam Marcellus donavit, quae victis Siculis ademerant Poeni* (exciderunt post *victis* verba *Syracusis asportare iure belli potuerat; Africanus victa Carthagine reportavit, quae victis*), eodem modo in edit. Graeviana scripta est; ad eundem librum c. 19. (p. 60. H.) in ed. 1621. legitur *ex aerario* pro *vel aerario*, isque error in Graeviana repetitus est. Sed ad orat. in Pison. init. (p. 121. H. p. 591. Gr.) in adnotatione illa *Hic quoque dicit* cet. in ed. 1621., retinetur corrupta ed. 1. lectio; in Graeviana receptae sunt coniecturae Manutii(³).

De Schütziana Asconii editione nihil dicerem, nisi eam nunc in plurimorum manibus esse scirem; dico igitur, eam ex sola Graeviana ita esse descriptam, ut nihil negligentius esse possit, cuius rei unum satis erit documentum demonstrasse, quod in commentario ad orationem pro Milone ad c. 14. adnotationem, quae in Graevii edit. viginti quinque versuum est, pertinentem ad verba: *Haec istam Appiam*,

(¹) Ad Verrinarum commentarios magna pars Hotomani commentarii in ipsas orationes repetita est; ad commentarium Pisonianae tres omnino sunt notae; Iacobii Cruquii notae ad Asconium omnino non pertinent.

(²) Iac. Gron. praef. ad Cic. fol. 5. verso: „Asconii quidem quas emendationes satis probabiles passim admixtas et interpositas videbis, ex chirographo patris excerpsi, cuius illae omnes sunt." In Gronovianae edit. utriusque loci eadem est lectio, atque in edit. Hackianis. Non potui a me impetrare, ut in Gronoviana edit. diligentius conferenda tempus perderem.

(³) Videor mihi apud Orellium legisse, Graevium variorum commentarios ad orationes exscribendos curasse ad editionem Colon. Agripp. 1685. Ea ego uti non potui, sed tamen ex hac etiam Asconiana descripta puto.

monumentum nominis sui, nullo relicto vestigio omisit. Universe autem admonendi sunt, qui his editionibus, in quibus Ciceronis verbis Asconii commentarii subiecti sunt, utuntur, in commentariis ita discerpendis necessario multa, quae ad eorum formam externam pertinerent, obliterata esse.

Adparet, opinor, quanta fuerit hominum in Asconianis fragmentis tractandis partim negligentia, partim audacia et temeritas, qui interdum plane obliti esse videntur, se in vetere scripto versari. Ideo autem tam multa de hac re dixi, primum ut intelligatur, quum ipsi commentarii tam foedati ac corrupti circumferantur, non esse verosimile, quemquam ex iis, qui Asconiana attigerunt, de eorum genere ac ratione diligentius cogitasse; deinde ne mihi in reliqua disputatione interpolatarum editionum auctoritas obiiciatur; postremo ut, si quis post haec studium ad hos commentarios edendos contulerit, is, spreta recentiorum levitate, firmiora editionis suae fundamenta iaciat; idque Orellium, V. Cl., spero facturum, qui in Cic. op. vol. I. praef. p. XV. se Asconii commentarios ad librorum fidem editurum promisit; non quo coniecturam exclusam velim, quam ipse iam saepe in his fragmentis tentavi, sed ut ea ad codicis unici vestigia dirigatur.

Haec Madvigius de iis, qui ante hoc tempus Asconianis curam suam impenderunt. Ad novam hancce editionem quod attinet, haud dubito, quin permulti moleste laturi sint, quod Orellius, cuius acre ingenium et multiplicem doctrinam et indefessam industriam nemo est, qui ignoret, non ipse eius curam susceperit, sed eam homini demandaverit obscuro et ad id negotium fortasse parum valido. At ea est Orellii indoles atque natura, ut ad excitanda et adiuvanda aliorum studia non minus intentus sit quam sua. Quod quum cotidie experiantur quotquot de rebus litterariis eum adeunt, nemo tamen ei ob beneficia omnis generis maiorem et debet et habet gratiam quam ego, qui adolescens eo praeceptore usus nunc amico laetor benevolentissimo. Neque nisi invitus ab hoc viro prolixioribus laudibus celebrando abstinui, sed verendum erat, ne verba mea parum exprimerent, quae animo sentirem, neu ipse pro modestia sua, quae de se praedicata forent, censeret delenda. Nam haec Asconii

editio etsi non ab ipso curata, tamen tota sub ipsius auspiciis ad finem perducta est. Itaque singula folia ante quam prelo submittebantur diligentissime ab eo perlustrata sunt, unde opportunitatem et nactus est et usurpavit haud paucos errores meos corrigendi atque multis suis et egregiis coniecturis librum hunc exornandi. Immo longe plurima, quae in Asconianis recte constituta videbis, Orellio debentur, qui subsidia editionis parandae, qua est ad antiquos libros ex latebris suis vel reconditissimis eruendos sagacitate, ad unum omnia mihi suppeditavit, adiutus in ea re ab amicis suis Usterio et Gerlachio, viris clarissimis, quos honoris causa nomino. Atque codices quidem manu scripti praesto non erant, sed uti contigit editionibus vetustissimis et ex parte rarissimis: Principe (*Princ.*), Beraldina (*Berald.*), Aldina (*Ald.*), Lodoiciana (*Lod.*), Manutiana postrema (*Man*), Hotomaniana (*Hot.*), (cuius editionis paginarum numeri nostrae margini affixi sunt,) Creniana (*Cren.*). Ut Manutiana priore minus aegre careremus, fecit, quod ex ea expressum esse Asconium veri simile est in Collectione commentariorum ad omnes M. Tullii Ciceronis orationes, quae prodiit Lugduni 1554. fol. (*Lugd.*). Huic enim convenire quum alia vidi, quae a Madvigio passim de sua Manutiana memorata sunt, tum quae de ordine notularum ad Verrinas orationes et maxime ad Divinationem in editione prima perturbato necdum in Manutiana omnino restituto afferuntur. Nam in collectione Lugdunensi idem ordo est, quem Manutianae primae tribuit Madvigius, in postrema paullo minor est confusio. (Eodem prorsus modo, ut hoc obiter moneam, etiam in antiquissimo Scholiastae Iuvenalis codice Sangallensi, teste Orellio, haud raro permixta et transposita sunt scholia, cuius rei in Pseudo-Asco-

nio satis probabilem Madvigius hanc proposuit rationem, *hunc commentarium primum cum ipso codice orationum Ciceronianarum ita coniunctum fuisse, ut notae margini adscriptae essent, deinde per se descriptum.*) Harum octo editionum, quarum integram varietatem lectionis apposui, auxilio effeci quantum potui, hoc in primis secutus, ut expulsis recentiorum editorum audacissimis plerumque interpolationibus ad vetustissimorum librorum fidem refugerem. Qui quum et ipsi corruptelis et lacunis scateant, saepius contigit, ut vulnera detegere quam probabili ratione sanare possem. In locis desperatis et mancis plerumque nulla mutatione facta verba editionis principis exhibui, tot punctis additis, quot litterarum spatium vacuum in ea apparebat. Ubi locus mancus mihi videbatur neque tamen lacuna indicata erat in illa, asteriscis usus sum. Quae a Lodoico, Manutio, Hotomano ad Asconium adnotata sunt, eorum nihil in hac editione desiderabis. Addidi praeterea aliorum quoque, qui aut in Cicerone edendo aut alia occasione oblata hos commentarios vel emendarunt vel illustrarunt, adnotationes selectas, quarum praestantissimas Madvigio deberi neminem fugiet. Omnia, quae huc pertinent, congerere neque potui neque volui. Sperandum autem est, fore ut brevi W u n d e r u s, vir doctissimus, quem aliquando singulari cura illustraturum esse hos commentarios ab Orellio comperi, maioribus et ingenii et librorum praesidiis instructus, editionem paret, qua multo melius quam nostra virorum doctorum usibus consulatur. Qui si agnoverit sibi a me viam paullulum esse munitam, satis ex mea opera laudis adeptus mihi videbor. Nunc enim id saepius assecuti sumus, ut scias, cui editori quaeque lectio debeatur, quam quae

quoque loco genuina Asconii vel veri vel falsi manus sit. Sed ne ea quidem, quae nos praestare potuimus, prorsus inutilia fore confidimus: in quibus, donec meliora tibi quispiam impertiatur, adquiescas, lector benevole, mihique faveas.

Scr. Turici Non. April. anni MDCCCXXXII.

Q. ASCONIUS PEDIANUS

IN

M. TULLII CICERONIS

ORATIONEM

IN SENATU IN L. PISONEM.

Haec oratio dicta est Cn. Pompeio Magno II. M. Crasso II. [119] Coss. ante paucos dies, quam Cn. Pompeius ludos faceret, quibus theatrum a se factum dedicavit. Hoc intelligi ex ipsius Ciceronis verbis potest, quae in hac oratione posuit. Dixit enim sic: *Instant post hominum memoriam apparatissimi magnificentissimique ludi.* Fenestella quidem posuit hanc inter eas orationes, quas dixit Cicero L. Domitio, Appio Claudio Coss. ultimam. Sed ut ego ab eo dissentiam, facit primum, quod Piso reversus est ex provincia Pompeio et Crasso consulibus, Gabinius Domitio et Appio: hanc autem orationem

---

Titulum haec commentatio in editione principe hunc habet: *Q. A. Pedianus. in senatu contra. L. Pisonem.* In eadem subscriptum est: Q. ASCONI PEDIANI. IN. L. PISONEM. — ASCONII PAEDIANI PATAVINI IN QVASDAM CICERONIS ORATIONES ENARRATIO. CONTRA L. PISONEM. Berald. cum subscriptione: Q. ASCONII PAEDIANI IN L. PISONEM FINIS. — COMMENTATIO IN M. TULLII CICERONIS ORATIONEM CONTRA L. PISONEM. Ald. Man. — Q. ASCONII PAEDIANI COMMENTATIO (cetera ut Ald.) Lod. Hot. — *Q. ASCONIUS PEDIANUS In Orat. Cic. contra L. Pisonem.* Cren. — „*Commentariorum* [vel *commentationum*] nomen incertum est; nam neque apud veteres scriptores reperitur, neque in codd. ex Poggii apographo descriptis est, neque in ed. prima. Codicum descriptores pro arbitrio nomen imposuerunt; ut B. de Montepoliciano *argumenta* appellavit (Band. Catal. Codd. Latt. Bibl. Laur. II. p. 638.), librarius cod. Ambrosiani alterius *glossulas.* (Mai. praef. alt. p. XXXIII. Beier.)" MADV. — Cognominis primam syllabam per diphthongum efferunt Berald. Ald. Lod. Lugd. (cum Suida, cui vocatur *Παιδιανός*) male; vide Inscript. ap. Gruterum p. 987, 15. et Sil. Ital. XII. 212.

1. *M. Crasso II. coss.*] *coss. Marco Crasso II.* Berald.

3. *ipsius*] *ipsis* Man. Sigon. (ed. Mediol.)

4. *in hac oratione*] Cap. 27. §. 65. 4. *posuit*] *ponit* Lod.

8. *provincia*] *provintia* Princ. Sic plerumque.

9. *Gabinius*] *Gabinus* Princ. Berald. Ald.

dictam ante Gabinii reditum ex ipsa manifestum est: deinde, quod magis naturale est, ut ipso recenti reditu invectus sit in Ciceronem responderitque insectationi eius, qua revocatus erat ex provincia, quam post anni intervallum. Apparet autem Ciceronem respondisse Pisoni. In summa, cum dicat in ipsa oratione Cicero, instare [post hominum memoriam] magnificentissimos apparatissimosque ludos, non video, quomodo hoc magis Domitio et Appio Coss. dictum sit, quibus consulibus nulli notabiliores ludi fuerunt, quam Pompeio et Crasso, quo anno Pompeius exquisitissimis magnificentissimisque omnis generis ludis theatrum dedicavit.

ARGUMENTUM.

Argumentum huius orationis breve admodum est. Nam cum re-
[120] vocati essent ex provinciis Piso et Gabinius sententia Ciceronis, quam dixerat de provinciis consularibus, Lentulo et Philippo consulibus, reversus in civitatem Piso de insectatione Ciceronis in senatu conquestus est et in eum invectus, fiducia maxime Caesaris generi, qui tum Gallias obtinebat. Pisoni Cicero respondit hac oratione.

ENARRATIO.

CIRCA VERS. A PRIMO *

Quod minimum specimen in te ingenii? Ingenii autem? immo ingenui hominis ac liberi. Qui color? Ore ipso patriam aspernaris, oratione genus, moribus nomen.

Tametsi haec oratio inscribitur *In L. Pisonem:* tamen non puto

---

1. *Gabinii*] *Gabini* Princ. Berald. 1. *quod magis*] *magis quod* Princ.
2. *ut ipso*] *in ipso* Princ. — *quod in ipso* Berald. — *ut in ipso* Ald. et sqq.
3. *qua revocatus*] *quare uocatus* Princ.

Ibid. *quam*] *prius quam* Hot. Cren. absurda interpolatione.

5. *In summa*] „In meo MS. legitur *in senatum* pro *in senatu*." GRAEV.

Ibid. *dicat in*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *dicat* Berald. Ald. Lod. — *dicens* Pr.

Ibid. *post hominum mem.*] His explevi lacunam duodecim fere literarum in Princ. indicatam, a ceteris neglectam. Gravius quidquam excidisse non putaverim, quum prorsus nihil desideretur.

8. *Pompeio et Crasso*] *Pompei* (*Pompeii* Berald.) *et Crassi* Princ. Berald.

11. Hanc inscriptionem primis commentarii verbis praepositam hic omiserunt Ald. Lugd. Man. Sigon.

13. *Gabinius*] *Gabinis* Princ. — *Gabinus* Berald. Ald.

18. ENARRATIO] Princ. et Berald. — *Initium expositionis* Ald. Lugd. Hot. Cren. — *Expositionis initium* Lod. — *Initium explanationis* Man.

19. Om. Lod. Lugd.

21. *color? Ore*] Princ. — *color est. Ore* Berald. — *colore, ore* Lod. — *colore* (om. *ore*) Ald. Lugd. ceteri. Sensus loci hic videtur: Nullum in te ingenui hominis specimen, nullus color est, i. e. ingenuitatis ne speciem quidem externam ementiri potes, ipsum enim os tuum prodit barbariem etc. Infra §. 53. *Nihil incolume domum praeter os illud pristinum tuum retulisti.* §. 63. *os tuum ferreum.*

23. *haec oratio inscrib.*] *sic haec oratio inscrib.* Ald. — *haec oratio sic inscrib.* Hot. Cren.

Ibid. *tamen non puto*] „Quid ergo? An multo id minus ignorarent, si haec non esset inscriptio? Nam haec particulae *tametsi* vis est. Fortasse ergo rectius,

vos ignorare, hunc Pisonem ex ea familia esse, quae Frugi appellata sit: et ideo dicit, aspernari eum moribus nomen.

CIRCA VERS. LXXX.

Hoc non ad contemnendam Placentiam pertinet, unde se is ortum gloriari solet: neque enim haec mea natura fert, nec municipii, praesertim de me optime meriti, dignitas patitur.

Magno opere me haesitare confiteor, quid sit quare Cicero Placentiam municipium esse dicat. Video enim in annalibus eorum, qui Punicum bellum secundum scripserunt, tradi, Placentiam coloniam deductam pridie Kal. Iun. primo anno eius belli, P. Cornelio Scipione, patre Africani prioris, Ti. Sempronio Longo Coss. Neque illud dici potest, sic eam coloniam esse deductam, quemadmodum post plures aetates Cn. Pompeius Strabo, pater Cn. Pompeii Magni, Transpadanas colonias deduxerat. Pompeius enim non novis colonis eas constituit, [121] sed veteribus incolis manentibus ius dedit Latii, ut possent habere ius, quod ceterae Latinae coloniae, id est, ut gerendo magistratus civitatem Romanam adipiscerentur. Placentiam autem sex millia hominum novi coloni deducti sunt, in quibus equites * Deducendi fuit causa, ut opponerentur Gallis, qui eam partem Italiae tenebant. Deduxerunt triumviri P. Cornelius Asina, P. Papirius Maso, [Cn. Pompeius] Cn. Cornelius Scipio; eamque coloniam LIII. deductam esse invenimus:

---

tamen hoc puto. filiis enim scribit et adolescentibus et imperitis: sic infra, Quis hic M. Piso fuerit, credo vos ignorare. et saepe alibi." HOTOM. Vulgata sic defendi potest, ut explicetur: Etiam si haec oratio simpliciter inscripta est *In L. Pisonem*, omissa notatione familiae, tamen cet.

3. Om. Lod. Lugd.

5. *haec*] *hoc* Hot. Cren. In plurali offensionis nihil video.

6. *praesertim*] *presertim* Princ. 7. *haesitare*] *hesitare* Princ.

9. *tradi*] *tardi* Princ.

10. *pridie*] *per* (male intellecto editionis principis compendio *pr.*) Berald.

Ibid. *Iun.*] Sic dedi e Madvigii coniectura certissima, Append. p. 20. sqq. — Ceteri: *Ian.* Ibid. *P*] om. Princ. Berald. Ald. Lod.

11. *prioris*] Hanc vocem male omittunt Lugd. Hot. Man. Cren.; habent eam et superiores editiones et Graevii MS. 11. *Ti.* Man. Sigon. — *T.* ceteri.

13. *Pompeii*] *Pompei* Princ. Ald. 13. *Transpadanas*] *transpadanos* Princ.

14 *deduxerat*] *deduxerit* Lugd. Man. Sigon.

Ibid. *eas*] *ea* Princ.

16. *gerendo magistratus*] Coni. A. Augustini et Madvigii. — *petendi magistratus* Princ. Ald. — *petendi mag. gratia* ceteri. — Res nota est. Appianus Bell. Civ. II. c. 26. *πόλιν δὲ Νεόκωμον ὁ Καῖσαρ ἐς Λατίου δίκαιον ἐπὶ τῶν Ἄλπεων ᾠκίκει, ὧν ὅσοι κατ' ἔτος ἦρχον ἐγίγνοντο Ῥωμαίων πολῖται. τόδε γὰρ ἰσχύει τὸ Λάτιον.* 17. *Placentiam*] *Placentia* Princ.

18. *in quibus equites*] Haec vulgo iunguntur cum sequentibus, quasi soli equites opponendi fuerint Gallis. Post *equites* cum Madvigio (App. p. 21.) numerum excidisse suspicor, fortasse *D.*, qui facile absorberi poterat litera initiali sequentis vocabuli.

20. *P. Papirius*] *C. Papirius* Sigon. cum Livio XXI. 25, qui omnino de his triumviris est conferendus. 20. *Maso*] *Naso* Berald.

Ibid. *Cn. Pompeius*] Spuria haec esse vidit Madvigius (Append. p. 21. sqq.) In Aldina et sequentibus editt., ne quattuor triumviri essent, scriptum est *Cn. Pompeiu ssive Cn Cornelius Scipio.*

21. *eamque*] *eamque in* Berald. 21. *LIII*] *IV* Graev.

Ibid. *deductam esse*] *deducta inesse* Princ. Berald.

deducta est autem Latina. Duo porro genera earum coloniarum, quae a populo Romano deductae sunt, fuerunt, ut Quiritium aliae, aliae Latinorum essent. De se autem optime meritos Placentinos ait, quod illi quoque honoratissima decreta erga Ciceronem fecerant, certaverantque in ea re cum tota Italia, cum de reditu eius actum est.

PAULO POST.

De avo Pisonis materno:

Hic cum ad om . . . . Placentiae foret consedit et pauci . . . . in eam civitatem, nam tum erat . . . . ascendit. Prius enim Gallus de ing alica . . . . extremus Placentinus haberi . . . . est.

Hoc quoque dicit civitatem fuisse. Ab eadem persuasione ponit Placentiam municipium fuisse. Avum autem Pisonis primo Gallum fuisse ideo ait, quod venisse cum in Italiam dicit trans Alpes . . . .

---

2. *ut Qairitium aliae, aliae Latinorum essent*] Sic dedi quam minime discedens ab editionis principis lectione corrupta: *itaque aliae Latinorum essent*, quam intactam reliquerunt Ald. (asteriscis-additis) et Lugd. — A nostra emendatione sensu non differt lectio Man. et Sigonii: *ita ut aliae Latinorum essent, aliae civium Romanorum.* Conf. Liv. XXXIX. 55. — *itaque aliae Latinorum etiam.* Berald. — *Italicae, aliae Latinorum etiam.* Lod. — *Erant enim aliae, quibus ius Italiae dabatur, aliae item, quae Latinorum essent.* Hot. Cren. — Hotomani lectionem accurate refutavit Savigny de iure Italico (Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft, vol. V. p. 247. sqq.) et legendum proposuit: *ita ut aliae civium Romanorum, aliae Latinorum essent.* Eodem teste eum lectione mutila editionis principis consentiunt duo codd. Parisini, unus Viennensis et Gothanus.

3. *quod*] *quidem* Princ. — *quoniam* Berald. Lod.

4. *fecerant*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *fecerunt* Princ. Berald. Ald. Lod.

6. *PAULO POST — materno*] om. Lugd.

7. *materno*] Princ. Berald. Lod. cum Graevii codice. — *paterno* Ald. Man. Hot. Cren.

8—11. *Hic — est*] Mutilum hunc locum ex edit. princ. accurate depinxi, ceterorum editorum commentis huc reiectis. Eandem expressit Fr. Asulanus, lacunas asteriscis notans, nisi quod pro *de ing alica* dedit *dei gallica* et asteriscum posuit post vocem *est*, quum in illa vacuum spatium sit ante eam. — Beraldus et Lodoicus: *Hic cum adhuc Placentiae foret consedit et pauci in eam civitatem, tum ut erat ascendit. prius enim Gallus, dein Gallicus, extremus Placentinus haberi coeptus est.* — *Hic cum ad Padum Placentiae forte consedisset, pauci in eam civitatem (nam tum erat civitas) ascendit. Prius enim Gallus, dein Gallicanus, extremo Semiplacentinus haberi coeptus est* Lugd. Hot. Man. — Eadem verba dederunt Sigonius et Crenius, sed ille omisit voc. *Placentiae*, uterque autem pro *pauci* scripsit *paucis post annis*, e coni. Manutii.

12. *Hoc quoque*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *hic quoque* Lugd. Hot. Man. Cren. — An *hoc loco*? Nam supra non *civitatem*, sed *municipium* fuisse dixit.

14. *quod*] *quidem* Princ. Berald.

Ibid. *trans Alpes*] *transalpis* Princ. Berald. — Sequentia a nobis relicta quemadmodum leguntur in ed. princ. sic exhibuerunt Beraldus et Lodoicus: *transalpis* (alter *trans Alpes*) *quidem quod in Italia consederit Placentiae postquam accitus sit a Placentinis avus multo cet.* — Asulanus, Manutius, (Lugd. Man.) Hotomanus: *trans Alpeis* (*Alpes* Man) *quod in Italia consederit, Placentiae postquam assitus* (*ascitus* Lugd.) *sit, a Placenti* * *nvus multo* cet. — Sigonius et Crenius: *trans Alpes* (*Alpeis* Cren.); *Gallicanum, quod in Italia* (*Italis* Cren.) *consederit; Semiplacentinum, postquam ascitus sit a Placentinis: quod multo* cet. e coniectura Manutii.

. . . . quidem in Italia consedent Placentinae postquam ad accitus sit a Placenti . . . . avus multo post ea tempora fuit, quibus Placentia colonia deducta est.

CIRCA VERS. A PRIMO *

Lautiorem . . . . pater tuus socerum, quam C. Piso . . . . . . in illo luctu . . . non ei filiam meam collocavi, quem ego . . . . potestas tum omnium fuisset, unum potissimum [122] *delegissem.*

Quis fuerit socer Pisonis patris supra dixit his verbis:

Insuber quidam fuit, idem mercator et praeco; is cum Romam cum filia venisset, adolescentem nobilem Caesoninum, hominis furacissimi filium, ausus est appellare; filiam collocavit.

Calventium aiunt eum appellatum; ipsius Pisonis, contra quem haec oratio est, socerum Rutilium Atilium Nudum Fenestella tradit. Cicero filiam post mortem Pisonis generi P. Lentulo collocavit, apud quem illa ex partu decessit.

---

4. om. Lod. Lugd.

5—8. Primam in hoc fragmento lacunam praeter Asulanum omnes neglexerunt; secundam verbis *gener meus* explendam putabat Ernestius; in quarta reposuerim *etiam si*. Deficiente hac vel simili coniunctione inde a Beraldo omnes pro *tum* ediderunt *cum*, parum apte. — „In Asconio meo manuscripto post *C. Piso* est lacuna vacua minime duarum triumve vocum: ut et post illa verba *in illo luctu* est lacuna unius vocis." GRAEV.

9. *socer Pisonis patris*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *socer Pisonis pater ipse* Princ. Ald — *Pisonis pater*, *ipse* Berald. Lod.

10. *Insuber*] *Insuper* Hot. Cren.

Ibid. *idem*] Hot. Cren. — *id est* priores.

Ibid. *praeco*] *preco* Princ.

11. *filia*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *filio* Princ. Berald. Ald. Lod.

Ibid. *Caesoninum*] Man. Sig. — *Caesoniam* Princ. Berald. — *Caesonium* ceteri.

Ibid. *furacissimi*] *fortissimi* Man. Sig. — „*Caesoninum hominis fortissimi filium*] Sic emendavi, cum antea legeretur, *Caesonium hominis furacissimi filium*. hoc ingenio Caroli Sigonii debemus. duxit autem hanc coniecturam cum ex ingenio, tum ex ipsa historia. nam Caesonini patrem L. Pisonem ab Helvetijs occisum esse Caesar lib. I. [cap. 12] tradidit de bello Gallico." MANUT. Quae annotatio abest a Lugd. Pro *fortissimi* malim eodem sensu *ferocissimi*.

13. *Calventium*] Ald. et seqq. — *Calventinum* Princ. Berald.

Ibid. *ipsius*] Coni. Madvigii p. 65., cui debetur etiam huius loci distinctio. — *saepius* Princ. Berald. Ald. Lod. (qui ad calcem praefationis legendum proposuit *sed eius*, ne hoc quidem male.) — *patris* Lugd. Man. Hot. Sig. Cren.

14. *Nudum*] *dictum* Berald. Lod. (An *nuncupatum?* Or.)

15. *Pisonis generi*] *Pisonis Cn.* Graevii MS.

Ibid. *P. Lentulo*] „Dissentit hic Pedianus, ni opinor, a veritate: quod olim scripsimus in nostris commentariis epistolarum ad Atticum. nam Ciceronis filia primum nupsit C. Pisoni Frugi, deinde Furio Crassipedi, postremo P. Cornelio Dolabellae". MANUT. Haec quoque annotatio deest in Lugd. — „A Corrado (Quaest. alt. p. 378. Lips.) reprehensus est Asconius cum Plutarcho (vit. Cic. 41.), quod Tulliam Ciceronis post mortem Pisonis Lentulo Dolabellae nupsisse scribunt. Sed quum horum testimonio accedat silentium Ciceronis, qui filiam Crassipedi desponsam saepius, nuptam nusquam scribit, eas nuptias numquam factas arbitror." MADV.

CIRCA VERS. A PRIMO CCLXX.

(§. 4.) *Ego in C. Rabirio, perduellionis reo, XXXX. annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui contra invidiam atque defendi.*

Possit aliquis credere . . . . Ciceronem quidem dicat XL. annis factum esse, ut ex S. C. . . . . versus L. Appuleium Saturninum, tribunum plebis, numerentur. C. enim Mario, Cn. . . . . Coss. . . . . Sed hic non subtilis computatio annorum facta est, verum summatim tempus comprehensum est, ut perinde acceperit, ac si dixerit: *prope XL. annis.* Haec consuetudo in ipsius . . . . Itaque idem Cicero in ea quoque, quam habuit in Catilinam in senatu, cum octavus decimus dies esset, posteaquam factum senatus consultum, ut viderent consules, ne quid res publica detrimenti caperet, dixit, vigesimum diem habere senatus consultum tamquam . . . .

CIRCA VERS. A PRIMO CCC.

(§. 6.) *Ego cum in concione, abiens magistratu, a tribuno plebis dicere prohiberer ea, quae constitueram; cum is mihi tantummodo iurare permitteret: sine ulla dubitatione iuravi, rem publicam atque hanc urbem mea unius opera esse salvam.*

---

1. om. Lod. Lugd. Hot. Man.

2. *perduellionis reo*] In Edit. princ. legitur dumtaxat *perduellio*, deinde vacuum est spatium quindecim fere literarum; similiter statim pro *interpositam* illa habet *interposita* et lacunam priore haud minorem; sic etiam inter vocabula *contra* et *invidiam*, quo postremo loco nihil omnino deesse docent Ciceronis libri.

3. *auctoritatem*] *nutoritatem* Princ.

5—8. Locum exhibui qualis legitur in ed. principe. — Asulanus: *Possit aliquis credere* * *Ciceronem qui dicat* cet. — Beraldus: *Posset aliquis credere Ciceronem quidem dicere XL. annis factum esse ut ex S. C. versus L. Appuleium Saturninum* cet. — Lodoicus: *Posset aliquis credere Ciceronem quidem dicere, ut XL anni a S. C. adversus L. Apuleium Saturninum Tribunum plebis numerentur. C. enim Mario, L. Valerio Coss. factum est.* — Manutius (Lugd. Man.) et sequentes: *Possit aliquis credere lapsum memoria Ciceronem, qui dicat XL annis ante se consulem factum esse S. C. adversus L. Apuleium Saturninum tribunum plebis, cum XXXVI anni a C. Mario et L. Valerio Flacco Consulibus numerentur.*

10. *ut perinde acceperit ac si dixerit*] Lod. — *ut proinde accipere: ac si vixerit* Princ. Ald. — *ut perinde acciperet ac si vixerit* Berald. — *et perinde accipiendum, ac si dixerit* Lugd. Hot. Man. Cren.

11. *Haec consuetudo in ipsius*] Princ. Ald. Suppleverim *orationibus est.* — *Haec consuetudo ipsius.* Berald. — *haec enim consuetudo ipsius* Lod. — *Haec enim consuetudo est ipsius Ciceronis* Lugd. Hot. Man. Cren.

12. *Cicero*] om. Lugd. Hot. Man. Cren.

13. *cum - - esset*] Lod. et seqq. — *ait - - est* Princ. Berald. Ald. Post voc. *ait* in Princ. vacuum spatium est sex fere literarum.

14. *respublica*] *reipublici* Princ.

Ibid. *dixit* cet.] Significatur locus, qui legitur in Catilinaria prima cap. 2. §. 4. quem totum inde a Lodoico in Asconium transscripserunt editores: *Vigesimum iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. Habemus enim (huiusmodi* add. unus Lod.) *senatus consultum, verumtamen inclusum in tabulis, tamquam gladium in vagina reconditum.*

16. om. Lod. Lugd. Hot. Man.

17. *concione*] *contione* Princ. Semel noto.

18. *cum is*] *cumque is* Lod. Man.

20. *mea*] *in ea* Princ.

Diximus iam antea, a Q. Metello Nepote, tribuno plebis, Ciceronem consulatu abeuntem prohibitum esse concionari de rebus, quas [123] in eo magistratu gessit.

CIRCA VERS. A PRIMO CCCXX.

Dicit de ludis Compitalitiis, quos Q. Metellus fieri vetuit:

(§. 8.) *Facio iniuriam fortissimo viro mortuo, qui illum, cuius paucos pares haec civitas tulit, cum hac importuna belua conferam: sed ille designatus consul, cum quidam tribunus plebis suo auxilio magistros ludos contra senatus consultum facere iussisset, privatus fieri vetuit. — Tu cum Kal. Ian. Compitalitiorum dies incidisset, Sex. Clodium, qui nunquam ante praetextatus fuisset, ludos facere et praetextatum volitare passus es.*

L. Iulio, C. Marcio consulibus, quos et ipse Cicero supra memoravit, senatus consulto collegia sublata sunt, quae adversus rem publicam videbantur esse: ea . . . . Solebant autem magistri collegiorum ludos facere, sicut magistri vicorum faciebant, Compitalitios praetextati, qui ludi sublatis collegiis dis-

---

4. om. Lod. Lugd. Hot. Man.

5. *Dicit de* cet.] Ante haec Crenius inseruit verba Ciceronis: *Cuius fuit initium ludi Compitalitii.* Verbum *dicit* om. Man.

Ibid. *Compitalitiis*] *Compitaliciis* Princ. sic ubique. Post hanc voc. Lodoicus addidit: *Aude nunc, o furia, de tuo dicere. Cuius initium fuit, ludi Compitalitii.*

Ibid. *fieri vetuit*] om. Lod.

6. Ante v. *Facio* Inseruerunt *Q. Metellus* Lugd. Hot. Man. — *Quos Q. Metellus* Cren.

8. *sed ille designatus consul cum*] *sic ille de sicco siccum* Princ.

9. *magistros ludos*] Turnebus Advers. XXI. 15. cfr. Pighius Ann. T. III. p. 310. — *magnos ludos* Princ. Berald. Ald. Lod. — *magistros ludorum ludos* Lugd. Man. — *ludos* (omisso altero vocabulo) Hot. Cren.

10. *vetuit*] *vetuit, atque id, quod nondum potestate poterat, obtinuit auctoritate.* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. 10. *Tu*] *tum* Princ.

Ibid. *cum Kal.*] *cum in Kalendas* Man

Ibid. *Compitalitiorum*] *Compitaliorum* Man.

Ibid. *incidisset*] *incidissent* Ald. Lugd. Man. — „Notatur locus, quem ita scriptum in libro veteri ostendi amicissimo meo Ioanni Morelio. At in vulgatis et Asconii et Ciceronis libris *incidissent:* errore manifesto, quum unum Compitalitiorum diem fuisse testentur Varro et Macrobius." HOT.

11. *ante*] Princ. Berald. — *antea* ceteri.

Ibid. *praetextatus fuisset ludos facere*] *praetextato ludos faceret* Princ.

12. *es*] om. Princ.

13. *L. Iulio, C. Marcio*] Lod. cfr. Turnebi Advers. XXI. 15. — *L. Iulio C. Mario* Princ. Berald. Ald. cum Graevii MS. — *L. Caecilio Q. Marcio* Lugd. Hot. Man. Cren. — „*L. Caecilio Q. Marcio coss.*] Ante *L. Iulio C. Mario coss.* vidi prius mendum, cum horum consulum nomina nemo traderet: tum, consideratis Asconii verbis, ad correctionem perveni. cum enim bis consulibus sublata collegia dicat, eademque novem post annis a P. Clodio tribuno pl. restituta paullo post inferat: a consulibus Pisone et Gabinio numerans, quo anno tribunus pl. fuit P. Clodius, comperi novem annis interpositis consules fuisse Caecilium et Marcium. correxi igitur et Asconium et Ciceronem ipsum, in quo legebatur *L. Luscellium C. Marium coss.*" MANUT.

15. *ea*] Hoc vocabulum et quod post id in Princ. relictum est spatium neglexerunt omnes praeter Fr. Asulanum.

17. *qui*] om. Berald. puncto ante v. *praetextati* posito.

cussi sunt. Post † novem deinde annos, quam sublata erant, P. Clodius, tribunus plebis, lege lata restituit collegia. Invidiam ergo et crimen restitutorum confert in Pisonem, quod, cum consul esset, passus sit ante, quam lex ferretur, facere . . . . praetextatum ludos Sex. Clodium. Is fuit familiarissimus Clodii et operarum Clodianarum dux, quo auctore postea inlato ab his corpore Clodii curia cum eo incensa est. Quos ludos tunc quoque fieri prohibere tentavit L. Ninnius tribunus plebis. Ante biennium autem, quam restituerentur collegia, Q. Metellus Celer consul [designatus] magistros [ludorum] ludos Compitalitios facere prohibuerat, ut Cicero tradit, quamvis auctore tribuno plebis fierent ludi, cuius tribuni nomen adhuc non inveni.

PAULO POST.

[124] (§. 9.) *Ergo his fundamentis positis consulatus tui, triduo post, inspectante te et tacente, a [P. Clodio] fatali portento prodigioque rei publicae lex Aelia et Fufia eversa est, propugnacula murique tranquillitatis atque otii; collegia, non ea solum, quae senatus sustulerat, restituta, sed innumerabilia quaedam ex omni faece urbis ac servitio concitata. Ab eodem homine in stupris inauditis nefariisque versato vetus illa magistra pudoris et modestiae, censura, sublata est.*

---

1. *novem*] *quinque* legendum putat Orellius, quem vide ad p. 537. Hoc quidem certum est, difficultatem non tolli mutatis cum Manutio nominibus consulum. Nam teste Asconio in Cornel. (p. 104 Hot.) collegia nondum sublata erant a. 689. Varr. Consules autem, quos substituit Manutius, sunt anni 686. Dio Cassius (XXXVIII. 13.) tempus sublatorum collegiorum non accurate declarat, sed ea tantummodo καταλυθέντα χρόνον τινὰ dicit.

4. *facere*] Lacuna post hoc verbum nisi in Princ. in nulla editione declaratur, et salvo contextu sequentia superioribus annecti possunt.

5. *praetextatum*] *praetextatos* Berald.

6. *his*] *iis* Lugd. Hot. Man. Cren.

8. *prohibere tentavit*] *prohibuit* Lugd. Man.

Ibid. *Ninnius*] Garaton. cum Dione Cassio XXXVIII. 14. probante Madvigio. — *Munius* Princ. Berald. Ald. Lod. — *Mumius* ceteri, cum Pighio T. III. p. 363. seqq.

Ibid. *autem quam*] Hot. Cren. e coni. Manutii. — *autem ante quam* priores.

9. *designatus*] om. Princ. Berald

10. *magistros*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *magister* Princ. Berald. Ald. Lod.

Ibid. *ludorum*] Haec vox ridicule inserta videtur Garatonio. Idem etiam egregie docuit in eius locum non intrudendum esse cum Pighio (Ann. T. III. p. 540.) et aliis *vicorum*. Quare nos eam seclusimus.

11. *ludi*] om. Lugd. Hot. Man. Cren. 13. om. Lod. Lugd. Man.

15. *inspectante te et tacente*] Princ. Berald. Lod. — *inspectante et tacente te* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *P. Clodio*] om. Princ. Berald. Ald. Lod.

16. *Fufia*] Man. — *Fusia* ceteri. 17. *otii*] *ocii* Princ.

18. *sustulerat*] *tulerat* Princ. Berald. Ald.

Ibid. *quaedam*] *quaedam nova* Lod. 18. *faece*] *fece*, infra *fece*, Princ.

19. *servitio*] Princ. Ald. Man. — *servitiis* Berald. Lod. — *servitiorum* Lugd. Hot. Cren.

Ibid. *concitata*] Princ. Ald. — *constituta* Berald. Lod. Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *in*] *ut* Princ. 20. *nefariisque*] *nephariisque* Princ.

21. *censura*] Princ. Berald. — *censoria severitas* Aldus et recentiores. Asconium in codice suo legisse quod nos edidimus ex ipsius annotationis fine apparet.

Diximus L. Pisone et A. Gabinio coss. P. Clodium, tribunum plebis, quattuor leges perniciosas populo Romano tulisse; annonianam, de qua Cicero mentionem hoc loco non facit (fuit enim summe popularis), ut frumentum populo, quod antea semis aeris ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur; alteram, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de coelo servaret, propter quam rogationem ait legem Fufiam et Aeliam, propugnacula et muros tranquillitatis atque otii, eversam esse: obnunciatio enim, qua perniciosis legibus resistebatur, quam Aelia lex confirmaverat, erat sublata; tertiam de collegiis restituendis novisque instituendis, quae ait ex servitiorum faece constituta; quartam, ne quem censores in senatu legendo praeterirent, neve qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus et utrimsque censoris sententia damnatus esset: hac ergo eius lege censuram, quae magistra pudoris et modestiae est, sublatam ait.

PAULO POST.

(§. 11.) *Persequere continentes his funeribus dies. Pro Aurelio tribunali, ne connivente quidem te, quod ipsum esset scelus, sed etiam hilarioribus oculis, quam solitus eras, intuente, dilectus servorum habebatur ab eo, qui nihil sibi unquam nec facere nec pati* [125] *turpe duxit.*

Profecto intelligitur P. Clodium significari.

CIRCA VERS. A PRIMO *

Dicit de Castoris templo:

---

1. *et A. Gabinio*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *et Gabino* Princ. Berald. — *et Gabinio* Ald. Lod.

2. *populo Romano*] Sic (scilicet per compendium *p. r.*) Princ. Berald. Ald. Lod. — *rei publicae* Lugd. Hot. Man. — om. Cren.

Ibid. *annonianam*] *annonariam* Graev.

3. *mentionem hoc loco*] Princ. Berald. Lod. — *hoc loco mentionem* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren.

4. *semis aeris ac trientibus*] Lugd. Hot. Man. Cren. probante Garatonio. — *senis aeris . . . a civibus* Princ. — *senis aeris civibus* Berald. — *senis aeris ac trientibus* Ald. Lod. — „Cum in oratione pro Sestio [cap. 25. §. 55.] de P. Clodii legibus haec scripta animadverterem: *Latae sunt - - - - ut remissis semissibus et trientibus quinta prope pars vectigalium tolleretur*: cum haec, inquam, legerem, non dubitavi, quin pro *senis aeris* legendum esset *semis aeris:* quod valet *semissibus:* nam *semis* indeclinabile, et *aeris* est pro *assibus.*" MANUT. Conf. Livii epit. lib. LX. Fateor tamen Manutiana lectione vix tolerabiliter locum Asconii restitutum esse mihi videri: quamquam meliorem proponere non habeo. De sensu nulla est dubitatio. Locum ex memoria, ut videtur, Turnebus Advers. l. XIII. c. 13. sic citat, quemadmodum eum in cod. aliquo legi vellem: *quod ante semissibus et trientibus in singulos modios dabatur.*

7. *Fufiam*] Man. — *Fusiam* ceteri.

8. *eversam*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *eversa* Princ. Berald. Ald. Lod.

10. *quae - - constituta*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *quam - - constitutam* Princ. Berald. Ald. Lod.

12. *qui*] *quis* Berald.

14. *ait*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *addit* Princ. Ald. Lod. — *dicit* Berald.

15. om. Lod. Lugd. Man.

16. *continentes*] Princ. Berald. Lod. — *connexos* Ald. et seqq.

17. *tribunali*] *tribuno* Princ.

Ibid. *ne connivente*] Ald. et seqq. — *nec annuente* Princ. — *nec connivente* Berald.

17. *esset*] *esse* Man.

18. *eras*] *erat* Princ.

18. *dilectus*] Princ. — *delectus* ceteri.

20. *duxit*] *ducit* Hot.

22. om. Lod. Lugd. Hot. Man.

(§. 23.) *Id autem templum sublato aditu, revulsis gradibus, a coniuratorum reliquiis atque Catilinae praevaricatore quondam, tum ultore, armis teneretur.*

Catilinam lege repetundarum absolutum esse accusante P. Clodio, iam dictum est.

STATIM.

Cum equites Romani relegarentur, viri boni lapidibus e foro pellerentur.

L. Lamiam a Gabinio consule edicto relegatum esse iam diximus.

CIRCA VERS. A PRIMO DCXX.

(§. 24.) *Seplasia mehercule, ut dici audiebam, te uti primum aspexit Campanum consulem repudiavit.*

Dictum est in dissuasione legis agrariae apud populum, plateam esse Capuae, quae Seplasia appellatur, in qua unguentarii negotiari sint soliti. Ergo eos quoque, qui in ea platea negotiarentur, dicit invitos Pisonem vidisse, cum Capuam consul venit, quod eos, a quibus ille expulsus erat, adiuvisset.

CIRCA VERS. A PRIMO DCXL.

(§. 26.) *Ecquod in hac urbe maius unquam incendium fuit, cui non consul subvenerit? At tu illo ipso tempore apud socrum tuam, cuius domum ad meam exhauriendam patefeceras, sedebas.*

Post profectionem ex urbe Ciceronis, bona eius P. Clodius publicavit; postquam direpta sunt omnia, quae aut in domo aut in villis fuerunt, et ex eis ad ipsos consules lata complura, domus direpta primum, deinde inflammata ac diruta est. Socrus Pisonis quae fuerit,

---

1. *revulsis*] *revolsis* Princ. 2. *reliquiis*] *reliquis* Princ.
2. *atque Cat.*] *atque a Cat.* Ald. Lugd. Hot. Man. Creo.
3. *tum ultore, armis tenere'ur*] *tumultuarum is tenetur* Princ.
4. *absolutum*] *absolitum* Princ. 6. om. Lod. Lugd. Man.
7. *relegarentur*] om. Princ.
9. *L. Lamiam*] Lod. et seqq. — *T. Clamiam* Princ. Berald. Ald.
9. *relegatum*] *religatum* Princ 10. om. Lod. Lugd. Hot. Man.
11. *Seplasia*] *Selapsia* Princ. Ald. 11. *audiebam*] *audiebant* Princ.
11. *te uti*] Princ. — *ubi te* Berald. — *te ut* Ald. et seqq.
13. *apud*] Princ. Berald. Ald. — *ad* Lod. et seqq.
14. *Seplasia*] *Selapsia* Princ. Ald.
Ibid. *negotiari*] *negociari* Princ. Semel noto.
16. *quod*] *quidem* Princ — *qum* (sic) Berald.
17. *adiuvisset*] *adiuvissent* Lod.
18. *CIRCA VERS. A PRIMO DCXL.*] Ald. — *CIRCA VERS. A PRIMO DCXX* Princ. Berald. — om. Lod. Lugd. Hot. Man. — *SEQUITUR* Creo.
19. *Ecquod*] Lod. et seqq. — *Et quod* Princ. Berald. Ald.
20. *subvenerit*] Ald. et seqq. — *subveniret* Princ. Berald.
Ibid. *tuam, cuius domum ad meam*] *tuam cui domum meam* Princ. Berald. Ald. Lod. Lugd. Man. — *tuam prope a meis aedibus, cuius domum ad meam* Hot. Creo.
23. *postquam*] Princ. Berald. — *postea* ceteri.
24. *ad ipsos consules lata*] Lugd. Hot. Man. Creo. — *ad ipsos collata* Princ. Berald. Ald. — *ad consules collata* Lod. — Praestat fortasse *ad ipsos consules collata*.

invenire non potui, videlicet quod auctores rerum non perinde in domibus ac familiis feminarum, nisi illustrium, ac virorum nomina tradiderunt.

PAULO POST.

(§. 27.) *Ac ne tum quidem emersisti, lutulente Caesonine, e miserrimis naturae tuae sordibus, cum experrecta tandem virtus* [126] *[clarissimi viri] celeriter et verum amicum et optime meritum civem et suum pristinum morem requisivit.*

Profecto Cn. Pompeium significari intelligitis.

CIRCA VERS. A PRIMO DCCC.

(§. 35.) *De me cum omnes magistratus promulgassent praeter unum praetorem, a quo non fuit postulandum, fratrem inimici mei, praeterque duos de lapide emptos tribunos, legem comitiis centuriatis tulit P. Lentulus consul.*

Frater ille *inimici mei*, id est P. Clodii, App. Claudius, sicut iam *saepe* significavimus, fuit. Duos tribunos, de quibus ipsis quoque iam diximus, quos de lapide emptos ait, quia mercede id faciebant, Sex. Atilium Serranum et Q. Numerium significat.

CIRCA MEDIUM.

(§. 38. 39.) *Appellatus est hic vulturius illius provinciae, si dîs placet, imperator. Ne tum quidem, Paule noster, tabellas cum laurea Romam mittere audebas.*

---

4. om. Lud. Lugd. Hot. Man.

5. *Ac*] Princ. Berald. sicut apud Ciceronem e coniectura Faërni ediderat Lambinus probante Garatonio. — *At* ceteri.

Ibid. *lutulente*] *lutulento* Princ. Berald.

Ibid. *Caesonine*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Ceso* Princ. — *Caeso* Berald. Ald. — *Caesoni* Lod. conf. Turnebus Advers. XXI. 15.

6. *miserrimis*] *miserimis* Princ. 6. *tuae*] om. Princ. Berald. Ald. Lod.

Ibid. *experrecta*] *exporrecta* Princ. — *experta* Berald. Ald.

7. *clarissimi viri*] om. Princ. Berald. Ald. Hot. Cren.

9. *intelligitis*] Lud. — *intelligis* Princ. Berald. — *intelligit* Ald. — *intelligitur* Lugd. Hot. Man. Cren.

10. om. Lod. Lugd. Hot. Man.

11. *omnes*] *omnis* Princ. Berald. 11. *praeter*] *preter* Princ.

13. *tribunos*] *tribunos pl.* Lugd. Hot. Man. Cren. — Omissionem genitivi *plebis*, qui abest ab antiquis editionibus, vehementer probavit Garatonius ad h. l., etsi eum abesse ab Asconio nesciebat. 13. *comitiis*] *comiciis* Princ.

15. *frater ille inimici mei id est*] Princ. Berald. — *fratrem inimici mei* Ald. Lod. — om. Lugd. Hot. Man. Cren.

16. *significavimus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *significabitur* Princ. Berald. Ald. Lud.

Ibid. *fuit*] Legebatur *fuit frater.* Unam vocem, ut primae sex conservarentur, haud cunctanter eiecimus. (An in hoc v. *frater* latet *praetor?* Os.)

Ibid. *quoque*] Princ. Berald. — *saepe* Ald. et seqq.

18. *Atilium*] *Statilium* Princ. Berald. Ald. Lod.

Ibid. *Q. Numerium*] *Numerium Quinctium* Man. Conf. Pighius T. III. p. 375. Quibus optime adversatur Orellius ad orat. pro Sestio §. 72. edit. min. Scholiastes ad illum locum tribunum nostrum vocat *Q. Numerium Rufum.*

19. om. Lod. Lugd. Hot. Man.

20. *vulturius*] Berald. Lugd. Man. — *veteris* ceteri.

22. *laurea*] *lausea* Princ.

Confido vos intelligere, L. Paulum hunc significari, qui fuit pater naturalis Africani posterioris; is de Macedonia atque ultimo eius de rege triumphavit. Macedoniam autem Piso, in quem haec oratio est, obtinuit; propter quod Paulum eum appellat, irridens eum, quod ibi se non prospere gessit.

CIRCA MEDIUM.

(§. 44.) *M. Marcellus, qui ter consul fuit, summa virtute, pietate, gloria militari, periit in mari: qui tamen ob virtutem gloria et laude vivit.*

Fortasse quaeratis, quem dicat Marcellum. Fuit autem [nepos] M. Marcelli eius, qui bello Punico secundo Syracusas vicit et V. consulatus adeptus est. Hic autem Marcellus, de quo Cicero dicit, naufragio ad ipsam Africam periit paulo ante coeptum bellum Punicum tertium. Idem cum statuas sibi ac patri itemque avo poneret, in monumentis avi sui ad Honoris et Virtutis, decore subscripsit: III. MAR-
[127] CELLI NOVIES COSS. avus quinquies, pater semel: itaque neque mentitus est et apud imperitiores patris sui splendorem auxit.

CIRCA VERS. A NOVIS. DCCC.

(§. 52.) *Me consequentibus diebus in ea ipsa domo, qua tu me expuleras, quam expilaras, quam incenderas, pontifices, consules,*

---

1. *hunc*] *nunc* Lugd. Man.

2. *is*] Repetivimus praecedentis vocabuli postremam syllabam, ne manca esset oratio; *is* enim abest a Princ. Berald. Ald. — *quique* Lod. et seqq.

Ibid. *ultimo*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ultimum* Princ. Berald. Ald. Lod.

Ibid. *eius de rege*] *de rege eius* Lod.

5. *se non*] *non se* Lod. — „Broukhus. ad Propert. IV. 6, 21. emendat optime: *quod ibi rem non prospere gessit.*" GARAT.

6. *CIRCA MEDIUM*] om. Lod. Lugd. Hot. Man. — *SEQUITUR* Cren.

7. *M.*] om. Princ. Berald. Ald. 7. *virtute*] om. Princ. Berald.

8. *periit*] *perit* Princ.

9. *gloria et laude*] *gloriae laude* Ald. Lugd. Man.

10. *fuit autem nepos M. Marcelli eius*] Ald. et seqq. — *fuit autem M. Marcelli eius* Princ. — *fuit autem M. Marcellus is* Berald.

11. *Syracusas*] *Siracusas* Princ. 13. *periit*] *perit* Man.

13. *ante coeptum b. P. t.*] „Ex epitome Liviana [libri L.] legendum existimat Sigonius: *post coeptum.*" MANUT. Deest haec annotatio in Lugd.

15. *decore*] Sic scripsi. — *decorem* Princ. Berald. Ald. Lod. — *aedem* Lugd. Hot. Man. Cren. — Substantivi *aedes* ad deorum nomina solennis est omissio, et *decora* subscriptio haud inepte dici videtur, qua filius patris laudes augere studuit.

Ibid. *III.*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Hi* priores. — „Nulla fere mutatione locum restituimus atque hic quasi aliud agentes locum in Velleio Paterculo emendemus: in quo lib. II. [cap. 8.] legitur: *Circa eadem tempora M. Metelli fratres uno die triumphaverunt:* cum legendum sit, *II* (Lugd. *III*) *Metelli fratres.*" MANUT.

16. *avus quinquies, pater semel*] Quae a Manutio (Lugd. Man.) et sequentibus editt. ante *avus* inseruntur: *fuerat autem*, et voci *semel* postponuntur; *ipse ter*, facile cogitatione possunt suppleri. Si quid mutandum sit, ante v. *avus* addiderim *scilicet*, cuius vocabuli compendium in ed. princ. est simplex litera *s.*

17. *est*] om. Graev. 18. om. Lod. Lugd. Hot. Man.

20. *quam expilaras*] om. Princ. Berald. Ald.

patres conscripti collocarunt, mihique, quod antea nemini, pecunia publica aedificandam domum censuerunt.

Hoc Cicero oratorio more, non historico, videtur posuisse: nam multis aetatibus ante Ciceronem nulli id contigisse verum est, nemini vero unquam antea videamus, ne parum caute dicamus. Antiquis enim temporibus idem contigit; nam Valerio Maximo, ut Antias tradidit, inter alios honores domus quoque publice aedificata est in Palatio, cuius exitus, quo magis insignis esset, in publicum versus declinaretur, hoc est, extra privatum aperiretur. Varronem autem tradere, M. Valerio, quia saepius vicerat, aedes in Palatio tributas, Iulius Hyginus dicit in libro priore de viris claris. P. Valerio Volusi filio Publicolae aedium repul . . . . eum sub Velia, ubi nunc aedis Victoriae est, populum ex lege, quam ipse tulerat, concessisse tradunt, et Antiochi regis filio obsidi domum publice aedificatam, inter quos Atticus in annale, quae postea dicitur Lucilii poëtae fuisse. Varro quoque in libro III. de vita populi Romani, quo loco refert, quam gratus fuerit erga bene meritos, dicit Mutini, quod

---

1. *patres conscripti*] Sic correximus e Cicerone ceterorum perversam lectionem *practores*. Satis autem constat eodem compeodio voces *pater* et *praetor* exprimi, et pro voce *consripti* onam literam *C.* pooi, quae evaouisse videtur ob sequentis vocabuli literam initialem. Confer etiam Manutium ad Sesur. p. 139. ioit.

Ibid. *collocarunt*] *collocaverunt* Lugd.

Ibid. *antea nemini*] Berald. — *antea memini* Prioc. — *ante me nemini* Ald. et sq.

2. *pecunia publica aedificandam domum*] *pecuniam publioam ad edificandam domum* Princ. 3. *Hoc*] Prioc. Berald. — *haec* Ald. et sq.

6. *idem*] Prioc. Berald. — *pluribus idem* Ald. et seqq.

Ibid. *nam*] om. Cren.

7. *domus quoque*] Ald. et seqq. — *domusque* Princ. — *domus* (altera voce omissa) Berald.

Ibid. *aedificata*] *edificata* Princ. et sic ubique.

8. *esset, in*] *esset et in* Princ. Berald. Ald.

11. *Iul. Hyginus*] Editiones quas contuli omnes mendose: *L. Higinius.* Attamen emendarat iam T. Popma Frisius probante Madvigio p. 65. Conf. Ger. Io. Voss. de histor. lat. p. 103.

12. *Volusi*] Man. — *Volesi* Prioc. Ald. Lugd. Hot. Cren. — *Valesii* Berald. Lod.

Ibid. *Publicolae*] *publicole* Prioc. — *Poplicolae* Man.

Ibid. *aedium - - cum*] Sic mance Princ. Ald. — *aedes publicas* Berald. Lod. Lugd. Hot. Man. Cren., quod nimis abhorret a vestigiis editionis principis. — „Legendum videtur, *Poplicolae aedes publice sub Velia.* Et mox fortasse *Victorine* interpres posuit aliquis pro *Vicaepotae.* Conf. adnotat. ad c. 8. de Har. resp. et ad Liv. II. 7." GARAT.

Ibid. *sub Velia*] Lugd. Hot. Man. Creo. — *sub velis* Princ. Ald. — om. Berald. Lod. 13. *aedis*] Princ. Ald. — *aedes* ceteri.

13. *Victoriae*] *victorio* Prioc. 14. *regis*] *regi* Berald.

15. *inter quos* cet.] „Fortasse verba, *inter quos Atticus in annalibus*, post *tradunt* erant collocaoda. Aut potius fuit: *et P. Valerio* cet. *concessisse. Tradunt* etc. ut alii distinguunt." GARAT.

Ibid. *annale*] Princ. — *annali* Ald. — *annalibus* Berald. Lod. Lugd. Hot. Man. Cren. male. Cicero ad Atticum XII. 23. *scriptum est in tuo annali.* Corn. Nep. XXIII. 13. *Atticus — in annali suo scriptum reliquit*, conf. XXV. 18. Cic. Orat. c. 34.

Ibid. *Lucilii*] Lugd. Hot. Man. Creo. — *Lucii* Princ. Berald. Ald. Lod.

16. *in*] om. Man.

17. *Mutini*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *minime* Princ. — *Murrhinae* Berald. — *Murrinne* Ald. — *Murrheinae* Lod. — Conf. Liv. XXV. 10. XXVII. 5.

in Sicilia cum equitatu suo transierat ad nos, civitatem Romae datam aedesque et pecuniam ex aerario. Videamus tamen, an non ideo Cicero dicat sibi, quod antea nulli, domum pecunia publica ex aerario aedificatam, quia illis aut locus publice datus sit, aut domus, quae non fuerat eorum, propter illos publico sumptu aedificata; Ciceroni domus, quae fuerat ipsius, et diruta atque incensa erat et consecrata, publico sumptu aedificata sit: quod novum et huic primo et adhuc etiam soli contigit.

[128] CIRCA VERS. A NOVIS. DCCCXX.

(§. 58.) *O stultos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos, Scipiones, Marcellos, Maximos! o amentem Paulum! rusticum Marium! nullius consilii patres horum amborum consulum, qui triumpharunt!*

Diximus banc orationem esse dictam Cn. Pompeio Magno II. M. Crasso II. coss. Pompeii pater bello Italico de Picentibus, M. Crassi pater P. Crassus ante bellum Italicum de Hispanis triumphavit.

CIRCA VERS. A NOVIS. DCLX.

(§. 62.) *Eadem cupiditate vir summo ingenio praeditus; C. Cotta, nullo certo hoste, flagravit. Eorum neuter triumphavit, quod alteri illum honorem collega, alteri mors ademit.*

Credo vos quaerere, et quis hic Cotta, et quis ille collega Crassi fuerit. Fuit autem C. Cotta orator ille compar P. Sulpicii, qui est in dialogis Ciceronis de Oratore scriptis, qui, cum decretus illi esset triumphus, mortuus est ante diem triumphi, cum cicatrix vulneris eius, quod ante plures annos in proelio acceperat, rescissa esset repente. Crasso autem collega fuit Q. Scaevola pontifex, qui cum animadverteret, Crasso, propter summam eius in re publica potentiam ac digni-

---

1. *Romoe*] om. Lugd. Man.
2. *tamen, an non*] *tamen non* Princ. — *tamen num* ceteri.
5. *eorum, propter*] Berald. Lod. — *eorum qua propter* Priac. — *eorum quam propter* Ald. — *earum neque propter* Lugd. Hot. Man. Crea.
Ibid. *aedificato*] *edificate* Princ. — *oedificatoe* Ald
Ibid. *Ciceroni*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Ciceronis* Princ. Berald. Ald. Lod.
6. *ernt*] *erant* Princ. — om. Lod.
7. *et odhuc*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *aut adhuc* Priac. Berald. Ald. Lod.
8. *contigit*] *contingit* Man.
9. om. Lod. Lugd. Hot. Man. 10. *Curios*] *Furios* Princ. Berald.
11. *Marcellos*] *Marcellum* Princ.
Ibid. o *ameutem*] Berald. Lod. Hot. Cren. — *so ornamentum* Princ. — *amentem* (omissa interiectione) Ald. Lugd. Man.
Ibid. *rusticum*] *ruscium* Princ. 12. *patres*] *patrem* Lod.
12. *omborum*] Berald. Lod. — *avorum* Princ. — om. Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. 14. *Pampeii*] *Pampei* Princ. Ald.
16. om. Lod. Lugd. Hot. Man. 17. *C.*] om. Princ. Berald. Lod.
19. *mors*] *mares* Princ. 20. *quoerere*] *querere* Princ.
20. *quis hic*] *qui hic* Man. 21. *P.*] om. Man.
21. *Sulpicii*] *Sulpitii* Princ.
22. *scriptis, qui cum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *scriptis, cum* (om. *qui*) priores.
25. *esset repente. Crasso autem*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *esset. Repente autem Crosso* Princ. Berald. Ald. Lod. 25. *Q.*] *Quintius* Lod.
Ibid. *Scaevola*] *Scevola* Princ.

talem, senatum in decernendo triumpho gratificari, non dubitavit rei publicae magis quam collegae habere rationem ac, ne fieret senatus consultum, intercessit. Sed idem provinciam, cuius cupiditate plerique etiam boni viri delinquebant, deposuerat, ne sumptui esset aerario.

STATIM.

(§. 62.) *Irrisa est a te paulo ante M. Pisonis cupiditas triumphandi. a qua te longe dixisti abhorrere: qui, etiam si minus magnum bellum gesserat, istum honorem omittendum non putavit. Tu eruditior quam Piso.*

Quis hic M. Piso fuerit, credo vos ignorare. Fuit autem, ut puto iam nos dixisse, Pupius Piso eisdem temporibus, quibus Cicero, sed tanto aetate maior, ut adolescentulum Ciceronem pater ad eum deduceret, quod in eo et antiquae vitae similitudo et multae erant literae: orator quoque [eloquentior] quam frequentior habitus est. Bien- [129] nio tamen serius, quam Cicero, consul fuit; triumphavit procos. de Hispania, Q. Hortensio, Q. Metello Cretico consulibus, ante Ciceronis consulatum.

(§. 65.) *Instant post hominum memoriam apparatissimi magnificentissimique ludi, quales non modo nunquam fuerunt, sed ne quomodo quidem fieri posthac possint, possum ullo pacto suspicari.*

Cn. Pompeii ludos significat, quibus theatrum a se factum dedicavit, quibus ludis elephantorum pugnam primus omnium dedit in Circo.

---

4. *delinquebant*] *deliquebant* Princ.

Ibid. *aeraria*] Lugd. Hot. Mau. Creo. — *oratio* Prioc. Berald. Ald. Lod.

5. om Lod. Lugd. Hot. Man.

8. *gesserat, istum*] Princ. Berald. — *gesserat, ut abs te dictum est, tamen istum* Ald. et seqq.

Ibid. *omittendum*] *emittendum* Prioc. — *obmittendum* Ald. cum Graevii codice. — *emendum* Berald. — *contemnendum* Lod. et seqq.

Ibid. *Tu*] Ald. et seqq. — *puer* Princ. Berald.

9. *Piso*] Ald. et seqq. — *ipse* Prioc. Berald.

10. *hic M.*] *hic et M.* Logd.

11. *Pupius Piso*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *P. Piso* Princ. Berald. Ald. — *M. Piso* Lod. — „Ridiculum erat legere ut ante, *Publius Piso*, cum hunc ipsum Pisonem et Cicero et Pedianus *Marci* praenomine iam appellaverint. Foit autem hic M. Pupius Piso Calpurnianus, qui consulatum [a. 693] cum M. Messala gessit." MANUT. 12. *tanto*] *tanta* Cren.

13. *deduceret*] „Vidé Gronov. III. Observ. 23" GARAT.

Ibid. *et antiquae*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *etiam quae* Prioc. — *etiam quaedam* Berald. Lod. — *etiam antiquae* Ald.

14. *quoque eloquentior quam frequentior*] *quoque quam frequentior* (omisso altero comparativo) Princ. — *quoque frequentior* Berald. — *quaque melior quam frequentior* Ald. et seqq. — Adiectivum, quod nos inseruimus, facilius excidere potuisse in hac quidem vicinia videtur. (Excidit ne potius *eruditior?* Or.)

15. *serius*] *serior* Ald. Lugd. Man.

16. *Hispania*] Prioc. Berald. Ald. Lod. — *Hispanis* Lugd. Hot. Mao. Cren.

18. His Crenius praeposuit: SEQUITUR.

19. *nunquam*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *unquam* Princ. Berald. Ald. Lod.

20. *quomodo*] *modo* Princ. Berald.

Ibid. *pacto*] Princ. Berald. Lod. — *modo* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren.

22. *dedit in Circo*] „Vide Harduin. ad Plin. H. N. VIII. 7. in Emend. n. XIV." GARAT.

VERS. A NOVIS. DLX.

(§. 68.) *Est quidam Graecus, qui cum isto vivit, homo, vere ut dicam, sic enim cognovi, humanus, sed tamdiu, quamdiu aut cum aliis est, aut ipse secum.*

Philodemum significat, qui fuit Epicureus illa aetate nobilissimus, cuius et poëmata sunt lasciva.

CIRCA VERS. A NOVIS. CCCXX.

(§. 82.) *Quamquam; quod ad me attinet,*
nunquam istam imminuam curam inficiando tibi.

Prope notius est, quam ut indicandum sit, hunc versum esse L. Accii poëtae, et dici a Thyeste Atreo.

CIRCA VERS. A NOVIS. CC.

(§. 89.) *Quod populari illi sacerdoti sexcentos ad bestias socios stipendiariosque misisti.*

Manifestum est P. Clodium significari.

CIRCA VERS. A NOVIS. CXX.

(§. 94.) *Ecquid vides, ecquid sentis, lege iudiciaria lata, quos posthac iudices sumus habituri.*

Legem iudiciariam ante aliquot annos, quibus temporibus accusatus est Verres a Cicerone, tulit Aurelius Cotta praetor, qua communicata sunt iudicia senatui et equitibus Romanis et tribunis aerariis. Rursus deinde Pompeius in consulatu secundo, quo haec oratio dicta est, promulgavit, ut amplissimo ex censu ex centuriis aliter quam antea lecti iudices, aeque tamen ex illis tribus ordinibus, res iudicarent.

---

1. om. Lod. Lugd. Hot. Man.

2. *quidam*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *quidem* Princ. Berald. Ald. Lod.

3. *tamdiu, quamdiu aut cum*] *tamdiu aut cum* Princ. Berald. — *tamdiu quamdiu cum* Ald. et seqq. — Librarium aberrante oculo simillimam vocem omisisse quam dissimilem supposuisse veri similius est.

5. *Philodemum*] *Filodemum* Princ. — „Scholiastes Horatii Cruquianus ad I. Serm. 2, 121. *Philodemus fuit poëta Epicureus, qui Graece scripsit plura epigrammata.*" GARAT. Eius aliquot hodie quoque amatoria epigrammata in anthologia Graeca reperiri monuit iam Turnebus Advers. XXI. 15.

7. om. Lod. Lugd. Hot. Man. 10. *ut*] om. Berald.

11. *Accii*] *Acci* Princ. — *Attii* Man.

Ibid. *poëtae*] *poete* Princ. Ibid. *a Thyeste*] *athieste* Princ.

Ibid. *Atreo*] Princ. Berald. — *in Atreo* Ald. et seqq. improbante Madv. p. 77.

12. om. Lod. Lugd. Hot. Man.

14. *socios*] Berald. Ald. Lod. Lugd. — *sotios* Princ. (sic et infra) — *amicos socios* Man. — *amicos sociosque* Hot. Cren. — Vocabulum *amicos*, ut ab Asconio abest, sic etiam ex Cicerone expellendum videtur.

16. om. Lod. Lugd. Hot. Man.

17. *Ecquid – ecquid*] *Et quid – et quid* Princ. Berald.

18. *quos posthac iudices sumus hab.*] *quos posthac iudices simus hab.* Lugd. Hot. Man. — *quod posthac sumus hab.* (om. *iudices*) Princ. Berald. Ald. — *quos posthac sumus hab.* Lod. — *quod posthac iudices simus hab.* Cren. — Indicativum etiam Garatonius videtur recepturus fuisse, si Asconii auctoritate eum firmatum cognovisset. 22. *consulatu*] *consolatu* Princ.

23. *aliter quam*] Ald. et seqq. — *aliterque* Princ. — *aliter atque* Berald.

CIRCA VERS. A NOV. LXXXX.

(§. 95.) *L. Opimius eiectus patria est, qui et post praeturam* [130[*et consul maximis periculis rem publicam liberarat. Non in eo, cui facta iniuria est, sed in eis, qui fecerunt, sceleris et conscientiae poena remansit.*

Notum est, Opimium in praetura Fregellas cepisse, quo pacto visus est caeteros quoque nominis Latini socios male animatos repręssisse, eundemque in consulatu Fulvium Flaccum consularem et C. Gracchum tribunitium oppressisse, ob quam invidiam postea iudicio circumventus est et in exilium actus.

---

1. om. Lod. Lugd. Hot. Man. 2. *qui*] *is qui* Lugd. Hot. Man. Cren.

2. *post praeturam*] *praetor* Lugd. Hot. Man. Cren. cum Ciceronis libris. — Acquievimus in lectione antiquarum editionum, cui non repugnare videtur historia. Re vera enim insequente demum praeturam anno (U. C. 630. Varr.) L. Opimius Fregellanam quaestionem absolvit, ad quem annum Pighii (Ann. T. III. p. 48) corollarium hoc est: „L. Opimius Q. F. Q. nepos provinciam, quam ex praetura sortitus erat, non obtinuit, sed Fregellas cum imperio et quaestionem de coniuratis extra ordinem ex S. C. persequi iussus est." Itaque Asconii verba intelligenda erunt de prorogata praetura. Possis fortasse etiam legere: *pro praetore*, vel, quod magis etiam placet, *per praeturam*.

3. *eo*] *eum* Princ. Berald. Ald. 6. *cepisse*] *caepisse* Princ.

8. *Fulvium*] *et Fulvium* Lod.

Q. ASCONIUS PEDIANUS

IN

M. TULLII CICERONIS

ORATIONEM

PRO M. SCAURO.

---

[131] Hanc quoque orationem eisdem consulibus dixit, quibus pro Vatinio, L. Domitio Ahenobarbo et Appio Claudio Pulchro Coss. Summus iudicii dies fuit a. d. IIII. Non. Septembr.

ARGUMENTUM HOC EST.

Marcus Scaurus, M. Scauri filius, qui princeps senatus fuit, vitricum habuit Syllam: quo victore et munifico in socios victoriae ita abstinens fuit, ut nihil neque donari sibi voluerit neque ab hasta emerit. Aedilitatem summa magnificentia gessit, adeo, ut in eius impensas opes suas absumpserit magnumque aes alienum contraxerit. Ex praetura provinciam Sardiniam obtinuit, in qua neque satis abstinenter se gessisse existimatus est et valde arroganter: quod genus morum in eo paternum videbatur, cum caetera industria nequaquam esset par. Erat

---

In edit. principe et Berald. titulus est: PRO. M. SCAURO. Subscribitur: PRO. M. SCAURO. FINIS.

3. *a. d.*] Beiens. — *a* Princ. Berald. — *ad* ceteri.

Ibid. *IIII. Non. Sept.*] „Puto legendum *III. Nonas Sept.* ex Kalendario vetere Romano." MANUT. Haec annotatio abest a Lugd. nec quid sibi velit vir doctissimus perspicio.

4. *ARGUMENTUM HOC EST*] Princ. Berald. Hot. — *ARGUMENTUM* Lnd. Creo. — Idem verbum statim post indicem ponunt Ald. Lugd. Man. — Quintilianus Inst. Orat. V. 10, 9. *orationum Ciceronis velut thema ipse exponens Pedianus* Argumentum, *inquit*, tale est. Conf. argumentum Milonianae.

5. *Marcus Scaurus*] *Marcus enim Scaurus* Ald. Lod. Logd. Man.

6. *vitricum*] *victricum* Princ. Berald. Ald. Lod.

7. *hasta*] *asta* Princ. 8. *impensas*] *impensa* Berald.

9. *contraxerit*] *contraxit* Princ.

12. *Erat*] Sic uterque cod. Ambrosianus et Berald. — *orat* Princ. typographico, ni egregie fallor, errore, unde tamen: — *oraverat* Ald. et seqq.

tamen aliquando inter patronos causarum. Sed postquam ex provincia redierat, dixerat pro C. Catone, isque erat absolutus a. d. III. Nonas Quint. Ipse cum ad consulatus petitionem a. d. III. Kalend. Quint. Romam redisset, querentibus de eo Sardis, a P. Valerio Triario, adolescente parato ad dicendum et notae industriae, filio eius, qui in Sardinia contra M. Lepidum arma tulerat, et post in Asia Pontoque legatus L. Luculli fuerat, cum is bellum contra Mithridatem gereret, postulatus est apud M. Catonem praetorem repetundarum, ut in actis scriptum est, postridie Nonas Quintil. post diem tertium, quam C. [152] Cato erat absolutus. Subscripserunt Triario in Scaurum L. Marius L. F., M. et Q. Pacuvii fratres, cognomine Claudii: qui inquisitionem in Sardiniam itemque [in] Corsicam insulas dies tricenos acceperunt neque profecti sunt ad inquirendum. Cuius rei hanc causam reddebant, quod interea comitia consularia futura erant: timere ergo se, ne Scaurus ea pecunia, quam ab sociis abstulisset, emeret consulatum et, sicut pater eius fecisset, ante, quam de eo iudicari posset, magistratum iniret ac rursus ante alias provincias spoliaret, quam rationem prioris administrationis redderet. Scaurus summam fiduciam in paterni nominis dignitate, magnam in Cn. Pompeii Magni reponebat. Habebat enim filium, liberorum Cn. Pompeii fratrem; nam Tertiam, Scaevolae filiam, dimissam a Pompeio in matrimonium duxerat. M. Catonem autem, qui id iudicium (ut diximus) exercebat, metuebat admodum propter amicitiam, quae erat illi cum Triario: nam Flaminia, Triarii mater, et ipse Triarius sororem Catonis Serviliam, quae mater M. Bruti fuit, familiariter diligebat; ea porro apud Catonem maternam obtinebat auctoritatem. Sed in eo iudicio neque Pompeius propensum adiutorium praebuit (videbatur enim apud animum eius non minus offensionis contraxisse, quod iudicium eius in Muciam crimine impudicitiae ab eo dimissam levius fecisse existimaretur, cum eam ipse probasset, quam

---

1. *Sed*] Malim *Scilicet*. Particulae adversandi nullus hic videtur locus.
2. *a. d.*] Beierus. — *ad* ceteri. 3. *Ipse*] *Inde* Hot. Cren.
3. *a. d.*] Beierus. — *ad* ceteri. 4. *querentibus*] *quaerentibus* Princ.
4. *P.*] om. Lod. 5. *notae*] *nate* Princ.
7. *in Asia Pantoque legotus L. Luculli*] *in Asio legotus Pontoque L. Luculli* Princ. Berald. 7. *Mithridatem*] *Mitridotem* Princ.
8. *postulotus est apud*] Legebatur *postulatus apud*, omisso verbo *est*, quod post syllabam *us* saepe excidit. Conf. ad Cornel. p. 91. Hot. ad eand. p. 96. ad Milon. p. 147. p. 149.
9. *postridie*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *pri. (prid.)* Princ. Berald. Ald. Lod.
10. *C. Coto*] Praenomen addidit Heinrichius.
Ibid. *Scaurum*] *M. Scaurum* Lod.
Ibid. *L. Marius*] *Q. Morius* Princ. Ald. — *Q. M.* Berald.
11. *M.*] om. Princ. Berald. Ald. Lod.
Ibid. *Claudii*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Claudi* Lugd. Hot. Man. Cren. — Pighius in Annalibus cognomen habet *Cloudi*, in indice *Caldi*.
12. *in*] expunxerunt Heinrichius et Beierus.
20. *Tertiam*] *tertiam* Princ. Berald. Ald. Lod. Lugd. Sed vid. Heinrichii annot. ad h. l. 20. *Scaevoloe*] *scevolae* Princ.
23. *Triorii*] *triaria* Princ. Berald. 25. *apud*] *ad* Hot. Cren.
28. *Muciom*] Princ. Berald. — *Mutiom* ceteri.
Ibid. *impudicitiae*] *impudicicioe* Princ.
29. *existimaretur*] *estimaretur* Princ.

gratiae acquisisse necessitudinis iure, quod ex eadem uterque liberos haberet: neque Cato ab aequitate ea, quae et vitam eius et magistratum illum decebat, quoquam deflexit. Post diem autem quartam, quam postulatus erat Scaurus, Faustus Sylla tum quaestor, filius Syllae Felicis, frater ex eadem matre Scauri * servus eius vulneratus (133) prosiluit ex lecticis et questus est pro interempto esse competitoribus Scauri et ambulare cum trecentis armatis seque, si necesse esset, vim vi repulsurum.

Defenderunt Scaurum sex patroni, cum ad id tempus raro quisquam pluribus quam quatuor uteretur: ac post bella civilia ante legem Iuliam ad duodenos patronos est perventum. Fuerunt autem hi [sex]: P. Clodius Pulcher, M. Marcellus, M. Calidius, M. Cicero, M. Messala Niger, Q. Hortensius. Ipse quoque Scaurus dixit pro se ac magno opere iudices movit et squalore et lacrimis et aedilitatis effusae memoria ac favore populari ac praecipue paternae auctoritatis recordatione.

ENARRATIO.

CIRCA VERS. A PRIMO XXXX.

(I. 1.) Cum enumeraret iudicia, quae pater Scauri expertus est: *Subiit etiam populi iudicium inquirente Cn. Domitio, tribuno plebis.*

---

2. *aequitate*] *equitate* Princ. 2. *quae*] *quam* Princ. Ald.
3. *decebat*] *dicebat* Princ.
Ibid. *quartam*] Princ. Berald. — *quartum* ceteri.
5. *Felicis*] *Foelicis* Princ.
Ibid. *eadem*] *ea* Heinrichius et Peyron, male. Genitivus *Scauri* non pendet e v. *matre*, sed e v. *frater*. Iungenda sunt autem *frater ex eadem matre*, i. e. ἀδελφὸς ὁμομήτριος.
Ibid. *Scauri * servus* cet.] Locus corruptus et mutilus, cui haud pauca deesse videntur. Quae ad eum restituendum a viris doctis tentata sunt, deinceps iudicabimus. Conferatur autem Madvigius p. 32.
Ibid. *servus eius vulneratus*] *servis eius vulneratis* Heinr. — *quod servus eius vulneratus* Mai ex fide codicis Ambrosiani.
6. *lecticis*] *lectica* Heinr.
Ibid. *pro interempto esse*] *prope interemptum esse* Berald. Beier. — *prope interemptum esse se a* Lod. Heinr.
Ibid. *competitoribus*] *competitionibus* Princ. Berald.
10—11. *ac - - - perventum*] om. Berald.
10. *ac*] *at* Hot. Cren. Mai. „Neutrum puto scripsisse auctorem, sed potius *atque* i. e. et adeo." HEINR. His nuleos vir doctissimus *ac* retinendum esse docuit.
11. *ad*] *apud* Princ. 11. *perventum*] *proventum* Princ.
Ibid. *sex*] om. Lugd. Man. Sigon. Heinr. Putide adiectum videtur Beiero.
14. *magno opere*] Berald. — *magnopere* ceteri, ubique.
Ibid. *lacrimis et aedilitatis*] *lachrymis et edilitatis* Princ.
Ibid. *effusae*] Heinr. Beier. — *effusa* ceteri.
15. *praecipue*] *precipue* Princ.
17. *ENARRATIO*] Princ. Berald. Hot. — *INITIUM EXPOSITIONIS* Ald. Lugd. Cren. — *EXPOSITIONIS INITIUM* Lod. — *INITIUM EXPLANATIONIS* Man. 18. om. Lod. Lugd.
19. *enumeraret*] *enumerat* Lugd. 19. *Scauri*] *Scaurus* Cren. Beier.
20. *Subiit*] Mai. Beierus. — *subdit* Berald. — *subit* ceteri.

Domitius, qui consul fuit cum Cassio, cum esset tribunus plebis, iratus Scauro, quod eum in augurum collegium non cooptaverat, diem ei dixit apud populum et multam irrogavit, quod eius opera sacra multa populi Romani deminuta esse diceret. Crimini dabat sacra publica populi Romani deûm Penatium, quae Lavinii fierent, opera eius minus recte casteque fieri. Quo crimine absolutus est Scaurus quidem, sed ita, ut a tribus tribubus damnaretur, a XXXII. absolveretur, et in eis pauca puncta inter damnationem et absolutionem interessent.

IBIDEM.

(2.) *Reus est factus a Q. Servilio Caepione lege Servilia, cum iudicia penes equestrem ordinem essent et P. Rutilio damnato nemo* [134] *tam innocens videretur, ut non timeret illa.*

Q. Servilius Caepio Scaurum ob legationis Asiaticae invidiam et adversus leges pecuniarum captarum reum fecit repetundarum lege, quam tulit Servilius Glaucia. Scaurus tanta fuit continentia animi et magnitudine, ut Caepionem contra reum detulerit et breviore die inquisitionis accepta effecerit, ut ille prior causam diceret, M. quoque Drusum, tribunum plebis, cohortatus sit, ut iudicia commutaret.

IBIDEM.

(3.) *Ab eodem etiam lege Varia custos ille rei publicae proditionis est in crimen vocatus: vexatus a Q. Vario, tribuno plebis, est non multo ante.*

---

1. *Domitius*] Princ. Berald. — *Cn. Domitius* Ald. et seqq.
Ibid. *Cassio*] *C. Cassio* Mao.
3. *apud*] Princ. Berald. Ald. — *ad* Lod. et seqq.
4. *deminuta*] Hot. Creu. Beier. — *diminuta* Princ. Ceteri.
5. *Lavinii*] *lavini* Princ. Ald. (Cfr. *Inscr.* meas *Latinas* N. 2275. Or.)
Ibid. *fierent*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *fuerunt* Princ. Ald. Lod. — *fuerant* Berald.
6. *recte casteque*] *recte caste* Hot. Creo. 7. *tribus*] om. Creo.
7. *XXXII.*] Lod. et seqq. — *XXXVII.* uterque cod. Ambr. Princ. Berald. Ald. quos secutus est Mai, quoniam extra solemnem numerum *τῶν* XXXV. aliquam praeterea tribum extitisse exploratum sit. „Sane aliquot annis post novorum civium *octo* (ut scribit Vellei. Pat. II. 20, 2.) tribus erant additae. Nunquam tamen XL tribus fuisse certum est. Itaque *V* detraxi." BEIERUS.
8. *puncta*] *puncta. puncta* Princ.
9. *IBIDEM*] Hanc vocem cum sequentibus eadem enuntiatione complectuntur Princ. Berald. Ald. Lod. — om. Lugd.
10. *est factus*] *factus est* Sigon. 10. *Caepione*] *Cepione* Princ. et sic ubique.
13. *ob legationis*] *obligationis* Princ. Berald.
Ibid. *Asiaticae*] *asiatice* Princ. 15. *Servilius*] *C. Servilius* Lod.
15. *Glaucia*] *Claudia Gracchia* Princ. Berald. Ald. Mai.
16. *continentia animi et magnitudine*] *constantia et magnitudine animi* Lugd Hot. Man. Creo. et sq. — Ab antiqua lectione non erat discedendum. *Continentia animi* dicitur etiam Curtio III. 12. *continentiam* et *animi magnitudinem* iungit Caesar B. G. VII. 52. (*continentia et animi magnitudine* Mai. ex Ambros., ut puto. Placet. Or.)
Ibid. *contra reum*] *contrarium* Princ. Berald. Ald. Lod. Mai.
19. Hoc voc. cum sequentibus iungunt Princ. Berald. Ald. Lod. — om. Lugd.
20. *etiam*] om. Lod. 20. *custos*] *castos* Princ.
Ibid. *rei publicae*] *relip.* Princ. — om. Berald.
21. *est*] ante praep. *a* transposuit Sigonius; nobis utroque loco displicet. — „Illud *non multo ante* videndum, an non ad Asconii potius commentarium per-

Italico bello exorto, cum ob sociis negatam civitatem nobilitas in invidia esset, Q. Varius, tribunus plebis, legem tulit, ut quaereretur de iis, quorum ope consiliove socii contra populum Romanum arma sumpsissent. Tum Q. Caepio, vetus inimicus Scauri, sperans invenisse se occasionem opprimendi eius egit, ut Q. Varius, tribunus plebis, belli concitati crimine adesse apud se Scaurum iuberet anno LXXII. Ille per viatorem accersitus, cum iam ex morbo male solveretur, dissuadentibus amicis, ne se in illa valetudine et aetate invidiae populi obiiceret, innixus nobilissimis iuvenibus processit in forum, deinde accepto respondendi loco dixit: „Q. Varius Hispanus M. Scaurum principem senatus socios in arma ait convocasse; M. Scaurus princeps senatus negat; testis nemo est: utri vos, Quirites, convenit credere?" Qua voce ita omnium commutavit animos, ut ab ipso etiam tribuno dimitteretur.

Dicit iterum de patre M. Scauri:

(4.) *Non enim tantum admiratus sum ego illum virum, sicut omnes, sed etiam praecipue dilexi. Primus enim me flagrantem studio laudis in spem impulit, posse Virtutem, sine praesidio For-*
[135] *tunae, quo contendisset, labore et constantia pervenire.*

Possit aliquis quaerere, cur hoc dixerit Cicero, cum Scaurus patricius fuerit: quae generis claritas etiam inertes homines ad summos honores provexit. Verum Scaurus ita fuit patricius, ut tribus supra eum aetatibus iacuerit domus eius fortuna. Nam neque pater neque avus neque etiam proavus (ut puto, propter tenues opes et nullam vitae industriam) honores adepti sunt. Itaque Scauro aeque ac novo homini laborandum fuit.

(5.) *Si, mehercule! iudices, pro L. Tubulo dicerem, quem unum ex omni memoria sceleratissimum et audacissimum fuisse accepi-*

---

tineat, ut illud *vexatus a Q. Vario trib. pl. est* sit Ciceronis, illud autem *Non multo ante Italico bello exorto* sit Asconii." PATRIC.

3. *iis*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *his* Princ. Berald. Ald. Lod.
Ibid. *ope*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *opera* Lugd. Hot. Man. Cren.
Ibid. *consiliove*] *consilio ut* Princ. — *consilioque* Berald.
4. *Scauri*] *Marci Scauri* Lod. 5. *invenisse se*] *se invenisse* Lod.
5. *occasionem*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *quaestionem* antiquiores; quod fortasse ferri possit, si interpreteris: *quaestionem ei opprimendo idoneam.*
7. *accersitus*] *arcessitus* Beierus, laudans annotationem ad epist. 16. lib. 1. ad Att. orationi in P. Clodium praemissam §. 11.
8. *valetudine*] *valitudine* Princ. Ald. 9. *obiiceret*] *obiceret* Princ. Ald.
9. *innixus*] Ald. et seqq. — *inimicus* Princ. Berald.
11. *convocasse*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *concitasse* Lugd. Hot. Man. Cren. emendatione minime necessaria, etsi vere Beierus: „illud (*concitasse*) proprium est seditiosorum et i. q. *sollicitasse.*"
17. *praecipue*] *precipue* Princ. 18. *spem*] *specie* Princ.
18. *Virtutem*] *virtute* Berald. Lod.
19. *contendisset*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *contendissem* priores et Mai.
Ibid. *labore*] *laboreque* Berald. Lod. 20. *Passit*] *Posset* Berald.
21. *claritas*] *caritas* Princ. 22. *Scaurus*] *M. Scaurus* Lod.
23. *eum*] *cum* Princ. 25. *Scauro*] *M. Scauro* Lod.
27. *Tubulo*] Ald. et seqq. — *tribulo* Princ. Berald.
28. *ex*] Lod. et seqq. — *et* Princ. Berald. Ald.

mus: tamen non timerem, venenum hospiti aut convivae si diceretur coenanti ab illo datum, cui neque heres neque iratus fuisset.

L. hic Tubulus praetorius fuit aetate patrum Ciceronis. Is propter multa flagitia cum de exilio accersitus esset, ne in carcere necaretur, venenum bibit.

CIRCA TERTIAM PARTEM A PRIMO.

(II. 1.) * *audimus; hoc vero meminimus ac paene vidimus, eiusdem stirpis et nominis P. Crassum, ne in manus incideret inimicorum, se ipsum interemisse.*

Hic Crassus fuit pater Crassi eius, qui aemulus potentiae Cn. Pompeii fuit. Periit autem in dominatione L. Cinnae, cum ille et alios principes optimatum et collegam suum Cn. Octavium occidit.

STATIM.

(2.) *Ac neque illius Crassi factum superioris iisdem honoribus* [136] *usus, qui fortissimus in bellis fuisset, M'. Aquilius potuit imitari.*

Haec verba, quibus Cicero nunc utitur, AC NEQUE, eam videntur habere naturam, ut semel poni non soleant; quia est coniunctio disiunctiva et semper postulat, ut rursus inferatur, NEQUE, ut cum dicimus: *neque hoc*, *neque illud*. Quo autem casu acciderit quave ratione, ut hoc loco Cicero hoc verbo ita usus sit, praesertim cum adiecerit illam appositionem et nomen intulerit postea alterum, neque perspicere potui et attendendum esse valde puto. Moveor enim merita viri auctoritate; neque ignoro aliquando hoc verbum NEQUE vel semel

---

1. *convivae*] *convive* Princ.

2. *cui*] „Alter e codd. Ambrosianis pro *cui* habet *quom* MAI.

Ibid. *fuisset.*] *fuisset*, [*ne cui hoc credibile videretur*]. Beierus, supplemento non malo, sed parum necessario.

3. *Tubulus*] Ald. et seqq. — *tribullus* Princ. Berald.

4. *accersitus*] *arcessitus* Beier. 4. *carcere*] *carcerem* Princ.

6. om. Lod. Lugd.

7. *audimus*] Sic manca Princ. Berald. Ald. Lod. — *Illa audivimus* Lugd. Hot. Man. Crenius; hic et Mai. inepte praemisso insuper fragmento, quod in proximo scholio legitur: *Sic, inquam, se, iudices, res habet; neque hoc a me novum disputatur, sed quaesitum ab aliis est.* 7. *paene*] *pene* Princ.

10. *aemulus*] *emulus* Princ. 11. *Pompeii*] *Pompei* Princ. Berald. Ald.

11. *Periit*] *Perit* Princ. Ald. 11. *Cinnae*] *cinne* Princ.

13. om. Lod. Lugd. 14. *Ac*] *At* Beierus.

14. *superioris*] *neque superioris* Princ. Berald.

Ibid. *iisdem*] *hisdem* Princ. Berald.

15. *M.'*] Man. (et editores fragmentorum Ciceronis). — *M.* ceteri.

16. *AC*] „*at?*" Beierus: qua coniectura abstinere potuisset, nisi in lemmate temere *At* edidisset.

17. *quia est*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *quia NEQUE est* Lugd. Hot. Man. Cren.

18. *et*] Lugd. Hot Man. Cren. — *sed* Princ. Berald. Ald. Lod.

Ibid. *NEQUE*] Lod. — *et neque* Princ. Berald. Ald. — om. Lugd. Hot. Man. Cren.

19. *ut cum dicimus*] Lod. et seqq. — *cum dicimus ut* Princ. Berald. Ald.

20. *praesertim*] *presertim* Princ.

21. *et*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ut* Princ. Berald. Ald. Lod.

22. *merita*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *merito* Lugd. Hot. Man. Cren.

poni, ut in eadem hac oratione ante ipse Cicero posuit: *Sic, inquam, se, iudices, res habet; neque hoc a me novum disputatur, sed quaesitum ab aliis est.* Sed hoc loco et sine praepositione illius verbi videmus esse positum, et tamen post secundum aliquid inferri. Nam cum dixerit, *neque hoc a me novum disputatur:* infert, *sed quaesitum ab aliis est.*

PAULO POST.

(2.) *Quid vero alterum Crassum temporibus eisdem — num aut clarissimi viri Iulii aut summo ingenio praeditus M. Antonius potuit imitari?*

Hic *alter Crassus* idem est, de quo supra diximus. *Alterum* autem eum appellat, quia ante mentionem fecit P. Crassi, qui fuit Pontifex Maximus et bello Aristonici in Asia dedit operam, ut occideretur. Iulios autem eum dicit, duos Caesares fratres, Caium et Lucium, significat: ex quibus Lucius et consul et censor fuit; Caius aedilitius quidem occisus est, sed tantum in civitate potuit, ut causa belli civilis contentio eius cum Sulpicio tribuno fuerit. Nam et sperabat et id agebat Caesar, ut omissa praetura consul fieret: cui cum primis temporibus iure Sulpicius resisteret, postea nimia contentione ad ferrum et ad arma processit. Idem inter primos temporis sui ora-
[137] tores et tragicus poëta bonus admodum habitus est; huius sunt enim tragoediae, quae inscribuntur *Iulii.* Hi autem Iulii et Antonius ab

---

3. *et sine*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ut sine* alter codex Ambrosianus (ab altero tota abest haec particula orationis *sed hoc loco* ect.) Princ. Berald. Ald. — *sine* Lod. 3. *illius*] *ullius* Lod.

4. *videmus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *videamus* alter cod. Ambr. Princ. Berald. Ald. Lod.

Ibid. *post*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *quo sit* alter cod. Ambr. Princ. Berald. — *posuit* Ald. Lod.

5. *dixerit*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *dixit* Lugd. Hot. Man. Cren. „Sed *cum* pro *licet* posita asciscit subiunctivum." BEIER.

7. om. Lod. Lugd.

8. *Quid vero*] „Interrogationis signum hic sustuli, ut appareret pleonasmus suspensae interrogationis, deinde alio modo, quam quo inchoata esset, absolutae." BEIER. 8. *num*] *nam* Princ. — om. Berald.

9. *clarissimi viri Iulii*] *clarissimus vir Iulius* Berald.

Ibid. *ingenio*] *imperio* cod. Ciceronis Taurinensis, quem secutus est Peyron. „Praetulimus lectionem *ingenio.* Nam optumo quisque et splendidissumo ingenio longe honestam mortem vitae cum ignominia et dedecore anteponit." BEIER.

Ibid. *praeditus*] *preditus* Princ. 11. *idem est*] *est idem* Lod.

13. *Asia*] *Asiam* Princ. 14. *dicit*] *dedit* Princ.

15. *consul et censor*] Madvigius. — *consul et praetor* (*pretor* Pr.) Princ. Berald. Ald. Lod. — *praetor et consul* Lugd. Hot. Man. Cren. — „Quid opus in dignitate hominis significanda praeturae commemoratione, quae consulatus dignitate obruebatur? aut quid ineptius, quum illo tempore nemo consul fieret, qui non praetor fuisset? cur denique omittitur summus dignitatis cumulus, censura, quam gessit hic Lucius cum P. Licinio Crasso a. 665? Scripsit Asconius *et consul et censor;* mutatum id est propter praeturae in fratre mentionem." MADV.

16. *aedilitius*] *Edilicius* Princ. Berald.

18. *praetura*] *pretura* Princ. 19. *Sulpicius*] *Sulpitius* Princ. ubique.

20. *temporis*] *temporibus* Cren. 21. *bonus*] om. Cren.

22. *tragoediae*] *tragediae* Princ. 22. *Hi*] Berald. Lod. — *et hi* ceteri.

satellitibus Marii sunt occisi, cum Crassus, ut supra diximus, eundem casum sua manu praevenisset.

CIRCA MEDIUM.

(33) *Neque vero haec ipsa quotidiana res Appium Claudium, illa humanitate et sapientia praeditum, per se ipsa movisset, nisi hunc C. Claudii fratris sui competitorem fore putasset.* (34) *Qui sive patricius sive plebeius esset (nondum enim certum constitutum erat) cum illo sibi contentionem fore putabat.*

Fuerunt enim duae familiae Claudiae: earum, quae Marcellorum appellata est, plebeia; quae Pulchrorum, patricia. Sed hoc loco urbane Cicero lusit in Claudium, cum quo in gratiam non redierat. Nam quia is P. Clodii erat frater, qui ex patricia in plebeiam familiam transierat per summam infamiam, † se quoque dubitare adhuc dixit.

---

1. *Crassus*] *Cassius* Cren. 3. om. Lod. Lugd.

4. *vero haec*] *vero tam haec* editt. Ciceronis cum cod. Ambros. palimpsesto. — *vero tamen haec* cod. Taurinensis.

Ibid. *quotidiana*] *cotidiana* editt. Ciceronis. — *cottidiana* Ambros. palimps.

6. *hunc C. Claudii*] „Palimpsestus ambrosianus evidenter habet *hunc* C. *Claudi* etc. At in Asconii codd. Ambrosianis *nec* non in eiusdem editionibus legitur, *nisi hunc Claudii*, omisso praenomine. Et quidem facile fieri potuit, ut in codicibus una e tribus continuis *C* praetermitteretur." MAI.

7. *nondum*] *non* palimps. Ambr.

8. *certum constitutum erat*] *certum constituerat* codd. et editt. Ciceronis. „Asconius *constitutum erat* pro *constituerat* minus recte exhibere videtur Kreyssigio in *epist. crit.* p. 455. s. Ego hanc quidem Asconii lectionem non repudiarim. Etenim *certum constitutum* *ἀσυνδέτως* dicitur perinde ut *certum* et *constitutum*. Ex. gr. quod Cicero in *Catil.* III. 6, 15. *factum* atque *transactum* est, pro eo Terent. in *Andria* I. 5, 13. *Facta, transacta omnia.*" BEIER. Utraque lectio idem valet. Nam si recte dicitur, *certum aliquid constituo*, quidni dici possit, *certum aliquid (a me) constituitur?* Peyroni vero *certum* videtur adverbium esse, quemadmodum apud Horatium Serm. II. 6, 27. *quod mi obsit clare certumque locuto.* 8. *illo*] *hoc* codd. et editt. Ciceronis.

8. *sibi contentionem*] „Ita Taurinensis et Asconius. Ambrosianus ex superiore linea adsciscens incommodum *certum* habet *sibi certum contentionem.*" PEYR.

9. *Claudiae familiae*] Mai. 9. *earum, quae*] *earumque* Princ. Berald.

10. *plebeia; quae*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *plebeiaque et* Princ. Berald. Ald. — *plebeia et* Lod.

Ibid. *Pulchrorum*] „Potuit addere, *Et Neronum:* qui et ipsi Claudii patricii fuere." MANUT. 10. *patricia*] *quae patricia* Lod.

11. *lusit in Claudium*] „Nempe in P. Claudium perpetuum Ciceronis inimicum." MAI. Cuius sententiam sequentes Ciceronis editores videntur probasse. At qui Asconius Ciceronem illudere diceret eum, de quo nullus h. l. sermo est? Immo manifestum est, iocum inesse in verbis: *qui sive patricius sive plebeius esset, nondum enim certum constitutum erat:* quae ad *Caium* Claudium pertinent, quem dubitare adhuc finxit Cicero, transiretne sicut P. Clodius in plebeiam familiam. Itaque apud Asconium quoque non *Publius* sed *Caius* est intelligendus. Neque obstant quae sequuntur, *cum quo in gratiam non redierat.* Caium enim Ciceroni haud amiciorem fuisse fratre Publio, apparet ex iis, quae narrantur a Dione Cassio (XXXIX. 21.) facta biennio ante orationem pro Scauro habitam.

12. *Nam quia is*] *namque is in* alter cod. Ambr. — *nam quis is* alter cod. Ambr. — In pronomine *is* primus offendit Maius, male intellectis, ut iam vidimus, verbis proxime antecedentibus. Haec enim annotavit: „Quam lectionem [*nam quia is*] si retineremus, Claudius quidem, cuius ante tria verba mentio fit, non Publius sed Caius esset, quod a veritate abhorret: si quidem Publius erat

POST DUAS PARTES ORATIONIS.

Dixit dein de Scauro, quem defendit:

(15) *Nam cum ex multis unus ei restaret Dolabella paternus inimicus, qui cum Q. Caepione propinquo suo contra Scaurum patrem suum obsignaverat literas: eas sibi inimicitias non susceptas sed relictas* et caetera.

Ne forte erretis et eundem hunc Cn. Dolabellam putetis esse, in quem C. Caesaris orationes legitis, scire vos oportet, duos eodem tempore fuisse et praenomine et nomine et cognomine Dolabellas. Horum igitur alterum [Dolabellam] Caesar accusavit, nec damnavit; alterum M. Scaurus et accusavit et damnavit.

[138]

POST TRES PARTES.

Quo loco defendit, quod tam magnificam domum Scaurus habet:

(45) *Praesertim cum propinquitas et celebritas loci suspicionem desidiae tollat aut cupiditatis.*

---

ioimicus Ciceronis." Hoc errore ductus ipse edidit: *Nam quia C. Claudius;* deinde Peyron: *Nam quia Caius.* Beierus (contractis voculis *quia is*): *Nam Caius.* — „Neque ipse Caius se, utrum patricius an plebeius futurus esset, dubitare dicebat, sed Cicero hoc urbane irridens finxit; nec sane alia nisi in illo fingendo urbanitas hic est. Mendum est igitur in *se*, cetera verissima sunt in ed. 1. scriptura; *ipsum quoque* an *C. quoque* scribendum sit, oescio." MADV. Neutrum placet. Malim abesse illud *quoque*: oam unus Caius *adhuc dubitare* dicitur, alter dudum traosierat ad plebeios.

Ibid. *erat frater*] *frater erat* alter cod. Ambr. — [*erat*] *frater* Beier.

1. om. Lod. Lugd.

2. *Dixit dein de*] Lod. — *Dixit deinde* Princ. Berald. Ald. — *Dicit de* ceteri.

3. *Dolabella*] *Dolobella* Princ. Berald. Ald. Lod. ubique.

4. *cum*] *eum* Princ.

5. *obsignaverat literas: eas*] „Editiones habent, *obsignaverat stateras eas*, Codex alter Ambrosianus *obsignaverat; steteras eas* etc. Alter vero optime, *obsignaverat. Caeteras eas* etc. Nimirum *obsignaverat* hoc loco significat, ut arbitror, *testis adfuerat*, sive *annulo accusationem in Scaurum obsignaverat.* Quare *staterae* ab hoc Ciceronis loco removendae videntur." MAI. „*Ceteras eas* aures respuunt. Correxi *litteras.* Cf. *in Verr.* IV. 63. 140. extr. *pro Cluent.* 66, 186. pr. *pro Flacco* 16, 37. pr." BEIER.

6. *relictas*] „np. a patre, h. e. hereditarias. Sic correxi corruptam lectionem *relatas.*" BEIER. Idem post *relictas* e libri II. *Acadd.* priocipio hoc addidit supplementum: *pietatis causa gerendas esse arbitrabatur aemulatus M. et L. Lucullos, qui, pari pietate et industria praediti, admodum adulescentes paternas inimicitias magna cum gloria fuerant persecuti.*

8. *Caesaris orationes*] *caesari sorores* Princ.

9. *duos eodem tempore f.*] Legeodum vel *d. eod. tum f.* vel *d. eod. tempore eodem f.*

10. *Dolabellam*] om. Lugd. Hot. Man. Creo.

11. *Sc. et accusavit*] *Sc. accusavit* Hot. Cren. et seqq. male omissa particula *et.*

12. om. Lod. Lugd.

13. *Quo loco*] Lod. Lugd. Man. Cren. — *Primo quo loco* Princ. Berald. Ald. — *Quo primo loco* Hot. — Fortassis *primo* cum superiori versu iungeodum est, addita praepositione *a: Post tres partes a primo* scil. versu: ut supra (p. 135. Hot.) legitur: *Circa tertiam partem a primo.*

Ibid. *habet*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *haberet* ceteri.

14. *Praesertim*] *presertim* Princ. 14. *loci suspicionem*] *leo suspitionem* Pr.

Demonstrasse vobis memini me, hanc domum in eà parte Palatii esse, quae, cum ab sacra via descenderis et per proximum vicum, qui est ab sinistra parte, prodieris, posita est. Possidet eam nunc Largus Caecina, qui consul fuit cum Claudio. In huius domus atrio fuerunt quatuor columnae marmoreae insigni magnitudine, quae nunc esse in regia theatri Marcelli dicuntur. Usus erat iis aedilis (ut ipse quoque significat) in ornatu theatri, quod ad tempus perquam ampla magnitudine [† magne] fecerat.

VERS. A NOV. *

(45) *Haec cum tu effugere non potuisses: contendes tamen et postulabis, ut M. Aemilius cum sua dignitate omni, cum patris memoria, cum avi gloria, sordidissimae, levissimae, vanissimae genti, ac prope dicam — pellitis testibus condonetur?'*

Avum nunc Scauri maternum significat L. Metellum Pontificem Maximum, quem postea quoque nominat. Nam paternus avus proavusque Scauri humiles atque obscuri fuerunt.

VERS. A NOVIS. CLX.

(46) *Undique mihi suppeditat quod pro M. Scauro dicam, quocunque non modo mens, verum etiam oculi inciderint. Curia illa vos de gravissimo principatu patris fortissimoque testatur; L. ipse*

---

1. *Palatii*] *pallatii* Prioc. 3. *prodieris*] *proderis* Princ.

4. *Largus Caecina*] Sie ex emendatione Lipsii ad Tac. Ann. XI. 33. et aliorum (vid. Ang. Maium in praefat. altera ad Cic. sex orati. partes c. XII.) Beierus. — *locus cicinam* Pine. — *Longus Cecin.* Berald. — *Longus Cecinna* Ald. Lod. — *Longus Caecina* ceteri. Cognomen *Longus* habet etiam uterque cod. Ambros. teste Maio l. l. — „*Largus* nominatur a Plinio lib. 17. c. 1. Dione lib. LIIX." MANUT. Quse annotstio abest a Lugd. — „Hanc ipsam domum in Palatio de M. Seauro emerat P. Clodius A. U. DCII. paucis mensibus ante necem teste Asconio in argum. Milonianae [p. 142. Hot.] ed. Schütz. p. 528." BEIER.

6. *iis*] Berald. Lod. Cren. — *is* Princ. Ald. Lugd. Hot. Man.

7. *in*] *ut in* Princ.

8. — *magnifice fecerat*] Beier. — „*magne fecerat* eum principe editione codex alter Ambrosianus. Alter vero *magni fecerat*, uti manu emendatum vidi etiam in Aldina editione. Reliquae, quas vidi, editiones habent *magnum fecerat*." MAIUS. Mihi ne Beieri quidem lectio satis placet; quare adverbium seclusi utpote ortum ex mendosa geminatione praecedentis vocabuli. Idem videbatur Manutio, qui in ea editione, qua nos usi sumus, (a Lugd. haec annotatio abest) annotavit: „Verbum *magnum* abundare videtur."

9. om. Ald. Lod. Lugd. Hot. Man. — *SEQUITUR* Cren.

10. *contendes*] *contendens* Princ. Lugd.

11. *Aemilius*] *Emilius* Prine. Berald.

12. *sordidissimae*, *levissimae*, *vanissimae*] *sordidissime*, *levissime*, *vanissime* Princ.

13. *condonetur*] „Lego *condemnetur*. PATRIC. Ne assentiare v. annot. [Heinrichii] ad §. 13. p. 157. s. Indicavi autem interrogationem indignantis et in affirmatione vetantis." BEIER. 17. om. Lod. Lugd.

18. *mihi suppeditat*] *suppeditat mihi* Lod.

20. *illa vos*] Ita Princ. Berald. et uterque cod. Ambr. teste Maio. Ceteri *vos* omittunt. „Cf. *pro Cluent.* 68, 194. *nefaria vota cognovimus*, *quibus illa etiam deos immortalis de suo scelere testatur*, h. e. testes invocat." BEIER.

Metellus, avus huius, sanctissimos deos illo constituisse in templo videtur in vestro conspectu, iudices, ut salutem a vobis nepotis sui deprecarentur.

Castoris et Pollucis templum Metellus, quem nominat, refecerat. Laudaverunt Scaurum consulares novem, L. Piso, L. Volcatius, Q. Metellus Nepos, M. Perpenna, L. Philippus, M. Cicero, Q. [139] Hortensius, P. Servilius Isauricus pater, Cn. Pompeius Magnus. Horum magna pars per tabellas laudaverunt, qui aberant: inter quos Pompeius quoque; nam quod erat pro consule, extra urbem morabatur. Unus praeterea adolescens laudavit, frater eius, Faustus Corne-

---

1. *in* ante *templo* om. cod. Taur. Peyr. Beier.

2. *nepotis sui*] *nepoti suo* cod. Taurin. Peyron. Genltivum praetulit Beierus coll. *Verr.* V. 47, 125. f. *pro P. Sulla* 26, 72. *multorum hic vitam est a L. Sulla depraecatus.*

3. *deprecarentur*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *depraecarentur* cad. Taur. Peyr. „Per diphthongum scriptum, quamvis corripiatur prima syllaba, CUM PRAECATIONE legitur in lapide inscripto A. U. C. DCLXXIV. ap. Gruter. T. 1. p. XXXIX. n. 5." BEIER. — *depreearetur* Princ. Berald. Ald. Lod.

4. *refecerat*] Berald. Lod. Maius, (e codd. Ambr. ut puto.) Beier. — *referat* Princ. — *refecit* ceteri.

5. *L. Volcatius*] Lugd. Hot. Man. Creo. — *M. Vol.* Princ. Berald. Ald. Lod.

6. *M. Perpenna*] *M. Perperna* Man. Sigoo. „Etsi vera est forma *Perperna*, id quod Manutio et aliis facile credimus, tamen moltiplex usus probavit hanc molliorem formam cum duplici *n*, quam saepe tenent et boni codd. et lapidum titnli, ipsisque Graecis dicitur plerumque *Περπέννας*. De quo consulari ad h. l. Manutius: „Malim L. Murena, qui consul fuerat. Nam de consule Perpenna his temporibus nulla mentio." Id secus est. M. Perpenna consul fuit cum C. Claudia Pulchro A. U. 662. Censor 668. Vide Pighium ad ann. 661. et 667. Obiit 705. aetatis anno 98. V. Dio Cass. XLI. 14. cum Fabricio. Sic redditur rarum ac notabile decus huic iudicio, senex consularis plus quam nonagenarins, qui reum laudat." HEINR. Errorem suum ipse Manutius, quum secundas Asconia curas impenderet, agnovisse videtur. Abest enim eius annotatio ad h. l. ab editione postr.

7. *Isauricus*] *hisnuricus* Princ. Berald.

Ibid. *pater*] Lugd. Hot. Man. Creo. — *pr.* Princ. Ald. Lod. — om. Berald. — „*Servilius Isauricus pr.*] Sic ante: Ego, *Servilius Isauricus pater* ad differentiam filii. ut etiam lib. I. ad Att. *Ita factum est a P. Servilio filio.* et lib. II. ad Q. fratrem: *Carpebatur a Servilio filio.* et III. ad eundem: *P. Servilius pater ex litteris* etc. Loquitur antem hic de consularibns. itaque *pr.* quod valet *praetor*, locum non habet." MANUT.

8. *tabellas*] *tabnlas* Hot. Creo. — „*Tabellae* hinc plane abhorrent. Laudatio quodammodo est testimonium, et de testimoniis Quintil. V. 7. pr. *dicuntur*, inqoit, *aut per tabulas, aut a praesentibus.* Nempe qui laudant per tabulas, dant rea litteras obsignatas, quae ad iudices recitantur. V. vel Or. pro Flacco c. 15. et 16." HEINR. Voces *tabella* et *tabula* non tantopere inter se significatione differunt, ut non altera pro altera poni potuerit. Praeterea illi ipsi Quintiliani loco alii de eadem re opponi possunt, qui deminutivam formam satis defendunt: Cic. Tusc. V. c. 11. *Tu quidem* tabellis *obsignatis agis mecum et testificaris, quid dixerim aliquando aut scripserim.* Tacit. dial. de oratorib. c. 36. *cum testimonia quoque in iudiciis non absentes nec per* tabellam *dare, sed coram et praesentes dicere cogerentur.* Itaque retinuimus lectionem antiquissimarum editionum.

Ibid. *qui*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *quia* Lugd. Hot. Man. Creo. et seqq. praeter Maium. — „Sane pron. relativum adiungit explicationem, qua rei ratio reddatur, et potest haec appositio eodem modo referri ad singularem numerum collectivi *magna pars*, quo ipsum verbum plurale *laudaverunt*." BEIER.

lius, Syllae filius. Is in laudatione multa humiliter et cum lacrimis locutus non minus audientes permovit, quam Scaurus ipse permoverat. Ad genua iudicum, cum sententiae ferrentur, bifariam se diviserunt qui pro eo rogabant: ab uno latere Scaurus ipse et M'. Glabrio, sororis filius, et Paulus et P. Lentulus, Lentuli Nigri Flaminis filius, et L. Aemilius Buca filius et C. Memmius, Fausta natus, supplicaverunt; ex altera parte Sylla Faustus, frater Scauri et T. Annius Milo, cui Fausta ante paucos menses nupserat dimissa a Memmio, et T. Peducaeus et C. Cato et M. Octavius Laenas Curtianus.

---

1. *laudatione*] *laudationem* Lod.
Ibid. *lacrimis*] *lachrymis* Princ. — *lacrymis* Mai.
3. *iudicum*] *iudicium* Princ.
4. *M'.*] Man. Heinr. Beier. — *L.* Sigon. — *M.* ceteri. „Atqui hic filius est haud dubie eius, qui consulatum gessit cum Pisone A. U. 687. ideoque *Manius* Acilius Glabrio. Conf. Pighium T. III p. 409." HEINR.
5. *P. Lentulus*] „Reponendum videtur *L. Lentulus* ex epist. 16. lib. IV. ad Att. et 1. et 4. lib. I. ad Q. fratrem." MANUT. Abest haec annotatio a Lugd. „Lentuli Nigri Flaminis filius *Lucius*, qui eodem anno Gabinium de maiestate postulavit, memoratur ad Q. fratr. III. ep. 1. c. 5." BEIER.
6. *Buca*] Princ. Berald. Lod. Mai. — *Bucca* ceteri.
Ibid. *Memmius*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Memius* Princ. Berald. Ald. Lod.
7. *T. Annius Milo*] Beierus. — *C. Aronius Limo* Princ. Berald. Ald. Lod. Mai. — *C. Apronius Limo* Lugd. Hot. Man. Cren. Heinr. — „*C. Apronius Limo*] Quaestorem facit anno sequente Pighius l. c. Verum id minus certum. Sed Cic. pro Mil. c. 27. loquitur de *adolescente Apronio*: qui est *L. Apronius* Asconio, in Milon. in fi. ille non potest diversus esse a nostro, et corruptum est praenomen alterutro loco. Cognomen *Limo* notandum cum hoc exemplo: nam nusquam alibi invenio. *Fausta*, ipsi nuper nupta, filia Sullae dictatoris Faustique soror, tribus minimum adulteriis probrosa (de quo vid. Bentlei. ad Horat. Serm. I. 2, 64.) item ex h. l. memorabilis tribus viris, quorum primus fuerat Milo. HEINR. *Apronia* gens est plebeia et consularis. Sed e nostro loco vix citari poterit mulier trium virûm, quorum primus fuerit *Milo*. Neutiquam constat lectio. Apud Ascon. ad Milon. l. c. Schützius p. 546. a. habet *L. Aponio;* itemque c. 27. §. 75. pr. *Aponio*. Peyron. autem dedit *P. Apinio*, cum e Bavar. cod. *Apinio* enotatum, in palimpsesto autem reperisset PAPINIO. Indicari hic eundem pernegamus. Reducitur *T. Annius Milo:* cuius uxor *Fausta* anno adhuc U. 702. agnoscitur l. V. ad Att. ep. 8. et in Asconii arg. Milonianae ap. Schütz. p. 527. [p. 141. Hot.] Milo *rheda vehebatur cum* uxore Fausta, filia L. Sullae dictatoris; p. 529. [p. 143. Hot.] *postulaverunt . . familiam* Milonis, *item* Faustae uxoris eius *exhibendam . . Appii Claudii.* — *Easdem* Faustae et Milonis *familias postulaverunt duo Valerii.* Non tamen refragabor, si cui ad corrupti nominis *C. Apronii* litteras propius accedere videatur *Papianus*. Testatur enim idem Ascon. ibid. ad c. 35. *Milonem ex familia fuisse* Papia, *deinde adoptatum fuisse a C. Annio avo suo materno*. De *Fausta* v. Plutarch. in *Sulla* c. 34. BEIER.
8. *Memmio*] *Memio* Princ. Berald. Ald. Lod.
9. *Peducaeus*] Man. — *Peduceus* ceteri.
Ibid. *M. Octavius Laenas Curtianus*] Beier. — *M. Olena Scortianus* Princ. Berald. Ald. Lod. Mai. — *M. Olenas Curtianus* Lugd. Hot. Man. Cren. — „*Olenus* nomen servi, cui libertas data a T. Flavio Aug., extat in lapide Gruteri p. 577. n. 3. Ὤλενος. Ex quo *Olenas* potuit formari, quemadmodum ex *Eutychus*, *Trophimus*, *Palladius* doctae sunt formae nominum *Eutychas*, *Trophimas*, *Palladas*. V. Salmas. in Trebell. Poll. p. 278. F. Verum eiusmodi formae neque temporum sunt illorum, sed citeriorum, et multo minus locus hic potest esse homini libertinae conditionis. Hic igitur noster *Olenas* profecto venit ex corruptela, cum nomen, compendio scriptum, cum cognomine coalesceret. Erat scriptum: *M. O. Lenas Curtianus*, id quod legi debebat, *M. Octavius Laenas Curtianus*. Sic fuit Ser. Octavius Laenas Pontianus, consul A. U. 864. sub Hadriano. Et

Sententias tulerunt senatores duo et XX., equites tres et XX., tribuni aerarii XXV.: ex quibus damnaverunt senatores IV., equites II., tribuni II.

Cato praeterea cum vellet de accusatoribus in consilium mittere, multique e populo manus in accusatores intenderent: cessit imperitae multitudini, ac postero die in consilium de calumnia accusatorum misit. C. Triarius nullam gravem sententiam habuit. Subscriptores eius, M. et Q. Pacuvii fratres, denas et L. Marius tres graves habuerunt.

Cato praetor iudicium, quia aestate agebatur, sine tunica exercuit campestri sub toga cinctus. In forum quoque sic descenderat iusque dicebat, idque reppererat ex vetere consuetudine, secundum quam et Romuli ac Tatii statuae in Capitolio et in Rostris Camilli fuerunt togatae sine tunicis.

---

nullo non tempore reperiuntur ex Octaviis, Popiliis et Vipsaniis viri cognomine Laenates. Hic M. Laenas ex adoptione habuit cognomen secundum, non, ut vulgo loquuntur, agnomen." HEINR.

1. *Sententias tulerunt senatores duo et XX*] „Nunquam crediderim, cum tres ordines iudicarent, minimum iudicum senatorum numerum fuisse, maximum tribunorum aerariorum. Itaque puto legendum *senatores IV et XX.* et paulo post *tribuni aerarii XXII.* in quo minima mutatio fit, si quis antiquas notas considerat. Ita senatorum maximus numerus, tribunorum minimus, equitum inter utrumque medius erit. Vid. 95. [p. 158. seqq. Hot.]" MANUT. in Ed. postr. Audi contra Scholiasten Ambrosianum ad Orat. in P. Clod. VII. 2.: „Hic (L. Cotta) fuit auctor iudiciariae legis Aureliae, qua senatoribus abrogata est summa potestas iudicandi et communicata cum equitibus Romanis et tribunis aerariis, ita ut in iudiciis esset *minor* numerus senatorum." Unde hoc saltem apparet, non necessario *maiorem* senatorum numerum fuisse.

4. *praeterea*] „Recentiores aliquot Asconii editiones [Lugd. Hot. Man. Cren.] habent *praetor* corrupte. Sed *praeterea* antiquae editiones cum codd. Ambrosianis." MAI.

10. *campestri*] *Capistro* Princ. et Berald. Posterioris tamen edit. margini adscriptum est *vel campestri*, unde vera lectio in sequentes editiones transiit omnes.

11. *reppererat*] „Malunt *repetierat* A. Patricius ad edita Fragm. Or. Scaur. init. et Pighius Annal. T. III. p. 395. Cur vero? *Novatum* hunc vestitum Catonis ait Plutarchus, et non temere Asconius dicit *repertum*, pro excogitatum, quod aptissimum est in cultu atque vestitu, si diu obsoleta non sine aliqua affectatione prisci moris revocantur in usum. Sed hic gravius quid latet, quod vellem vidissent. Nam haec septem verba quae antecedunt, *In forum quoque sic descenderat, iusque dicebat*, ea quis potest ferre, postquam satis ad rem modo dictum erat, Catonem *iudicium* sine tunica *exercuisse?* Certe, si usquam, hic haeret glossema. Reliqui interim illud *quia aestate agebatur*, quod tamen ipsum est dignius nugatore, quam Asconio. HEINR. Magis illud, quam haec otiosa, ut visa est, repetitio, suspectum est. Etenim extrema iam aestate exercebatur hoc iudicium, cuius summum diem fuisse *a. d. IV. Nonas Septembres* Asconius testatus est in principio commentarii. Tautologia autem illa removebitur explicando Catonem Praetorem non modo sine tunica illud iudicium exercuisse, cum eam ni basilica deposuisset, priusquam sessum iret, sed domo iam in forum sic descendisse." BEIER. Asconium defendit etiam Madvigius p. 69. (An *descendebat?* Or.)

12. *ac Tatii*] Mai. Beierus — *aetatis* ceteri. „Voc. *aetatis* correxi cum Maio, qui codd. Ambrosianos sequi videtur, auctore Gronovio in praefat. ed. Cic. forma IV. in folii 8. parte postica: „Est, qui offensus ea scriptura, etiam negans vulgatum recipere ullum sensum, legit *Romuli* aeratae *statuae.* Atqui si ipsa literarum elementa persequaris, utique clamant scriptum fuisse Romuli *ac Tatii* statuae. „In eandem coniecturam incidit doctissimus orationis pro Plancio editor Casp. Orellius ad c. 33. p. 187." BEIER. 13. *tagatae*] *togate* Princ.

Q. ASCONIUS PEDIANUS

IN

M. TULLII CICERONIS

ORATIONEM

PRO MILONE.

Hanc dixit Cn. Pompeio III. consule a. d. VI. Idus April. Quod [140] iudicium cum ageretur, exercitum in foro et omnibus in templis, quae circum forum sunt, collocatum a Cn. Pompeio fuisse, non tantum ex oratione et annalibus, sed etiam ex libro apparet, qui Ciceronis nomine inscribitur de optimo genere oratorum.

ARGUMENTUM HOC EST.

T. Annius Milo et P. Plautius Hypsaeus et Q. Metellus Scipio consulatum petierunt non solum largitione palam profusa, sed etiam factionibus armatorum succincti. Miloni et Clodio summae erant inimicitiae, quod et Milo Ciceroni erat amicissimus in reducendoque eo enixe operam rei publicae dederat, et P. Clodius restituto Ciceroni erat infestissimus ideoque summe studebat Hypsaeo et Scipioni contra Milonem. Ac saepe inter se Milo et Clodius cum suis factionibus

---

Titulum huius commentationis editio princeps et Berald. hunc habent: INCIPIT PRO MILONE. Subscriptum nihil est.

1. *a. d.*] Graevius. — *ad* priores.
Ibid. *VI.*] *III.* Man. Conf. infra p. 149. init.
3. *non*] om. Princ.
4. *ex oratione*] Hot. Man. Cren. — *ex ea ratione* Princ. Berald. — *ex ea oratione* Ald. Lugd. — *ex hac oratione* Lod.
5. *de opt. gen. oratorum*] Cap. IV. §. 10.
6. *ARGUMENTUM HOC EST*] Princ. Berald. — *ARGUMENTUM* Lod. Cren. — Idem voc. statim post indicem habent Ald. Lugd. Man. — om. Hot. — Cf. ad argum. Scaurianae.
7. *T. Annius*] Praenomen add. Lugd. Man. nec sane probabile est, id duobus sequentibus nominibus ab Asconio praepositum, ad primum omissum esse.
Ibid. *Hypsaeus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Hipseus* Princ. Berald. Ald. Lod. ubique.
10. *Ciceroni*] Legebatur *Ciceronis*.

Romae depugnaverant, et erant uterque audacia pares: sed Milo pro melioribus partibus stabat. Praeterea in eundem annum consulatum Milo, Clodius praeturam petebat, quam debilem futuram consule Milone intelligebat. Deinde cum diu tracta essent comitia consularia, perficique ob eas ipsas perditas candidatorum contentiones non possent, et ob id mense Ianuario nulli dum neque consules neque praetores essent, trahereturque dies eodem, quo antea, modo; dum Milo quam primum comitia confici vellet, conficeretque cum bonorum studiis, quod obsi- [141] stebat Clodio, favente etiam populo propter effusas largitiones impensasque ludorum scenicorum ac gladiatorii muneris maximas, in quas tria praedia effudisse eum Cicero significat, competitores eius trahere vellent, ideoque Pompeius, gener Scipionis, et T. Munatius, tribunus plebis, referri ad senatum de patriciis convocandis, qui interregem proderent, non essent passi, cum interregem prodere moris esset: a. d. XIII. Kal. Febr. (acta etenim magis sequenda et ipsam orationem, quae actis congruit, puto quam Fenestellam, qui a. d. XIIII. Kal. Febr. tradit:) Milo Lanuvium, ex quo erat municipio et ibi tum dictator, profectus est ad Flaminem prodendum postera die. Occurrit ei circa horam nonam Clodius paulo ultra Bovillas, rediens ab Aricia, prope eum locum, in quo Bonae Deae sacellum est. Erat autem allocutus decuriones Aricinorum. Vehebatur Clodius equo. Servi XXX. fere expediti, ut illo tempore mos erat iter facientibus, gladiis cincti

---

1. *erant uterque aud. pares*] Sic scripsi. — *erat uterque aud. pares* Princ. — *erat utrique aud. par* Berald. Lugd. — *erat uterque aud. par* ceteri.

3. *Milo*] *Milonis* Berald. 3. *petebat*] *patebat* Princ.

4. *tracta*] *tractata* Lugd. 7. *dum*] Malim *cum*.

9. *quad obsistebat*] *qui absistebant* Hot. Cren. mutatione minime necessaria. Asconius bonos Miloni favisse dicit, quoniam adversarius fuerit Clodio, quem et ipsi oderant.

Ibid. *favente etiam populo*] Sic scripsi. — *tamen etiam populo* Princ. — *tum etiam populo* Berald. Ald. Lod. (in contextu) Lugd. — *tum etiam populi* Lod. (in praefat.) Hot. Man. Cren.

10. *impensasque*] Legebatur *impensas quoque*. Particulam *quoque* permutavimus cum ea, quae huic loco aptior videbatur. Utramque a librariis saepissime esse confusam satis notum est.

11. *praedia*] Princ. (*predia*) Berald. Lugd. — *patrimonia* Ald. Lod. Hot. Man. Cren. Ac Cicero quidem (c. 35. §. 95.) re vera usus est vocabulo *patrimonia*. Ferri tamen apud Asconium alterum verbum posse videtur.

Ibid. *campetitares eius*] *campetitores vero eius* Hot. Cren. — Malim *at competitores eius*, repetita praecedentis vocabuli postrema syllaba.

12. *T. Munatius*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *L. Numatius* Princ. Ald. — *Lelius Numatius* Berald. — *Lucius Numatius* Lod. — „Cur reposuerim *T. Munatius*, mutato et praenomine et nomine, prope notius est, quam ut indicandum videatur.“ MANUT. in Lugd. 14. *moris*] *oratoris* Prino.

15. *a. d.*] Graevius. — *ad* priores. Sic statim.

Ibid. *XIII. Kal. Febr.*] Hot. Cren. — *III. Kal. Febr.* priores; male. Vide ipsius Ciceronis verba X. 27. 15. *etenim*] *enim* Man.

17. *XIIII. Kal. Febr.*] *IIII Kal. Febr.* Ald. Lod. Man. sano numero mutato, mendoso, qui praecessit, relicto.

Ibid. *Lanuvium*] *Lanuvium vel lavinium* Berald.

Ibid. *tum*] om. Berald.

18. *dictator*] „Municipiorum magistratus interdum duo erant, ac tum *duumviri*, interdum unus, ac tum ille interdum *practar*, interdum *dictatar* dicebatur.“ HOT.

sequebantur. Erant cum Clodio praeterea tres comites eius, ex quibus eques Romanus unus, C. Cassinius Schola, duo de plebe novi homines, P. Pomponius, C. Clodius. Milo rheda vehebatur cum uxore Fausta, filia L. Syllae dictatoris, et M. Fufio, familiare suo. Sequebatur eos magnum servorum agmen, inter quos gladiatores quoque erant, ex quibus duo noti, Eudamus et Birria. Ii, in ultimo agmine tardius euntes, cum servis P. Clodii rixam commiserunt. Ad quem tumultum cum respexisset Clodius minitabundus, humerum eius Birria rhomphaea traiecit. Inde cum orta esset pugna, plures Miloniani accurrerunt. Clodius vulneratus in tabernam proximam in Bovillano delatus est. Milo, ut cognovit vulneratum Clodium, cum sibi periculosius illud etiam vivo eo futurum intelligeret, occiso autem magnum solatium esset habiturus, etiam si subeunda esset poena, exturbari taberna iussit. [152] Fuit antesignanus servorum eius M. Fustenus. Atque ita Clodius latens extractus est multisque vulneribus confectus. Cadaver eius in via relictum, quia servi Clodii aut occisi erant, aut graviter saucii latebant, Sex. Tedius senator, qui forte ex rure in urbem revertebatur, sustulit et lectica sua Romam ferri iussit; ipse rursus eodem, unde erat egressus, se recepit. Perlatum est corpus Clodii ante primam noctis horam, infimaeque plebis et servorum maxima multitudo magno luctu corpus in atrio domus positum circumstetit. Augebat autem facti invidiam uxor Clodii Fulvia, quae cum effusa lamentatione vulnera eius ostendebat. Maior postera die luce prima multitudo eiusdem generis confluxit, compluresque noti homines elisi sunt; inter quos C. Vibienus senator. Erat domus Clodii, ante paucos menses empta de M. Scauro, in Palatio: eodem T. Munatius Plancus, frater L. Planci oratoris, et

---

3. *P. Pomponius*] om. Berald. Lod.

Ibid. *C. Clodius*] om. Princ. Berald Ald. Lod. — Vid. Cic. c. 17. §. 46.

4. *familiare*] Princ. Berald. — *familiari* Ald. et seqq.

6. *Eudamus*] Lod. et seqq. — *Euclamus* Princ. Berald. Ald.

Ibid. *Ii*] Princ. Berald. Ald. — *hi* Lod. et seqq.

8. *rhomphaea*] *rumphea* Princ. Ald. Man. — *romphea* Berald. Lod. Lugd. Hot. — *romphoea* Cren.

9. *accurrerunt*] *accucurrerunt* Man. ut mox p. 34. l. 2.

10. *in Bovillano*] Deerat praepositio. „Scribendum est *in Bovillano*; inepte enim taberna dicitur *propinqua* (agro) *Bovillano*; erroris origo facile intelligitur." MADV.

12. *illud etiam*] *indicium* Martyni-Laguna, quem secutus est Schützius.

13. *taberna*] Madvigius. — Legebatur *tabernam*: „quasi taberna latitans eliciendus fuerit."

14. *M. Fustenus*] *M. Saupheus* Lod. — „Hic in huius orationis extremo commentario [p. 159. Hot.] *M. Saufeius* appellatur, et potest etiam esse *M. Fusius*, de quo paulo ante." MANUT.

16. *via*] Satis iocularitor erravit typotheta editionis Manutianae, scribens: *Cadaver eius in* vita *relictum* est.

19. *unde erat egressus, se recepit*] Madvigius. — *unde erat regressum recepit* Princ. — *unde erat regressus recepit sese* Berald. — *unde venerat regressum recepit* Ald. — *unde iam venerat recepit sese* Lod. — *unde venerat gressum recepit* Lugd. Hot. Man. Cren.

24. *Vibienus*] *Ubienus* Lugd. — Conf. Cic. c. 14. §. 37.

25. *domus - empta*] *Domum - emptam* Berald. Lod. puncto post v. *erat* posito sicut in Princ. et Ald. — De hac domo vid. ad Scaur. p. 138. Hot.

26. *T. Munatius*] Man. — om. praenomen ceteri.

Q. Pompeius Rufus, Syllae dictatoris ex filia nepos, tribuni plebis, accucurrerunt: eisque adstantibus vulgus imperitum corpus nudum † caldatum, sicut in lecto erat positum, ut vulnera videri possent, in forum detulit et in Rostris posuit. Ibi pro concione Plancus et Pompeius, qui competitoribus Milonis studebant, invidiam Miloni fecerunt. Populus duce Sex. Clodio scriba corpus P. Clodii in curiam intulit, cremavitque subselliis et tribunalibus et mensis et codicibus librariorum. Quo igne et ipsa quoque curia flagravit, et item Porcia basilica, quae erat ei iuncta, ambusta est. Domus quoque M. Lepidi interregis (is enim magistratus curulis erat creatus) et absentis Milonis eadem illa Clodiana multitudo oppugnavit, deinde sagittis repulsa est. Tum fasces ex lecto Libitinae raptos attulit ad domum Scipionis et Hypsaei,
[143] deinde ad hortos Cn. Pompeii, clamitans eum modo consulem, modo dictatorem.

Incendium curiae maiorem aliquanto indignationem civitatis moverat quam interfectio Clodii. Itaque Milo, quem opinio fuerat ivisse in voluntarium exilium, invidia adversariorum recreatus nocte ea redierat Romam, qua incensa erat curia, petebatque nihilo deterius consulatum; aperte quoque tributim in singulos millia assium dederat. Concionem ei post aliquot dies dedit M. Caelius, tribunus plebis, atque ipse etiam causam egit ad populum. Dicebant uterque, Miloni a Clodio factas esse insidias.

---

2. *accucurrerunt*] Prioc Ald. Man. — *accurrerunt* ceteri.

Ibid. *adstantibus*] Sic scripsi. — *hortantibus* Hot. Cren. — *obstantibus* antiquiores. — „Vel *hortantibus* vel *instantibus* legerem." MANUT.

3. *caldatum*] Sic corrupte Prioc. Berald. Ald. Lod. Man. — *calciatum* Lugd. Hot. Cren. („*Calciatum* mallem: unde et *calciamentum*. Sic et Valerius Max. lib. IV. [cap. 6.] de amore coniugali: *M. Plautius*, inquit, *uxore Orestilla funerata et in ragum imposita inter officium unguendi et osculandi stricto ferro incubuit, quem amici, sicut erat, togatum et calciatum corpori coniugis iunxerunt* cet. Suetonius autem in Augusto: *Post cibum meridianum ita ut vestitus calciatusque erat rectis pedibus paullisper conquiescebat*." MANUT.) — *calda latum* Robortellus Annott. p. 68. — *ac sauciatum* Martyni-Laguna (ad Cic. Epp. II. 6.) quem secutus est Schützius. — Malim *calcatum* i. e. foede tractatum nec dum lavatum et unctum, sed adhuc cruentum sordibusque obrutum, *oblitum cruore et luto*, ut ait Cicero §. 86.

5. *invidiam*] *in invidiam* Princ. 7. *mensis*] *mens*. Prioc.

8. *Porcia*] *porta* Princ. Berald. — *Portia* Ald. Lod.

9. *Domus*] Prioc. Ald. — *domum* ceteri.

10. *curulis*] *currulis* Princ. Berald. 10. *eadem*] *aedem* Ald. Lod.

12. *Libitinae raptos*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *libitini aeratos* Princ. Ald. — *Libitinae aeratos* Berald. Lod.

13. *hortos*] *ortos* Princ. 13. *Pompeii*] *Pompei* Princ. Ald.

18. *nihilo deterius*] *Milo deterius* Princ. Berald. — Dio Cass. XL. 49. de eadem re: *τῆς ἀρχῆς ὁμοίως ἢ καὶ μᾶλλον ἀντεποιεῖτο*. Madvigius tamen legendum arbitratur: *nihil deterritus*.

19. *tributim in singulos millia assium*] Lectio mendosa videtur. Malim: *tributim singula millia assium*, sic ut de eadem re infra p. 144. Hot. legitur: *populoque tributim singula millia aeris dedisse*.

20. *dederat. Concionem ei*] Lugd. Man. — *dederat contionem: et* Prioc. Ald. — *dederat cenationem, et* Berald. Lod. — *dederat. Concionem enim ei* Hot. — *dederat. Concionem etiam ei* Cren. — *dederat. Concionem etiam* Madv.

Ibid. *Caelius*] Lugd. Man. — *Celius* ceteri, ubique.

Ibid. *atque ipse etiam causam egit ad populum. Dicebant uterque*] acci.

Fiebant interea alii ex aliis interreges, qui comitia consularia, propter eorum candidatorum tumultus et eandem manum armatam, habere non poterant. Itaque primo factum erat senatus consultum, ut interrex et tribuni plebis et Cn. Pompeius, qui pro consule ad urbem erat, viderent, ne quid detrimenti res publica caperet, dilectus autem Pompeius tota Italia haberet. Qui cum summa celeritate praesidium comparasset, postulaverunt apud eum familiam Milonis, item Faustae uxoris eius, exhibendam duo adulescentuli, qui Appii Claudii ambo appellabantur, qui erant C. Claudii filii, qui frater fuerat Clodii, et ob id illi patrui sui mortem, velut auctore fratre, persequebantur. Easdem Faustae et Milonis familias postulaverunt duo Valerii, Nepos et Leo, et L. Herennius Balbus. P. Clodii quoque familiam et comitum eius postulavit eodem tempore Caelius; familiam Hypsaei et Q. Pompeii postulavit . . . . Affuerunt Miloni Q. Hortensius, M. Cicero, M. Marcellus, M. Calidius, M. Cato, Faustus Sylla. Verba pauca Q. Hortensius dixit: liberos esse eos, qui pro servis postularentur; nam post recentem caedem manumiserat eos Milo sub [144] hoc titulo, quod caput suum ulti essent. Haec agebantur mense intercalari. Post diem trigesimum fere, quam erat Clodius occisus, Q.

---

ipse etiam causam etiam ad populum dicebant. Uterque Princ. — *acci * ipse etiam causam * etiam ad populum. dicebant utrique* Ald. Man. — *Accitus ipse etiam causam, etiam ad populum dicebant. uterque* Berald. — *Accitus ipse etiam causam, etiam ad populum dicebat uterque* Lod. — *accitus ipse etiam. causam etiam ad papulum dicebant utrique* Lugd. — *et Manilius Canianus eius collega: ipsiusque causam etiam ad populum prabahant. dicebant utrique* Hot. Cren. interpolatione desumpta ex pag. 146. H. — „Nihil ineptius duorum tribunorum commemoratione, quasi unus concionem dare non potuerit. Locus sic restituendus esse videtur: *Concionem etiam post aliquot dies dedit M. Coelius tr. plebis atque ipse etiam causam egit ad populum. Dicebat uterque* cet." MADV. — Cuius emendationem ita recepimus, ut pluralem *dicebant*, quam tenent antiquissimae editiones, mutandum ante *uterque* non duceremus.

1. *qui – habere*] *quia – haberi* Berald. Lod. Lugd.
2. *eandem manum nrmatam*] Berald. Lugd. — *eadem manus armata* Princ. — *easdem manus armatas* ceteri.
5. *res publica*] *reip.* Princ. 5. *dilectus*] Princ. — *delectus* ceteri.
7. *item Faustae*] *Faustaeque* Berald. Lod. om. *item.*
8. *exhibendam*] *adhibendam* Lugd. 8. *Appii Claudii*] *Appii Clodii* Lod.
9. *C. Claudii*] *C. Cladii* Berald. Lod.
Ibid. *filii*] om. Princ.
10. *persequebantur*] *prosequebantur* Princ. prima syllaba per compendium scripta.
11. *Nepos*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *nepotes* Princ. Berald. Ald. Lod. cum Graevii codice.
12. *familiam et comitum*] *familiam camitum* Berald.
13. *Caelius*] Lugd. Man. — *Cecilius* Princ. Berald. Ald. Lod. — *Celius* Hot Cren.
14. *familiam H. et Q. Pamp. pastulavit **] Sic mance Princ. Berald. Ald. Lod. Man. — *familiam Hypsaei et Q. Metelli Manilius Canianus eius coll. gn* (omisso verbo *postulavit*) Hot. Cren. interpolatione vanissima, quum quodnam nomen exciderit, plane sit incertum, quod monuit iam Madvigius.
16. *dixit, liberos*] Berald. Lod. — *dixitque liberas* Princ. — *dixit, quae sunt, liberos* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren.

Metellus Scipio in senatu contra M. Caepionem conquestus est, ac de caede P. Clodii falsum esse dixit, quod Milo sic se defenderet, et Clodium Aricinos decuriones alloquendi gratia abisse, profectum cum sex ac XX. servis; Milonem subito post horam quartam, senatu misso, cum servis amplius CCC. armatis obviam ei contendisse, et supra Bovillas inopinantem in itinere aggressum; ibi P. Clodium, tribus vulneribus acceptis, Bovillas perlatum; tabernam, in quam profugerat, expugnatam a Milone; semianimem Clodium extractum . . . . in via Appia occisum esse, anulumque eius ei morienti extractum; deinde Milonem, cum sciret in Albano parvulum filium Clodii [esse], venisse ad villam, et, cum puer ante subtractus esset, ex servo Halicore quaestionem ita habuisse, ut eum articulatim consecaret; villicum et praeterea duos servos iugulasse; ex servis Clodii, qui dominum defenderint, undecim esse interfectos; Miloni duos solos saucios factos esse: ob quae Milonem postero die XII. servos, qui maxime operam navassent, manumisisse, populoque tributim singula millia aeris ad defendendos de se rumores dedisse. Milo misisse ad Cn. Pompeium dicebatur, quod Hypsaeo summe studebat, quod fuerat eius quaestor, desistere

---

1. *Q. Metellus Scipio*] „Dicit Q. Metellum, quem, quum esset ex gente Cornelia, Q. Caecilius Metellus Pius adoptavit." HOT.

Ibid. *Caepionem*] Hot. Man. Cren. — *Cepionem* ceteri. — „*M. Caepionem*] Aut accipe de M. Bruto, qui Caepio cognominatus est, ut Epist. ad Atticum lib. II. qui Milonem et ipse scripta oratione defendit: aut lege *M. Ciceronem*. (Quod si de Bruto malis accipere, *Quinctum* potius quam *Marcum* praenomen ei debere esse crediderim. nam adoptatos praenomen, nomen, cognomen ab iis, qui adoptabant, accipere solitos esse animadvertimus. Videnda sunt, quae de hoc Bruto diximus in epist. ad Atticum commentario lib. II.)" MANUT. Verba uncis inclusa absunt a Lugd.

Ibid. *ac de*] Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *de hac* Princ. Berald. — *hac de* Lod. 2. *sic se*] *se sic* Lod.

3. *Aricinos*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *vicinos* Princ. Berald. Ald. Lod. — „Reposui *Aricinos*, ut paulo supra etiam." MANUT. in Lugd.

Ibid. *abisse*] Princ. Berald. — *abiisse* ceteri.

4. *sex ac XX*] *sex de XX* Man. 4. *misso*] *dimisso* Lod.

6. *in*] om. Princ. Berald. Ald. Lod.

8. *extractum . . . . in*] Lacuna non nisi in ed. principe est indicata; magni tamen momenti vix fuit si quid excidit. Possis supplere *e taberna*, vel *in publicum* ex pag. 148. H. 10. *parvulum*] *parvolum* Princ.

11. *deinde Milonem - - venisse ad villam*] Addidimus infinitivum *esse* et mutavimus interpunctionem, quum vulgo male iungerentur: *cum sciret in Albano parvulum filium Clodii venisse ad villam.*

Ibid *ex*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *de* Lugd. Hot. Man. Cren. Sed quum haud minus recte dicatur *quaerere ex aliquo* quam *quaerere de aliquo*, etiam *quaestionem habere ex aliquo* haud minus legitimum est quam *quaest. hab. de aliquo*. Livius XXXIII. 28. *In praesentia placuit comprehendi eos, qui simul fuissent, quaestionemque ex his haberi.*

Ibid. *Halicore*] Princ. Berald. Lod. — *Alicore* ceteri.

12. *consecaret*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *consecarent* Princ. Berald. Ald. Lod. quod fortasse ferri possit, si suppleas tortores. — *conserrarent* Graevii cod.

13. *praeterea duos*] Princ. Berald. Lod. — *duos praeterea* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. 14. *saucios*] *sautios* Princ.

15. *qui maxime*] *qui ei maxime* Hot. Cren.

18. *quod - quod*] Altero loco malim *qui;* utrumque autem voc. in Princ. per compendium scriptum est.

se petitione consulatus, si ita ei videretur; Pompeium respondisse, nemini se neque petendi neque desistendi auctorem esse, neque populi Romani potestatem aut consilium aut sententiam interpellaturum. Deinde per C. Lucilium, qui propter M. Ciceronis familiaritatem amicus erat Miloni, egisse quoque dicebatur, ne se de hac re consulendo invidia oneraret.

[145] Inter haec cum crebresceret rumor, Cn. Pompeium creari dictatorem oportere, neque aliter mala civitatis sedari posse, visum est optimatibus tutius esse, eum consulem sine collega creari, et, cum tractata ea res esset in senatu, facto in M. Bibuli sententiam senatus consulto, Pompeius ab interrege Ser. Sulpicio V. Kal. Mart. mense intercalario consul creatus est, statimque consulatum iniit. Deinde post diem tertium de legibus novis ferendis retulit; duas ex senatus consulto promulgavit, alteram de vi, qua nominatim caedem in Appia via factam et incendium curiae et domum M. Lepidi interregis oppugnatam comprehendit, alteram de ambitu; poenam graviorem et formam iudiciorum breviorem: utraque enim lex prius testes dari [per triduum], deinde uno die atque eodem et ab accusatore et ab reo perorari iubebat, ita ut duae horae accusatori, tres reo darentur. His legibus obsistere M. Caelius, tribunus plebis, studiosissimus Milonis, conatus est, quod et privilegium diceret in Milonem ferri et iudicia praecipitari. Et cum pertinacius legem Caelius vituperaret, eo processit irae Pompeius, ut diceret, si coactus esset, armis se rem publicam defensurum. Timebat autem Pompeius Milonem, seu timere se simulabat; plerumque non domi suae, sed in hortis manebat, idque ipsum in superioribus, circa quos etiam magna manus militum excubabat. Senatum quoque semel † repetundus erat Pompeius, quod diceret, timere se adventum Milonis. Dein proximo senatu P. Cornificius ferrum Milonem intra tunicam

---

4. *per*] abest a Princ. Berald. Ald. Lod.

Ibid. *Lucilium*] *Lucillum* Princ. — *Lucullum* Berald.

7. *crebresceret*] *erebesceret* Princ. cum Graevii codice. (Recte, puto. Or.)

8. *dictatorem oportere, neque aliter*] Madvigius. — *dictatorem neque apportere aliter* Princ. — *dictatorem neque aliter* Berald. — *dictatorem neque apportune aliter* ceteri.

9. *creari*] *creare* Cren. Infinitivum passivum cum ceteris edit. habet etiam Graevii codex.

13. *tertium*] *tertiam* Lod. 16. *poenam*] *qua poenam* Lod.

17. *dari*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *dare* Princ. Berald. Ald. Lod. — Malim *audiri*.

Ibid. *per triduum*] Haec inseruerunt Hot. Man. Cren. ex pag. 147. sqq.

22. *irae*] *ire* Princ.

24. *plerumque*] *plerumque enim* Lod. — Malim *et plerumque*.

25. *hortis*] *artis* Princ.

Ibid. *idque ipsum*] Lod. et seqq. — *idque ipse ipsum* Princ. Berald. Ald.

26. *magna manus militum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *manus militum* (amisso v. *magna*) Lod. — *magnanimus multum* Princ. Berald. Ald. — „Ego, *magna manus militum excubabat*; cum infra [p. 156.] ita scriptum viderem, *Pompeium in hortis superioribus ante iudicium mansisse, ita ut villam quoque praesidio militum circumdaret.*' MANUT. 26. *excubabat*] *excusabat* Ald.

27. *repetundus erat*] Locus corruptus. — *in porticu suo* (*sua* recte Cren.) *habuerat* Hot. Cren. „Sic reposui ex iis, quae dicit extremo commentario." HOT. — Malim: *repente dimiserat.*

habere ad femur alligatum dixerat. Postulaverat, ut femur nudaret. Et ille sine mora tunicam levarat. Tum M. Cicero exclamaverat, omnia illi similia crimina esse, quae in Milonem dicerentur alia.

Deinde Munatius Plancus, tribunus plebis, produxerat in concionem M. Aemilium Philemonem, notum hominem, libertum M. Lepidi. [146] Is se dicebat pariterque secum quatuor liberos homines iter facientes supervenisse, cum Clodius occideretur, et, ob id cum proclamassent, abreptos et productos in villam Milonis per duos menses praeclusos fuisse; eaque res, seu vera seu falsa, magnam invidiam Miloni contraxerat. Idemque Munatius et Pompeius, tribuni plebis, in Rostra produxerant triumvirum capitalem, eumque interrogaverant, an Galatam Milonis servum caedes facientem deprehendisset. Ille dormientem in taberna pro fugitivo deprehensum et ad se productum esse responderat. Denunciaverant tamen triumviro, ne servum remitteret. Sed postera die Caelius, tribunus plebis, et Q. Manilius Cumanus, collega eius, ereptum e domo triumviri servum Miloni reddiderunt. Haec, etsi nullam de his criminibus mentionem fecit Cicero, tamen, quia ita compereram, putavi exponenda. Inter primos et Q. Pompeius et C. Salustius et T. Munatius Plancus, tribuni plebis, inimicissimas conciones de Milone habebant, invidiam etiam de Cicerone, quod Milonem tanto studio defenderet; eratque maxima pars multitudinis infensa non solum

1. *nudaret*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *videret* Princ. Berald. Ald. Lod.

2. *levarat*] *levaverat* Hot. Cren.

4. *dicerentur alia. Deinde*] *dicerentur. Alia die* Lod.

Ibid. *Munatius*] *Numatius* Lod.

6. *Lepidi. Is se*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Lepidi se* Princ. Berald. Ald. — *Lepidi qui se* Lod.

Ibid. *secum*] Lod. et seqq. — *secuta* Princ. Berald. Ald.

7. *supervenisse*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *insuper venisse* Pr. Ber. Ald. Lod.

9. *et productos in villam Milonis per duos menses praeclusos fuisse*] *et productas per duos menses in villam Milonis praeclusos fuisse* Princ. Ald. — *et perductos per duos menses in villam Milonis et praeclusas fuisse* Berald. Lod. — *et per duas menses in villam Milonis praeclusas fuisse* Lugd. Man. — *et perductos in villam Milonis ibique per duos menses praeclusas fuisse* Hot. Cren. (Malim *perductas*. Or.)

10. *Munatius*] *Numatius* Lod. ubique.

11. *capitalem*] Lod. et seqq. — *campitalem* Princ. Berald. Ald. — „Ego, *capitalem*. Est autem triumvirorum capitalium in antiquorum libris ita frequens mentio, ut loca signare non opus sit." MANUT. in Lugd.

Ibid. *Galatam*] *Cascam* Lod.

13. *productum*] Princ. — *perductum* ceteri.

14. *tamen*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *tantum* Princ. Berald. Ald. Lod.

15. *Caelius*] Lod. et seqq. — *Cecilius* Princ. Berald. Ald.

Ibid. *et Q. Manilius Cumanus*] Graevii cod. — *et Manilius Camanus* Princ. Berald. Ald. Lod. — *et Manilius Canianus* Lugd. Hot. Man. Cren. — *et Manilius Caninianus* Pighius Ann. T. III. p. 314.

17. *Haec etsi nullam*] Lod. — *haec et nullam* Princ. — *Sed et nullam* Berald. — *Et si nullam* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *hic etsi nullam* Graevii cod.

Ibid. *tamen*] Ald. et seqq. — *tantum* Princ. Berald.

20. *invidiam*] *invidiosus* Hot. Cren. — „*Invidiosas* si corrigas, erit aperta sententia." MANUT. in Lugd. — Mallem legi: *invidiam etiam fecerunt Ciceroni.*

Ibid. *quod Milonem*] *qui Milonem* Graevius e codice suo.

21. *eratque*] Hot. Man. Cren. — *atque* Princ. Berald. Ald. Lod. Lugd.

Ibid. *multitudinis*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *multitudinis populi* Princ. Berald. Ald Lod. — Alterum vocabulum e margine in contextum videtur irrepsisse.

Miloni, sed etiam, propter invisum patrocinium, Ciceroni. Postea Pompeius et Salustius in suspicione fuerunt in gratiam redisse cum Milone ac Cicerone. Plancus autem infestissime perstitit, atque in Ciceronem quoque multitudinem instigavit; Pompeio autem suspectum faciebat Milonem, ad perniciem eius comparari vim vociferatus; Pompeiusque ob ea saepius querebatur, fieri sibi quoque insidias, et id palam, ac maiore manu se armabat. Dicturum quoque diem Ciceroni Plancus ostendebat; postea autem Q. Pompeius idem meditatus erat. Tanta tamen constantia ac fides fuit Ciceronis, ut non populi a se alienatione, non Cn. Pompeii suspicionibus, non periculi futuri metu, si dies ad populum diceretur, non armis, quae palam in Milonem sumpta [147] erant, deterreri potuerit a defensione eius, cum posset omne periculum suum et offensionem inimicae multitudinis declinare, redimere autem Cn. Pompeii animum, si paulum ex studio defensionis remisisset.

Perlata deinde lege Pompeii, in qua id quoque scriptum erat, ut quaestor suffragio populi ex iis, qui consules fuerant, crearetur, statim comitia habuit, creatusque erat L. Domitius Aenobarbus quaestor. Aliorum quoque iudicum, qui de ea re iudicarent, Pompeius tales proposuit, ut nunquam neque clariores viros, neque sanctiores propositos esse constaret. Post quod statim nova lege Milo postulatus est a duobus

1. *sed etiam, propter invisum patrocinium, Ciceroni*] *sed etiam propter invisum Ciceronis patrocinium* Princ. Berald. — *sed etiam propter invisum Ciceroni patrocinium* Ald. Lugd. Man. — *sed etiam Ciceroni propter invisum patrocinium* Lod. — *sed ipsi etiam propter invisum patrocinium, Ciceroni* Hot. Cren.

2. *in suspicione fuerunt in gratiam redisse*] De constructione verborum vid. Madvig. ad p. 93. Hot.

Ibid. *suspicione*] *suspitione* Princ. Berald. Sic plerumque.

Ibid. *fuerunt*] *fuerant* Princ. Berald.

Ibid. *redisse*] *rediisse* Berald. Lod.

5. *comparari vim*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *comparavit eum* priores. — Ego, *comparari vim.*" MANUT. in Lugd.

6. *querebatur*] *quaerebatur* Princ.

7. *et id palam*] *et ideo palam* Lod.

8 *idem*] Ald. et seqq. — *inde* Princ. Berald.

Ibid. *meditatus*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *minitatus* ceteri. — „Ego, *minitatus erat*: quod haec verba alterum pro altero aliquando posita animadverti, ut in orat. pro Sex. Roscio: *Quod aiunt illum Sex. Roscio intentasse et minitatum esse:* quo item loco *meditatum* ante legebatur." MANUT. in Lugd.

10. *Pompeii*] *Pompei* Princ. Ald.

Ibid. *periculi futuri metu*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *periculum futurum, ut* Princ. Berald. Ald. — *periculo futuro, ei* Lod.

11. *si dies*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *si sibi dies* ceteri.

Ibid. *diceretur*] *diceret* Princ. Ald.

12. *defensione*] *defensionem* Princ.

13. *inimicae*] *inimiciciae* Berald.

Ibid. *autem*] Princ. Berald. — *etiam* Ald. et seqq.

15. *Pompeii*] *Pompei* Princ. Ald.

16. *quaestor*] Princ. Berald. Lod. — *quaesitor* ceteri. Sed vide Gesnerum in thesauro s. v. *quaesitor*. cfr. Corte ad Salust. Iug. c. 40.

17. *L. Domitius*] Hot. Man. Cren. — *Cn. Domitius* edd. priores, frequentissima confusione. Cf. pag. 152. Hot. — „Pro *Cn.* reposui *L.* nam Cn. Domitius fuit cognomento Calvinus, Lucius autem Ahenobarbus, hic, qui quaesitor fuit in causa Milonis, de quo et in oratione." MANUT.

Ibid. *quaestor*] Princ. Berald. — *quaesitor* Ald. et seqq.

20. *postulatus est a*] Deerat *est:* quod addendum vidit Madvigius.

Appiis Clodiis adolescentibus, iisdem, a quibus antea familia eius fuerat postulata, itemque de ambitu ab iisdem Appiis, et praeterea [de vi] a C. Cetheio et L. Cornificio, de sodaliciis a P. Fulvio Nerato. Postulatus autem erat et de sodaliciis et de ambitu ea spe, quod primum iudicium de vi futurum apparebat, quo eum damnatum iri confidebant, nec postea responsurum. Divinatio de ambitu accusatorum facta est quaestore A. Torquato, atque ambo quaestores, Torquatus et Domitius, prid. Nonas April. reum adesse iusserunt. Quo die Milo ad Domitii tribunal venit, ad Torquati amicos misit; ibi, postulante pro eo M. Marcello, obtinuit, ne prius causam de ambitu diceret, quam de vi iudicium erat perfectum. Apud Domitium autem quaestorem maior Appius postulavit a Milone exhiberi servos numero IIII. et L., et cum ille negaret, eos, qui nominabantur, in sua potestate esse, Domitius ex sententia iudicum pronunciavit, ut ex servorum eorum numero accusator quot vellet ederet. Citati deinde testes secundum legem, quae, ut supra diximus, iubebat, ut prius, quam causa [148] ageretur, testes per triduum audirentur, dicta eorum iudices confirmarent, quarta die adesse omnes in diem posterum iuberentur, ac coram accusatore ac reo pilae, in quibus nomina iudicum inscripta essent, aequarentur; dein rursus postera die sortitio iudicum fieret, unius et LXXX.: qui numerus cum sorte obtigisset, ipsi protinus sessum irent; tum ad dicendum accusator duas horas, reus tres haberet, resque eodem die illo iudicaretur; prius autem, quam sententiae ferrentur, quinos ex singulis ordinibus accusator, totidem reus reiiceret, ita ut

---

2. *itemque*] Lugd. Hot. Man. Creu. — *itaque* Princ. Berald. Ald. Lod.
Ibid. *de vi*] add. Lugd. Hot. Man. Cren. Coof. p. 159. H.
3. *o*] om. Berald. Lod.
Ibid. *C. Cethcio*] *C. Cetcio* Prioc. Berald. Ald. Lod. — om. Lugd. Man. — *Q. Petulcio* Hot. Creo. — „*Q. Potuleio*] Vetus *Q. Pateio*. Sic correxi, secotus alibi Asconium." HOT. Scilicet iofra p. 159. H. Milonem de vi accusasse dicuotur L. Cornificius et Q. Patulcius.
Ibid. *et* om. Lugd. Mao.
3. *sodalieiis o*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *sodaliciis et a* Princ. Berald. Ald. Lod.
4. *quod*] om. Priuc. Berald. Ald. Lod.
5. *quo*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *quod* Prioc. Berald. Ald. Lod.
7. *quoestore - - quoestores*] Princ. Berald. — *quaesitore - - quaesitores* Ald. et seqq. 8. *prid. Nonas*] *Nonis* Berald.
9. *Domitii*] *domiti:* Princ. 11. *iudicium*] *iudicum* Princ.
11. *erat perfectum*] *erot profectum* Prioc. — *esset perfectum* ceteri.
12. *quaestorem*] Prioc. Berald. — *quoesitorem* Ald. et seqq.
Ibid. *exhiberi servos*] *servos exhiberi* Lugd. Graev.
15. *quot*] *quod* Berald.
18. *confirmarent*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *consignorent* posteriores. „Malui *consignarent*, cum infra [p. 157.] ita scriptum sit: *T. Munatius Plancus, ut supra diximus, post oudita et obsignato testium verba cohortatus erat populum* etc." MANUT.
21. *LXXX*] Ald. et seqq. — *LXX* Princ. Berald.
Ibid. *obtigisset*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *attigisset* Priuc. Ald. — *contigisset* Berald. Lod.
Ibid. *ipsi*] Ald. et seqq. — *is ei* Princ. — *ii* Berald.
24. *reiiceret*] Lod. et seqq. — *eiiceret* Princ. Berald. Ald.

numerus iudicum relinqueretur, qui sententias ferrent, quinquaginta et unus.

Primo die datus erat in Milonem testis Cassinius Schola, qui se cum P. Clodio fuisse, cum is occisus esset, dixit, atrocitatemque rei factae, quam maxime potuit, auxit. Quem cum interrogare M. Marcellus coepisset, tanto tumultu Clodianae multitudinis circumstantis exterritus est, ut vim ultimam timens in tribunal a Domitio reciperetur. Quam ob causam Marcellus et ipse Milo a Domitio praesidium imploraverunt. Sedebat eo tempore Cn. Pompeius ad aerarium, perturbatusque erat eodem illo clamore; itaque Domitio promisit, se postero die cum praesidio descensurum, idque fecit. Qua re territi Clodiani silentio verba testium per biduum audiri passi sunt. Interrogaverunt eos M. Cicero et M. Marcellus et Milo ipse. Multi ex iis, qui Bovillis habitabant, testimonium dixerunt de iis, quae ibi facta erant: cauponem occisum, tabernam expugnatam, corpus Clodii in publicum extractum esse. Virgines quoque Albanae dixerunt, mulierem ignoratam venisse ad se, quae Milonis mandato votum solveret, quod Clodius occisus esset. Ultimae testimonium dixerunt Sempronia, Tuditani filia, socrus P. Clodii, et uxor Fulvia, et fletu suo magno opere eos, qui adstabant, commoverunt. Dimisso circa horam decimam iudicio T. Munatius pro concione populum adhortatus est, ut postero [149] die frequens adesset, et elabi Milonem non pateretur, iudiciumque et dolorem suum ostenderet euntibus ad tabellam ferendam. Postero die, qui fuit a. d. III. Idus Aprilis, clausae fuerunt tota urbe tabernae; praesidia in foro et circa omnes fori aditus Pompeius disposuit; ipse pro aerario, ut pridie, consedit, septus delecta manu militum. Sor-

---

1. *quinquaginta*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *quinquagesimus* Princ. Berald. Ald. Lod.

3. *Cassinius Schala*] Lod. Lugd. Hot. Cren. — *Cassinus Scola* Graevii cod. — *Casinius Schola* ceteri.

4. *esset*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *est* Lugd. Hot. Man. Cren.

8. *Marcellus*] *M. Celius* Princ. Berald. — *M. Marcellus* Ald. et seqq.

Ibid. *et ipse*] *ut ipse* Graevius.

13. *M. Cicero et M. Marcellus et Mila*] *M. Cicero et M. Marcellus Mila* Princ. Berald. — *M. Marcellus et Mila* (om. *M. Cicero*) Ald. Lugd. Man. — *M. Cicero*, *M. Marcellus et Mila* Lod. Hot. Cren.

Ibid. *Multi*] *multis* Princ. Berald.

16. *Albanae*] de Orellii coni. cfr. Inscr. Lat. N. 2240. — *aliae* Princ. Berald. Ald. Lod. — *Vestales* Lugd. Hot. Man. Cren.

17. *ignoratam*] Princ. Hot. — *ignotam* Berald. Ald. Lod. Lugd. Man. Cren.

20. *Dimisso*] *Demissa* Princ. Ibid. *decimam*] *tertiam* Graevii cod.

21. *Munatius*] *Numatius* Lod.

23. *ostenderet eunt. ad tab. ferendam. Postero die qui*] Madvigius. — *astenderet. Euntibus ad tab. ferendam postero die qui* Princ. — *astenderet. Euntibus ad tab. fer. postero die iudicibus qui* ceteri.

24. *qui fuit*] *qui fuit iudicii primus* Hot. Cren., „mire profecto: nam quintus et extremus hic fuit iudicii dies, ut satis apparet ex ordine iudicii ab ipso Asconio descripto p. 148." MADV. Ibid. *a. d.*] Graevius. — *ad* priores.

Ibid. *III. Idus Aprilis*] „Aut hic, *ad VI. Idus*, legendum, aut in principio argumenti, *ad III. Idus*, ut dies conveniat." MANUT. in Lugd. In edit. postr. posteriorem medelam eum adhibuisse supra vidimus. Nos quum, utra nota corrupta sit, diiudicare nequeamus, ab omni mutatione abstinuimus.

titio deinde iudicum a primo die facta est; post tantum silentium toto foro fuit, quantum esse in aliquo foro posset. Tum intra horam secundam accusatores coeperunt dicere, Appius maior et M. Antonius et P. Valerius Nepos. Usi sunt ex lege horis duabus.

Respondit his unus M. Cicero: et cum quibusdam placuisset ita defendi crimen, interfici Clodium pro re publica fuisse, (quam formam M. Brutus secutus est in ea oratione, quam pro Milone composuit et edidit, quasi egisset:) Ciceroni id non placuit, quod non, qui bono publico damnari, idem etiam occidi indemnatus posset. Itaque cum insidias Milonem Clodio fecisse posuissent accusatores, quia falsum id erat (nam forte illa rixa commissa fuerat), Cicero apprehendit, et contra Clodium Miloni fecisse insidias disputavit, eoque tota oratio eius spectavit. Sed ita constitit, ut diximus, neutrius consilio pugnatum esse eo die, verum ei forte occurrisse; ex ea rixa servorum tandem ad caedem perventum. Notum tamen erat, utrumque mortem alteri saepe minatum esse, et sicut suspectum Milonem maior, quam Clodii, familia faciebat, ita expeditior et paratior ad pugnam Clodianorum, quam Milonis, fuerat. Cicero cum inciperet dicere, exceptus est acclamatione Clodianorum, qui se continere ne metu quidem circumstantium militum potuerunt. Itaque non ea, qua solitus erat, con-
[150] stantia dixit. Manet autem illa quoque excepta eius oratio. Scripsit vero hanc, quam legimus, ita perfecte, ut iure prima haberi possit.

ENARRATIO.

VERS. A PRIMO L.

(§. 3.) *Unum genus est adversum infestumque nobis* et caetera.

---

1. *a primo die*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *a quaesitore* Lugd. Man. — *ut primo die* Hot. Cren. „Quod cur ita mutandum putarim, ex iis, quae dicta sunt superius, facile est intelligi." HOT. — „*A primo die*, id est, ut Columella loquitur, *primo mane* coepta est fieri sortitio iudicum, ita ut intra secundam horam accusatores dicere inciperent: eodem modo dici *primo die*, *prima nocte*, *primo anno* (Colum. X. 190.) vix admonendum est." MADV.

5. *his*] Ald. et seqq. — *hic* Princ. Berald.

Ibid. *et*] add. Man.

8. *quasi egisset*] Sic nos. — *quamvis egisset* Princ. — *quamvis non egisset* ceteri. Dicendum erat: *etiamsi non egerat:* qui sensus inest nostrae lectioni.

Ibid. *quod non, qui*] Hot. Cren. — *quod quis* Princ. Berald. Ald. Lod. — *quod qui* Lugd. Man. — „Ego, nisi *Non qui bono* cum negatione legatur, sensum nisi absurdum et ineptum non video." HOT.

9. *indemnatus*] *indemnans* Princ.

13. *constitit*] Ald. et seqq. — *constituit* Princ. Berald.

Ibid. *neutrius*] Lod. et seqq. — *nec utriusque* Princ. Berald. Ald.

14. *ei*] Princ. Berald. Ald. Scilicet Miloni Clodium. — *eos* Lod. — om. Lugd. Hot. Man. Cren. Ibid. *ex ea*] *et ex ea* Lod.

15. *tandem ad*] Sic scripsi. — *ad eandem* Princ. Berald. — *ad eam* ceteri.

Ibid. *tamen*] Hot. Cren. — *tantum* priores.

19. *est*] om. Princ. Berald.

23. *ENARRATIO*] Princ. Berald. Hot. — *INITIUM EXPOSITIONIS* Ald. Lugd. Cren. — *EXPOSITIONIS INITIUM* Lod. — *INITIUM EXPLANATIONIS* Man. 24. om. Lod. Lugd. Hot. Man.

Ita ut in expositione diximus, Munatius Plancus pridie pro concione populum adhortatus erat, ne pateretur elabi Milonem.

VERS. A PRIMO CC.

(§. 12.) *Declorant huius ambusti tribuni plebis illae intermortuae conciones, quibus quotidie meam potentiam invidiose criminabatur.*

T. Munatius Plancus et Q. Pompeius Rufus, tribuni plebis, de quibus in argumento huius orationis diximus, cum contra Milonem Scipioni et Hypsaeo studerent, concionati sunt eo ipso tempore, plebemque in Milonem accenderunt, quo propter Clodii corpus curia incensa est; nec prius destiterunt, quam flamma eius incendii fugati sunt e concione. Erant enim tunc Rostra non eo loco, quo nunc sunt, sed ad Comitium, prope iuncta curiae. Ob hoc T. Munatium ambustum tribunum appellat: fuit autem paratus ad dicendum.

PAULO POST.

(§. 13.) *Cur igitur incendium curiae, oppugnationem aedium M. Lepidi, caedem hanc ipsam, contra rem publicam senatus factam esse decrevit?*

Post biduum medium, quam Clodius occisus erat, interrex primus proditus est M. Aemilius Lepidus. Non fuit autem moris, ab eo, qui primus interrex proditus erat, comitia haberi. Sed Scipionis et Hypsaei factiones, quia recens invidia Milonis erat, cum contra ius postularent, ut interrex ad comitia consulum creandorum descenderet, idque ipse non faceret, domum eius per omnes interregni dies (fuerant autem ex more quinque) obsederunt. Deinde, omni vi ianua expugnata, et imagines maiorum deiecerunt, et lectulum adversum uxoris [151] eius Corneliae, cuius castitas pro exemplo habita est, fregerunt, itemque telas, quae ex vetere more in atrio texebantur, diruerunt; postque supervenit Milonis manus et ipsa postulans comitia; cuius adventus fuit saluti Lepido; in se enim ipsae conversae sunt factiones inimicae, atque ita oppugnatio domus interregis omissa est.

---

1. *in expositione*] Lod. Man. — *in ea expositione* Princ. Berald. Ald. — *in expositione argumenti* Hot. Cren. „Aut *argumento* legendum est, ot saepe postea: aut *expositione argumenti*, quod mihi verisimilius videtur." HOT. — Rem vide narratam pag. 149. Hot. init.

Ibid. *Munatius*] *Numatius* Lod. Non amplius monebo.

3. om. Lod. Lugd. Hot. Man. 4. *illae*] *ille* Princ.

8. *in argumento*] *in* om. Princ. Berald. Ald.

11. *quo — est*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *quod — esset* Princ. Berald. Ald. Lod. — „*Quo incensa est*] Manutii. Vetus, *Quod incensa esset.*" HOT.

15. om. Lod. Lugd. Man. Hot. 16. *aedium*] *edium* Princ. Sic ubique.

20. *Aemilius*] *Emilius* Princ. Berald.

22. *factiones*] *factionis* Princ. Berald. Ald.

24. *faceret, domum*] *faceret et damum* Princ. Berald.

25. *obsederunt*] *obsiderunt* Princ.

27. *itemque*] Hot. Cren. — „*uterque*] Quid si, *itemque?*" MANUT. In Lugd. — *uterque* Princ. Berald. Ald. Lod. Lugd. Man.

28. *telas*] *tellas* Princ. — *taelas* Berald.

Ibid. *vetere*] *vaetere* Princ.

29. *ipsa*] Ald. et seqq. — *ipse* Princ. Berald.

30. *ipsae*] *ipse* Princ.

PAULO POST.

(§. 14.) *Quod si per furiosum illum tribunum plebis senatui, quod sentiebat, perficere licuisset, novam quaestionem nullam haberemus. Decernebat enim, ut veteribus legibus tantummodo extra ordinem quaereretur. Divisa sententia est, postulante nescio quo. — Sic reliqua auctoritas senatus empta intercessione sublata est.*

Quid sit *dividere sententiam*, ut enarrandum sit, vestra aetas, filii, facit.

Cum aliquis in dicenda sententia duas pluresve res complectitur, et si non omnes aeque probantur, postulatur, ut dividatur, id est, de rebus singulis referatur. Forsitan nunc hoc quoque velitis scire, qui fuerit, qui postulaverit † quod non ferat auditor. Non enim ei, qui hoc postulat, oratione longa utendum, ac ne consurgendum quidem utique est; multi enim sedentes hoc unum verbum pronunciant: *Divide.* Quod cum auditum est, liberum ei, qui facit orationem, dividere. Sed ego, ut curiosius aetati vestrae satisfaciam, acta etiam totius illius temporis persecutus sum; in quibus cognovi, pridie Kal. Mart. S. C. esse factum, P. Clodii caedem et incendium curiae et oppugnationem aedium M. Lepidi contra rem publicam factam, ultra relatum in actis illo die nihil; postero die, id est, Kalend. Mart., Munatium in concione exposuisse populo, quae pridie acta erant in senatu: in qua concione

---

1. *om.* Lod. Lugd. Hot. Man. 2. *plebis*] abest ab editionibus Ciceronis.

3. *quaestionem nullam*] Princ. Berald. — *quaestionem nunc nullam* Ald. et seqq. cum editionibus Ciceronis, apud quem ipsum adverbium omittit cod. Erfurtensis.

5. *nescio quo.*] Post haec ab Ald. et seqq. ex Cicerone inserta sunt: *nihil enim necesse est omnium flagitia proferre.*

9. *res*] om. Lod.

10. *et si non omnes aeque probantur*] Sic scripsi. — *et si non omnes ae e* (sic) *probantur* Princ. — *et si non omnes eae probantur* Berald. Ald. Lod. Lugd. — *eae si non omnes probantur* Hot. Man. Cren.

Ibid. *postulatur, ut dividatur*] Sic scripsi. — *postulat, ut dividantur* Princ. Berald. Ald. Lod. Lugd. — *postulatur, ut dividat* Hot. Man. Cren.

Ibid. *id est de*] *id est ut de* Hot. Cren.

11. *referatur*] *referantur* Princ. Ald.

Ibid. *Forsitan — ferat auditor.*] Haec Schützius transposuit post verba *qui facit orationem, dividere.* Ibid. *qui fuerit*] *quis fuerit* Lod.

12. *quod non ferat auditor*] Hot. Cren. — *quod non ferat adiutor* priores. Loci corrupti sensum fuisse puto, quemvis auditorum sine ulla difficultate divisionem postulare potuisse. Schützio sensus requirere videtur: *quod non dixerat orator.* (Fort. *quod non fuerat addi, ut opinor, necesse. Non enim ei* cet. Or.)

Ibid. *Non enim ei, qui*] Sic scripsi. — *non eme. qui* Princ. Berald Ald. Lod. — *Non est ei, qui* Lugd. Hot. Man. Cren. — *Non est autem ei, qui* Schützius.

13. *consurgendum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *consulendum* Princ. Berald. Ald. Lod.

14. *Divide*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *denique* Princ. Berald. Ald. Lod.

15. *liberum ei, qui facit orationem, dividere*] Schützio sensus postulare videtur: *oportet eum, qui facit orationem, sententiam dividere.* (Leg. *liberum est ei.* Or.)

17. *persecutus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *prosecutus* Princ. Berald. Ald. Lod.

Ibid. *S. C.*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *sic* Princ. Berald. Ald. Lod. — „Ego, *S. C. esse factum.*" MANUT. in Lugd.

18. *factum*] *factam* Lod. 19. *factam*] *factum* Princ.

19. *actis*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *acta* Lugd. Hot. Man. Cren.

haec dixit ad verbum: † *Quae Q. Hortensium dixisse, ut extra ordinem quaereretur apud quaestorem, aestimare futurum, ut, cum* [152] *pusillum edisset dulcedinis, largiter acerbitatis devoraret: adversus hominem ingeniosum ingenio usi sumus; invenimus Fufium, qui diceret: Divide; reliquae parti sententiae ego et Salustius intercessimus.* Haec concio, ut puto, explicat, et quid senatus decernere voluerit, et quis divisionem postulaverit, et quis intercesserit, et cur. Illud vos meminisse non dubito, per Q. Fufium illo quoque tempore, quo de incesto P. Clodii actum est, factum, ne a senatu asperius decerneretur.

De L. Domitio dicit:

(§. 22.) *Dederas enim, quam contemneres populares insanias, iam ab adolescentia documenta maxima.*

Constantiam L. Domitii, quam in praetura praestitit, significat.

---

1. *Quae Q. Hortensium dixisse*] Princ. Ald. Lugd. Man. — *Quae Q. Hortensius dixisset* Berald. Lod. — *Q. Hortensium dixisse* (om. *quae*) Hot. Cren. — Malim: *Quod Q. Hortensius dixisset.*

2. *apud*] *ut apud* Lod.

Ibid. *quaestorem*] *quaesitorem* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *aestimare*] *estimare* Princ. Ibid. *ut cum*] *utrum* Princ.

3. *edisset*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *dedisset* priores.

4. *ingenio usi sumus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *non ingenio nisi summus* Princ. Ald. — *non ingenio usi sumus* Berald. Lod. — „Cum in libro haud satis antiquo, tamen manuscripto, quem Bononiae vidi, scriptum esset *nisi sumus:* legendum putavi *usi sumus.*" MANUT. in Lugd.

5. *Divide; reliquae parti sententiae*] Sic scripsi. — *divideret reliquae partis sententiam* Princ. Berald. Ald. Lod. — *divideret sententiam. reliquae parti* Lugd. Hot. Man. Cren. 9. *incesto*] Princ. Ald. — *incestu* ceteri.

11. om. Lod. Lugd. Hot. Man.

12. *quam*] Lod. Hot. Man. Cren. — *quod* Princ. (per compendium) Berald. Ald. Lugd.

14. *L.*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Cn.* Graevii cod. Princ. Berald. Ald. Lod. eodem errore, quo supra pag. 147. Hot., quum proxime antecedente versu recto legator: *De L. Domitio dicit.* 14. *Domitii*] *Domiti* Princ.

Ibid. *in praetura praestitit*] „*In quaestura* mallem, cum significetur tempus illud, quo C. Manilius trib. pl. fuit: qui fuit annus C. Pisone, M. Glabrione consulibus, quod ex ipso Pediano licet colligere [ad Cornelianam p. 96. sq]. L. autem Domitius praeturam gessit L. Pisone, A. Gabinio consulibus, quod historia demonstrat." MANUT. in editione postrema. Eandem emendationem proposuerant etiam Ferratius Epist. III. 6. et Garatonius ad Milon. c. 8. Putabant scilicet, significari nostro loco eandem legem, quam a Caio Manilio tribuno plebis ann. 687. latam memoraverunt Asconius ad Cornelianam et Dio Cassius XXXVI. 25. Quid hac Manilia lege sancitum esset, Asconius non diserte indicavit, sed eam latam dixit *de libertinorum suffragiis* perniciosamque fuisse. Dio Cassius vero Manilium ait libertinis lege sua dedisse, *ut cum patronis suis suffragia ferrent.* Huic persimilem fuisse legem eam, cuius nostro loco mentio facta est, *ut libertinis in omnibus tribubus suffragium esset*, sponte apparet, sed eandem fuisse eum lege Manilia mihi quidem nondum persuasum est. Infra enim p. 157. Hot. eam legem, quae hic a Cn. Manlio lata dicitur, *ut libertini, qui nonnisi in urbanis tribubus suffragium ferebant, possent in rusticis quoque tribubus, quae propriae ingenuorum sunt, ferre*, eam legem, inquam, Asconius ibi a P. Clodio propositam affirmat. Constat autem P. Clodium tribunum fuisse anno 696., quo anno praeturam gessisse L. Domitium vere monuit Manutius. Quod si certum est legem, de qua agimus, propositam esse anno 696., nemo, opinor, dubitabit, quin ea non lata sit novem ante annis a Caio Manilio, tribuno anni 687. sed eodem anno,

Nam eo tempore, eum Cn. Manlius, tribunus plebis, subnixus libertinorum et servorum manu, perditissimam legem ferret, ut libertinis in omnibus tribubus suffragium esset, idque per tumultum ageret, et clivum Capitolinum obsideret, discusserat perruperatque coetum Domitius ita, ut multi Manlianorum interficerentur. Quo facto et plebem infimam offenderat, et senatus magnam gratiam inierat.

(§. 32.) *Itaque illud Cassianum iudicium in his personis valeat.*

L. Cassius fuit, sicut iam saepe diximus, summae vir severitatis. Quotiens quaesitor iudicii alicuius esset, in quo quaereretur de homine occiso, suadebat atque etiam praeibat iudicibus hoc, quod Cicero nunc admonet, ut quaereretur, cui bono fuisset, perire eum, de cuius morte quaeritur. Ob quam severitatem, quo tempore Sex. Peducaeus, tribunus plebis, criminatus est, L. Metellum, Pontificem Maximum, totumque collegium pontificum male iudicasse de incesto virginum Vestalium, quod unam modo Aemiliam damnaverat, absolverat autem duas, Marciam et Liciniam, populus hunc Cassium creavit, qui de
[153] eisdem virginibus quaereret: isque et utrasque eas et praeterea complures alias nimia etiam, ut existimatio est, asperitate usus damnavit.

(§. 33.) *Et aspexit me illis quidem oculis, quibus tunc solebat, cum omnibus omnia minabatur. Movet me quippe lumen curiae!*

Hoc est Sex. Clodius, quem in argumento huius orationis diximus corpus Clodii in curiam attulisse et ibi cremasse, eoque incenso curiam conflagrasse; ideo lumen curiae dicit.

(§. 37.) *Quando illius postea sica illa, quam a Catilina acceperat, conquievit? Haec intentata nobis est; huic ego obiici vos pro me non sum passus; haec insidiata Pompeio est.*

Haec intentata nobis est, et, *obiici vos pro me non sum passus*,

---

quo eam suasit P. Clodius trib. pl., ab alio tribuno, qui hic nominatur Cn. Manlius; neque igitur quaestore L. Domitio, (qui quo anno quaestor fuerit ne constat quidem) sed praetore. Itaque antiqua lectio huius loci: *in praetura - - Cn. Manlius - - - - - Manlianorum*, tentanda minime videtur, sed invito Garatonio assentiendum Pighio in Ann. T. III. pag. 364. qui tamen culpa non vacat T. III. p. 315. ubi ab Asconio ad Milonianam et ad Cornelianam eandem legem Maniliam significari affirmavit, quod etiam Ernestio accidit in indice legum, quarum in libris Ciceronis nominatim mentio fit.

1. *Manlius*] *Manilius*, et mox *Manilianorum*, Man.

3. *tribubus*] *tribus* Princ. 4. *coetum*] *cetum* Princ. Berald.

6. *infimam offenderat*] Lod. et seqq. — *infirmam ostenderat* Princ. Berald. Ald.

7. *Cassianum iudicium in*] *Cassianum CUI BONO FUERIT in* Ciceronis editt. — Verba *iudicium in his personis valeat* om. Lugd.

8. *summae*] *summe* Princ. 9. *Quotiens*] Princ. — *quoties* ceteri.

14. *quaeritur*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *quaereretur* ceteri. — Malim *quaerebatur*. 14. *incestu*] Princ. Ald. — *incestu* ceteri.

15. *modo Aemiliam*] *modo Emiliam* Princ.

16. *Marciam*] *materiam* Princ. 19. *tunc*] *tum* Ciceronis editt.

22. *Hoc*] Princ. (Scil. *lumen.*) — *Hic* ceteri. 22. *in argumento*] Pag. 142. Hot.

25. *sica*] *sicca* Princ. 26. *intentata*] *intenta* Princ. Berald.

26. *obiici vos*] *vos obiici* Ciceronis editt.

27. *non sum passus*] Ciceronis editt. — Asconii omnes habent *passus non sum*. Sed alter verborum ordo servatus est in proximo versu.

28. *Haec intentata nobis est et obiici vos pro me non sum passus*] om. Ald.

manifestum est pertinere ad id tempus, quo post rogationem a Clodio in eum promulgatam urbe cessit. Quare dicat, *insidiata Pompeio est*, fortassis quaeratis. Pisone et Gabinio Coss. pulso Cicerone in exilium, cum III. Idus Sextiles Pompeius in senatum venit, dicitur servo P. Clodii sica excidisse, eaque ad Gabinium consulem delata dictum est, servo imperatum a P. Clodio, ut Pompeius occideretur. Pompeius statim domum rediit et se domi tenuit. Obsessus est etiam a liberto Clodii Damione, ut ex actis eius [anni] cognovi, in quibus XV. Kal. Septembris L. Novius, tribunus plebis, collega Clodii, cum Damio adversum Flavium praetorem appellaret tribunos, et tribuni de appellatione cognoscerent, ita sententiam dixit: *Et hoc apparitore P. Clodii vulneratus sum, et hominibus armatis praesidiis dispositis a re publicâ remotus sum; Cn. Pompeius obsessus est. Cum appeller*, non *utar eius exemplo*, *quem vitupero*, *et iudicium tollam:* et reliqua de intercessione.

(Ibid.) *Haec viam Appiam, monumentum nominis sui, nece Papiria cruentavit.*

Pompeius post triumphum Mithridaticum Tigranis filium in catenis deposuerat apud Flavium senatorem: qui postea cum esset praetor [154] eodem anno, quo tribunus plebis Clodius, petiit ab eo Clodius super coenam, ut Tigranem adduci iuberet, ut eum videret. Adductum collocavit in convivium, dein Flavio non reddidit; Tigranem dimisit et habuit extra catenas, nec repetenti Pompeio reddidit; postea in navem deposuit, et cum profugeret ille, tempestate delatus est Antium. Inde

---

et seqq. male. Diserte enim distinguit Asconius ea verba Ciceronis, quae manifestum sit quo pertineant, ab iis, quae illustratione indigeant.

1. *quo*] *quod* Princ. Berald.

Ibid. *a Clodio in eum*] Berald. Lugd. Man. — *Clodio in eo* (*om. a*) Princ. — *Clodio in eum* Ald. — *Clodii in eum* Lod. — *a P. Clodio in eum* Hot. Cren.

2. *cessit*] *cecessit* Princ. 2. *Pompeio est*] *pompeio et* Princ. Berald.

3. *Gabinio*] *Gabino* Princ. Berald. 4. *dicitur*] *vicitur* Princ.

5. *sica*] Berald. Lod. Madvigius. — *sican* Graevius e codice suo. — *sicam* ceteri. 5. *Gabinium*] *Gabinum* Princ. Berald. Ald.

7. *et se domi tenuit.*] Madvigius. — *ex eodem tenuis* Princ. — *ex eodem tempore* Berald. Lod. Lugd. — *ex eo domi tenus* Ald. Hot. Man. Cren.

8. *anni*] om. Princ. Berald. Ald. Lod. — *temporis* Lugd. Hot. Man. Cren.

10. *appellaret*] *appellarent* Princ. 11. *Et*] *Ab* Pighius Ann. T. III. p. 365.

12. *Clodii*] *Clodio* Princ. 14 *appeller*] *appellut* Graevii cod.

14. *et iud.*] *ut iud.* Pighius l. l.

16. *Haec viam Appiam*] *haec istam Appiam viam* Lugd. Hot. Man. Cren. cum quibusdam editt. Ciceronis, apud quem nunc legitur *haec istam Appiam*, omisso v. *viam*. 16. *nece*] *ne te* Princ.

17. *Papiria*] *Papyrii* Lod. cum editt. Ciceronis.

19. *deposuerat*] *disposuerat* Princ. Berald.

20. *petiit*] Graevii cod. — *petit* editiones.

21. *coenam*] *cenam* Princ. Berald. 21. *Tigranem*] *trigranem* Princ.

22. *reddidit*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *reddit* Princ. Berald. Ald. Lod.

Ibid. *Tigranem*] om. Lugd. Man.

23. *repetenti*] Ald. et seqq. — *repetente* Princ. Berald.

24. *Antium*] Hot. Cren. — *tantum* priores. „Antium in via esse Appia satis intelligi licet ex Strabonis libro quinto Geogr. et Plinii libro secundo." HOT.

Ibid. *Inde*] Sic scripsi. — *illico* Hot. Cren. — *ille* priores.

ut deduceretur ad se, Clodius Sex. Clodium, de quo supra diximus, misit, qui eum reduceret. Flavius quoque re cognita ad diripiendum Tigranem profectus est. Ad quartum lapidem ab urbe pugna facta est, in qua multi ex utraque parte ceciderunt, plures tamen ex Flavii, inter quos et M. Papirius, eques Romanus, publicanus, familiaris Pompeio. Flavius sine comite Romam vix perfugit.

(Ibid.) *Haec eadem, longo intervallo, conversa rursus est in me; nuper quidem, ut scitis, me ad Regiam paene confecit.*

Quo die periculum hoc adierit, ut Clodius eum ad Regiam paene confecerit, nusquam inveni; non tamen adducor, ut putem Ciceronem mentitum, praesertim cum adiiciat, *ut scitis.* Sed videtur mihi loqui de eo die, quo, consulibus Domitio et Messala, qui praecesserant eum annum, cum haec oratio dicta est, inter candidatorum Hypsaei et Milonis manus in via Sacra pugnatum est, multique ex Milonis ex improviso ceciderunt. De cuius caede et periculo suo ut putem loqui eum, facit et locus pugnae (nam in Sacra via traditur commissa, in qua est Regia), et quod adsidue simul erant cum candidatis suffragatores, Milonis Cicero, Hypsaei Clodius.

(§. 38.) *Potuitne L. Caecilii, iustissimi fortissimique praetoris, oppugnata domo?*

L. Caecilius Rufus, de quo dicitur, fuit praetor P. Lentulo Spinthere, Q. Metello Nepote consulibus, quo anno Cicero restitutus
[155] est. Is cum faceret ludos Apollinares, ita infima coacta multitudo annonae caritate tumultuata est, ut omnes, qui in theatro spectandi causa consederant, pellerentur. De oppugnata domo nusquam adhuc

---

1. *ad se*] om. Graevii cod.

2. *diximus, misit, qui*] *dixi, misit, qui* Hot. Cren. — *diximus, qui* priores. — *diximus* legi in suo cod. monuit Graevius, sed utrum v. *misit* praebeat necne, indicare noluit.

4. *Flavii*] *Flaviis* Berald. — *Flavianis* Lod.

7. *Haec*] *hoc* Princ. 7. *est*] om. edit. Ciceronis.

8. *me*] om. Princ. Berald. Ald.

Ibid. *paene*] Scribebatur *pene*. Sic ubique.

10. *nusquam inveni*] *nusquam pene canveni* Princ. Ald. — *nusquam pene inveni* Berald. Lod. — *nusquam plane inveni* ceteri. Syllabae *pene can* videntur deberi oculo librarii in statim praecedentes voces *pene confecerit* aberranti.

14. *ex Milonis*] *ex Milanianis* Berald. Lod.

15. *De cuius caede*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *de cuius diei caede* ceteri. — Pro *cuius* Graevius codicem suum habere testatur *quoius*, de voce *diei* silet. Quid, si legatur: *De quorum caede?* 17. *qua*] *nqua* Princ.

17. *adsidue simul erant*] Sic dedimus vestigiis pressis editionis Princ., quae habet: *ad id ne timuerunt.* — *ad id timuerunt* Berald. Ald. Lod. — *affuerunt* Lugd. Hot. Man. Cren. 18. *Cicera*] *Clodius* Princ.

19. *Caecilii*] *Cecili* Princ.

21. *Caecilius*] *Cecilius* Princ. Berald. Ald. ubique.

Ibid. *fuit praetor P. Lentula*] *fuit P. Lentula* Princ. Berald. — *pr. fuit Lentula* Ald. Lod. — *praetor fuit P. Lentula* Lugd. Hot. Man. Cren. — Vocem *praetor*, vel potius compendium *Pr.*, ante *P.* excidisse quam ante *fuit* veri similius videtur. 23. *Apollinares*] *appollinares* Princ.

23. *caacta*] *cancitata* Hot. Cren. „Malui *cancitata*, ex orat. pro domo sua, et pro Milone." HOT. Quid sit *coacta multitudo*, explicat Cicero pro Caecina XXI. 59.

25. *nusquam*] *nunquam* Princ. (prima syllaba per compend. scripta) Berald.

legi. Pompeius tamen, cum defenderet Milonem apud populum, de vi accusante Clodio, obiecit, ut legimus apud Tironem, libertum Ciceronis, in libro IIII. de vila eius, oppressum a Clodio L. Caecilium praetorem.

PAULO POST.

(§. 45.) *At quo die? quo, ut ante dixi, fuit insanissima concio, ab ipsius mercenario tribuno plebis concitata.*

Hoc significat, eo die, quo Clodius occisus est, concionatum esse mercenarium eius tribunum plebis. Sunt autem concionati eo die, ut ex actis apparet, C. Salustius et Q. Pompeius, utrique et inimici Milonis, et satis inquieti. Sed videtur mihi Q. Pompeium significare; nam eius seditiosior fuit concio.

(§. 46.) *Dixit C. Cassinius Interamnis, familiarissimus et idem comes Clodii, P. Clodium illo die in Albano mansurum [fuisse].*

Fuit hic Cassinius, apud quem Clodius mansisse Interamnae videri volebat, qua nocte deprehensus est in Caesaris domo, cum ibi in operto virgines pro populo Romano sacra facerent.

PAULO POST.

(§. 47.) *Scitis, iudices, fuisse, qui in hac rogatione suadenda dicerent, Milonis manu caedem esse factam, consilio vero maioris alicuius. Me videlicet latronem et sicarium abiecti homines et perditi describebant.*

---

1. *tamen*] Ald. et seqq. — *tantum* Princ. Berald.

2. *obiecit*] Madvigii coniectura, praecepta a Pighio Ann. T. III. p. 370. — *obstitit* ceteri. — „Cui tandem homini aut rei *obstitit?* aut quid hoc ad domum L. Caecilii a Clodio oppugnatam pertinet? Scribendum est *obiecit*. Asconius eam rem neque in actis neque apud Fenestellam repererat; eodem tamen crimine Pompeium usum dicit; apte deinde addit, aliquid, quod eodem pertineat, a Tirone narratum esse." MADV. 2. *ut legimus*] Sic scripsi. — *et ut legimus* Princ. Berald. — *et leg.* Cett. 3. *a*] om. Princ. Berald. Ald.

5. om. Ald. Lod. Lugd. Hot. Man. In Ald. lacunae signum asteriscus appositus est; et sane inter praecedentia Ciceronis verba et sequentia maius spatium intermissum est, quam ut his apte praeponi potuerit *PAULO POST.*

6. *quo die*] *quod* (per compend.) *die* Princ.

Ibid. *quo* ante *ut* om. Berald. 9. *eius* om. Berald.

12. *seditiosior*] *sediciosior* Princ.

13. *C. Cassinius*] *C. Cassinius Schola* vel *C. Cossinius cognomine Schola* vel *C. Cassinius cognomento Schola* editt. Ciceronis.

Ibid. *Interamnis*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Interamnas* Lugd. Hot. Man. Cren. cum recentioribus editt. Ciceronis.

Ibid. *et idem*] *et* Berald. (om. *idem*). — Utrumque voc. om. Princ. lacuna relicta quindecim fere literarum capace.

14. *Clodii*] *P. Clodii* Man. cum editt. Ciceronis.

Ibid. *in Albano*] editt. Cic. — *Albo* Princ. — *Alboe* ceteri.

Ibid. *fuisse*] Infinitivum hunc, qui facile excidere potuit ante *fuit*, restituimus ex Cicerone.

15. *apud*] om. Princ. vacuo spatio circiter octo literarum.

18. *PAULO POST*] om. Lod. Lugd. Hot. Man. — *SEQUITUR STATIM* Cren.

19. *rogatione*] *regatione* Princ. 20. *dicerent*] *diceret* Princ. Berald.

21. *latronem et*] *latronem ac* Cic. editt.

Ibid. *sicarium*] *siccarium* Princ.

Q. Pompeius Rufus et C. Salustius tribuni [sunt], quos significat. Hi enim primi de ea lege ferenda populum hortati sunt, et dixerunt, manu Milonis occisum esse Clodium, [consilio vero maioris alicuius].

(§. 49.) *Atqui, ut illi nocturnus adventus vitandus fuit: sic Miloni, cum insidiator esset, si illum ad urbem noctu accessurum sciebat, subsidendum* et caetera.

Via Appia est prope urbem monumentum Basili, qui locus latro-[156]ciniis fuit perinfamis, quod ex aliis quoque multis intelligi potest.

(§. 55.) *Comites Graeculi quocunque ibat, etiam cum in castra Etrusca properabat.*

Saepe obiecit Clodio Cicero, socium eum coniurationis Catilinae fuisse; quam rem nunc quoque reticens ostendit. Fuerat enim opinio, ut Catilina ex urbe profugerat in castra Manlii centurionis, qui tum in Etruria ad Faesulas exercitum ei comparabat, Clodium subsequi eum voluisse et coepisse, tum dein mutato consilio in urbem redisse.

(§. 67.) *Non iam hoc Clodianum crimen timemus, sed tuas, Cn. Pompei (te enim appello, et ea voce, ut me exaudire possis), tuas, inquam, suspiciones perhorrescimus.*

Diximus in argumento orationis huius, Cn. Pompeium simulasse se timere, seu plane timuisse Milonem, et ideo ne domi quidem suae, sed in hortis superioribus ante iudicium mansisse, ita ut villam quoque praesidio militum circumdaret. Q. Pompeius Rufus, tribunus plebis, qui fuerat familiarissimus omnium P. Clodio et sectam suam

---

1. *sunt*] om. Princ. Berald. — *fuerunt* Ald. et seqq.
3. *manu*] *a manu* Princ. Berald.
Ibid. *consilio vero maioris alicuius*] om (nulla lacuna indicata) Princ. Berald. Ald. Lod. 5. *Atqui*] *Atque* Cic. edit.
5. *nocturnus adventus vitandus*] *nocturnus ad urbem adventus vitandus potius quam expetendus* edit. Cic.
7. *subsidendum*] Princ. Berald. — *subsistendum* Ald. et seqq. cum quibusdam edit. Ciceronis. Vid. Garaton. ad h. l. 8. *Basili*] Sic scripsi. Or. — *Basilii* Edd.
8. *latrociniis*] *latrocinus* Princ.
9. *perinfamis*] *per quam is* Princ. Ald. — *perquam infestus id* Berald. Lod. — *perquam infamis* ceteri.
12. *obiecit*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *obiicit* Lugd. Hot. Man. Cren.
Ibid. *socium*] *sotium* Princ. 14. *Manlii*] *Manli* Princ.
15. *Etruria*] Scribebatur *Hetruria*.
Ibid. *Faesulas*] *Fessulas* Princ.
16. *eum voluisse et coepisse*] Ald. et seqq. — *cum voluisset caepisse* Princ. — *eum voluisse caepisseque* Berald.
17. *iam hoc*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *tam hoc* Princ. Berald. Ald. Lod. — *hoc iam* edit. Cic. praeter Lambinum, qui habet id, quod nos edidimus.
Ibid. *Clodianum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *quotidianum* Princ. Berald. Ald. Lod.
18. *Cn. Pompei*] *Cn. Pompeii* Graevius, et in Asconio, et in Cicerone.
Ibid. *enim appello*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *enim iam appello* ceteri cum edit. Ciceronis. 18. *et*] om. pleraeque edit. Cic.
19. *suspiciones*] *suspitiones* Princ. Berald. Ald. ubique.
21 *simulasse se timere*] Hot. Cren. — *simulasse timere* priores.
22. *hortis*] *ortis* Princ.
23. *Q Pompeius Rufus*] *Q. Pompeius fuit* Princ. Berald. Ald. Lod. — *Q. Pompeius* ceteri. — Nos ex inepto voc. *fuit* cognomen Pompeii restituimus

sequi se palam profitebatur, dixerat in concione post paucis diebus, quam Clodius erat occisus: *Milo dedit, quem in curia cremaretis: dabo, quem in Capitolio sepeliatis.* In eadem concione idem dixerat (habuit enim eam a. d. VIII. Kal. Febr.), cum Milo pridie [id est VIIII. Kal. Febr.] venire ad Pompeium in hortos eius voluisset, Pompeium ei per hominem propinquum misisse [nuncium], ne ad se veniret. Prius etiam quam Pompeius III. consul crearetur, tres tribuni, Q. Pompeius [Rufus], C. Salustius Crispus, T. Munatius Plancus, cum quotidianis concionibus suis magnam invidiam Miloni propter Clodium excitarent, produxerant ad populum Cn. Pompeium, et ab eo quaesierant, num ad eum delatum esset illud quoque indicium, suae vitae insidiari Milonem. Responderat Pompeius: Licinium quendam de plebe, sacrificulum, qui [157] solitus esset familias purgare, ad se detulisse, servos quosdam Milonis itemque libertos comparatos esse ad caedem suam, nomina quoque servorum edidisse; se ad Milonem misisse, ut eos in potestate sua haberet; a Milone responsum esse, ex iis servis, quos nominasset, partim neminem se unquam habuisse, partim manumisisse; dein, cum Licinium apud se haberet, Lucium quendam de plebe ad corrumpendum indicem venisse; qua re cognita in vincla eum publica esse coniectum. Decrevit enim senatus, ut cum interrege et tribunis plebis Pompeius daret operam, ne quid res publica detrimenti caperet. Ob has suspiciones Pompeius in superioribus hortis se continuerat; deinde, ex senatus consulto dilectu per Italiam habito cum redisset, venientem ad se Milonem unum

---

1. *post paucis diebus*] *paucis post diebus* Hot. Cren.
4. *a. d.*] Graevius. — *ad* priores.
5. *id est VIIII. Kal. Febr.*] Sic Schützius. — Antea perperam legebatur: *id est VII. Kal. Febr.* — Assentior autem P. Manutio, qui in edit. postr. annotavit: „Quis non videt esse glossema?"
Ibid. *hortos*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ortis* Princ. — *hortis* Berald. Ald. Lod.
6. *misisse nuncium ne*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *misisse, ne* (om. *nuncium*) Lugd. Hot. Man. Cren. — „MS. *misisse nunciatum*, sed male *nunciatum* tusceruerunt, qui nesciebant mittere saepe Latinis esse significare alicui aliquid sive litteris, sive nunciis, quod Ciceroni est frequens." GRAEV.
7. *III.*] *ter* Princ. Berald. Ald. Lod. — *tertium* ceteri.
Ibid. *Rufus* om. Princ.
8. *T. Mun*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *L. Mun.* Princ. Berald. Ald. Lod.
Ibid. *Munatius*] *Munacius* Princ. Berald.
10. *quaesierant*] *quesierant* Princ. 11. *illud*] *illius* Princ. Berald.
12. *sacrificulum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *sacrificorum* priores. — „Ego sic, *Licinium quendam de plebe, sacrificulum:* cum inferat, *qui solitus esset familias purgare*, et in oratione [XXIV. 65.] Licinius *popa* nominatur, id est mactator sacrarum hostiarum." MANUT.
14. *libertos*] Graevius. — *liberos* priores.
15. *edidisse*] *edisse* Princ. — *dedisse* Berald.
Ibid. *se*] Addidimus pronomen, geminata praecedentis vocabuli ultima syllaba.
Ibid. *eos*] *eum* Princ. 16. *iis*] *his* Lod.
17. *Licinium*] *Lucium* Princ.
18. *haberet*] Post hanc vocem in Princ. est lacuna quattuor literarum.
Ibid. *indicem*] *iudicem* Lod. Lugd. Man. Cren. male: intelligitur enim, ut recte monuit Schützius, Licinius index, ad quem corrumpendum, ut iudicium revocaret, Lucius ille venerat. 19. *esse*] *a se* Hot. Cren.
19. *Decrevit*] *decreverat* Hot. Cren.
22. *hortis*] *ortis* Princ. 23. *dilectu*] Princ. — *delectu* ceteri.

omnium non admiserat. Item, cum senatus in porticu Pompeii haberetur, ut Pompeius posset interesse, unum tum exeuti prius, quam in senatum intraret, iusserat. Hae sunt suspiciones, quas dicit se Cicero pertimescere.

(§. 71.) *Quid enim minus illo dignum, quam cogere, ut vos eum condemnetis, in quem animadvertere ipse, et more maiorum et suo iure, posset? sed praesidio esse* et caetera.

Idem T. Munatius Plancus, ut saepe diximus, post audita et obsignata testium verba dimissosque interim iudices, vocata concione cohortatus erat populum, ut clusis tabernis postero die ad iudicium adesset, nec pateretur elabi Milonem.

(§. 87.) *Incidebantur iam domi leges, quae nos servis nostris addicerent.*

Significasse iam puto nos, fuisse inter leges P. Clodii, quas ferre proposuerat, eam quoque, qua libertini, qui non nisi in urbanis tribubus suffragium ferebant, possent in rusticis quoque tribubus, quae propriae ingenuorum sunt, ferre.

(§. 88.) *Senatus, credo, praetorem eum circumscripsisset. Ne cum solebat quidem id facere, in privato eodem hoc aliquid profecerat.*

[158] Significat id tempus, quo P. Clodius, cum adhuc quaestor designatus esset, deprehensus est, cum intrasset eo, ubi sacrificium pro

1. *Pompeii*] *pompei* Princ.
2. *tum*] *tamen* Lod.
3. *senatum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *senatu* Princ. Berald. Ald. Lod.
Ibid. *intr. iusserat*] Hot. Cren. — *intr. priusquam iusserat* Princ. — *intr. iusserant* Berald. Ald. Lod. Lugd. Man.
5 — 7. Pro his Lugd. Hot. Man. Cren. cet. ediderunt: *Contra hesternam concionem illam.* 5. *minus illo*] *illo minus* edit. Cic.
5. *ut vos*] om. Princ. Berald. Ald.
7. *sed praesidio esse*] Sic edidimus quemadmodum legitur apud Ciceronem. — *et praesidio esset* Princ. Ald. — *praesidio esset* (om. *et*) Berald. — *et praesidio esse* Lod. 8. *Idem T.*] *Titius* Berald.
8. *ut saepe diximus*] Vid. p. 149. p. 150. Hot.
10. *clusis*] Princ. Berald. Ald. — *clausis* Lod. et seqq.
11. *elabi*] *labi* Princ. Berald.
12. *leges, quae*] *legesque* Princ. — *novae leges quae* Lod.
Ibid. *nos*] *nos iam* Princ. Berald. Ald. Lod.
Ibid. *servis nostris*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *nostris servis* Lugd. Hot. Man. Cren. cum edit. Ciceronis. Sed longe praeferendus videtur ordo, quem tenent antiquissimae Asconii editiones et palimpsestus Taurinensis, quum vis accentus necessario cadat in voc. *servis*, non in pronomen.
15. *non nisi in urbanis tribubus*] Sic scripsi. — *non plus quam in tribus* Princ. Berald. Ald. Lod. — *non plus quam in urbanis tribubus* ceteri, parum latine.
16. *propriae*] Hot. Cren. — *proprie* priores.
18. *circumscripsisset*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *circumscripsisse*: Princ. Berald. Ald. Lod. 19. *cum*] *tum* Princ. Berald.
19. *quidem*] om. Princ. Berald. Ald. Lod.
20. *profecerat*] om. Princ. (spatio relicto) Berald.
21. *Clodius, cum adhuc*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Clodium . . . . . . adhuc* Princ. Ald. — *Clodius adhuc* Berald. Lod.
Ibid. *quaestor*] *questor* Princ.
22. *esset, deprehensus est, cum intrasset eo*] *esset . . . . est cum intrasset eo* Princ. Ald. — *esset, ac cum intrasset eo* Berald. Lod. — *esset, intravit eo* ceteri. — Lacunam, quae est in edit. principe, explevimus vocabulo, quo de

populo Romano fiebat. Quod factum notatum erat a senatu, decretumque, [ut] extra ordinem iudicium fieret.

VERS. A NOVISS. CLX.

Quo loco inducit loquentem Milonem cum bonarum partium hominibus de meritis suis:

(§. 95.) *Plebem et infimam multitudinem, quae P. Clodio duce fortunis vestris imminebat, eam, quo tutior esset vestra vita, se fecisse commemorat, ut non modo virtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deleniret.*

Puto iam supra esse dictum, Milonem ex familia fuisse Papia, deinde adoptatum esse ab C. Annio, avo suo materno. Tertium patrimonium videtur significare matris; aliud enim quod fuerit, non invenio.

Peracta utrinque causa singuli quinos accusator et reus senatores, totidem equites et tribunos aerarios reiecerunt, ita ut unus et L. sententias tulerint. Senatores condemnaverunt XII., absolverunt VI. Equites condemnaverunt XIII., absolverunt IIII. Tribuni aerarii condemnaverunt XIII., absolverunt III. Videbantur non ignorasse iudices, inscio Milone initio vulneratum esse Clodium, sed compererant, post quam vulneratus esset, iussu Milonis occisum. Fuerunt, qui crederent, M. Catonis sententia eum esse absolutum; nam et bene cum re publica actum esse morte P. Clodii non dissimulaverat, et studebat in petitione consulatus Miloni, et reo affuerat. Nominaverat quoque eum Cicero praesentem et testatus erat audisse a M. Favonio ante diem tertiam,

---

eadem re usus est Asconius supra p. 155. Hot. (§. 46.) *qua nocte deprehensus est in Caesaris domo, cum ibi in operto virgines pro populo Romano sacra facerent.*

1. *erat a senatu*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *erat .... S. C.* Princ. Ald. — *erat S. C.* Berald. Lod.

2. *ut extra ordinem iudicium fieret*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ex ordinem .... iudicium fieret* Princ. — *ex ordine ° iudicium fieret* Ald. — *ex ordine iudicium fieret* Berald. Lod. — Conf. de toto hoc loco Madvigius in ea parte dissertationis suae, quam nostrae editioni praemisimus, pag. 30. sq.

3. om. Lod. Lugd. Hot. Man. 4 — 5. om. Lod. Lugd. Man.

6. *infimam*] *infirmam* Princ. 7. *vestra vita*] *vita vestra* Cic. editt.

8. *se fecisse commemorat, ut non modo virtute flecteret*] *se flecteret* (nullo inter has voces spatio relicto) Princ. Berald. — om. Lod. haec et quae sequuntur Ciceronis verba.

9. *deleniret*] *delineret* Hot. Cren. — *deliniret* priores.

10. *Puto*] *puta* Princ. 11. *esse* Princ. — *fuisse* ceteri.

11. *ab C. Annio*] *a C. Aunio* Hot. Cren. — *ab T. Annio* Man.

12. *patrimonium*] *matrimonium* Princ.

Ibid. *matris; aliud enim*] Ald. et seqq. — *matrisci* Princ. — *matris enim* Berald.

14. *accusator*] *accusatori* Princ.

15. *equites et tribunos*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *equites tribunos* priores.

16. *Senatores condemnaverunt XII.*] Quid sibi voluerit Graevius, quum ad hunc numerum annotaret, „Forte XV.", et ad numerum tribunorum, qui absolverunt, „Forte IIII." haud perspicio.

21. *M. Catonis sententia*] „Vid. Vell. Paterc. II. 47." GRAEV.

22. *morte - - dissimulaverat*] *mortem - - dissimulaverit* Princ.

23. *Nominaverat quoque eum Cicero*] Vid. cap. 16. §. 41. cf. cap. 9. §. 26.

24. *audisse a*] Princ. — *audisse eum a* ceteri.

Ibid. *tertiam*] Princ. — *tertium* ceteri.

quam caedes facta erat, Clodium dixisse, periturnm esse eo triduo Milonem. Sed Milonis quoque notam audaciam . . . . uetiar e p. . . . . utile visum est sciret . . . . ne unquam potuit, utram sententiam . . . . damnatum autem opera maxima Appii Claudii . . . . pronunciatum est. Milo postero die factus reus ambitus [159] apud Manlium Torquatum absens damnatus est. Illa quoque lege accusator fuit eius Appius Claudius, et cum ei praemium lege daretur, negavit † reo ita. Subscripserunt et in ambitus iudicio P. Valerius Leo et Cn. Domitius, Cn. F. Post paucos dies quoque Milo apud Favonium quaestorem de sodaliciis damnatus est, accusante P. Fulvio Nerato, cui lege praemium datum est. Deinde apud L. Fabium quaestorem iterum absens damnatus est de vi. Accusavit L. Cornificius et Q. Patulcius. Milo in exilium Massiliam intra paucissimos dies profectus est. Bona eius propter alieni aeris magnitudinem semuncia venierunt.

Post Milonem eadem lege Pompeia primus est accusatus M. Saufeius M. F., qui dux fuerat in expugnanda taberna Bovillis et Clodio occidendo. Accusaverunt eum L. Cassius, L. Fulcinius, C. F., C. Valerius. Defenderunt M. Cicero, M. Caelius, obtinueruntque, ut una sententia absolveretur. Condemnaverunt senatores X., absolverunt VIII. Condemnaverunt equites Romani VIIII., absolverunt VIII. Sed ex tribunis aerariis X. absolverunt, VI. condemnaverunt: manifestumque odium Clodii saluti Saufeio fuit, cum eius vel peior causa

---

1. *caedes*] *cedee* Princ.

2 — 5. *audaciam — pronunciatum est*] Locum exhibuimus qualis legitur in Princ. et Ald. nisi quod hic ultimam lacunam neglexit et pro *maxima* probabiliter restituit *maxime*. Aldinam lectionem repetiverunt Lugd. Hot. Man. — Beraldus: *audaciam vindicare. P. utile* et cetera sicut Princ. sed lacunis haud indicatis. — *audaciam vindicare R. P. utile visum est. Unde sciri ne unquam potuit utram sententiam tulisset. Damnatum autem opera maxima Appii Claudii pronunciatum est.* Lod. — *audaciam vindicare P. R. utile visum est: unde sciri unquam potuit utram sententiam tulisset? Damnatum autem opera maxime Appii Claudii, pronuntiatum est.* Cren. — „Bipontini Velleii Paterculi editores ad II. 48. legendum putant *audaciam avertere perutile visum est.* In literis *ueti* latet infinitivi passivi terminatio corrupta; caeterae literae melius iungendae: *a rep.* Fuisse videtur *prohiberi a rep.*" MADV. — Malim *removeri a rep.*

7. *negavit. reo ita subscripserunt*] Sic corrupte Princ. Berald. Ald. Lod. — *negavit. ei subscripserunt* Lugd. Man. — *negavit ei. Subscripserunt* Hot. Cren. perperam. — Madvigio vera scriptura videtur: *negavit se eo uti. Subscripserunt* etc. Sed fateor, mihi displicere in hoc contextu et verbum *utor* et tempus praesens.

8. *et in ambitus iudicio*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *et ambitus iudicia* priores.

Ibid. *Domitius*] *domicius* Princ.

Ibid. *Cn. F.*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *C. F.* priores.

9. *quaestorem*] *questorem* Princ. hic et in proximo versu.

10. *P. Fulvio Nerato*] Lugd. Hot. Cren. — *M. Fulvio Nerato* Man. — *P. Clodio Nerato reo* ceteri. — *Fulvii* nomen restitutum est ex pag. 147. med.

12. *Q. Patulcius*] Vid. ad pag. 147. med.

13. *Massiliam*] *maxiliam* Princ.

15. *Pompeia primus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *pompeii. A primus* Princ. Ald. — *Pompeii a primis* Berald. Lod.

Ibid. *Saufeius*] *sanfiue* Princ. Supra pag. 142. init. vocatur *Fustenus.*

18. *Caelius*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Cecilius* priores.

20. *absolverunt VIII. - - absolverunt VIII.*] Lod. et seqq. — *absolverunt VII. - - absolverunt VII.* Princ. Berald. Lod. 20. *Saufeio*] *sanfeio* Princ.

22. *peior*] Lod. et seqq. — *prior* Princ Berald. De lectione editionis

quam Milonis fuisset, quod aperte dux fuerat expugnandae tabernae. Repetitus deinde post paucos dies apud Considium quaestorem est lege Plautia de vi, subscriptione ea, quod loca [superiora] occupasset et cum telo fuisset nam . . . . operarum Milonis. Accusaverunt C. Fidius, Cn. Apponius Cn. F., M. Seius . . . . sex. Defenderunt M. Cicero, M. Terentius Varro Gibba. Absolutus est sententiis plenius quam prius: graves habuit XVIIII., absolutorias II. et XXX.; sed e contrario hoc ac priore iudicio accidit: equites enim ac senatores eum absolverunt, tribuni aerarii damnaverunt.

Sex. autem Clodius, quo auctore corpus Clodii in curiam illatum fuit, accusantibus C. Cesenio Philone, M. Aufidio † [defenderunt [160] Flacconio] magno consensu damnatus est, sententiis VI. et XL.; absolutorias V. omnino habuit, duas senatorum, tres equitum.

Multi praeterea et praesentes et cum citati non respondissent, damnati sunt: ex quibus maxima pars Clodianorum.

Aldinae nobis non constat, quum exemplari, quod tractavimus, extrema pagina desit.

1. *quod*] Berald. Lod. — *quidem* Princ. — *qui* Lugd. Hot. Man. Cren. — *quia* Madvigius.

Ibid. *tabernae. Repetitus deinde*] *tabernae. Repetitus est deinde* Madvigius. — *tabernae repertus. Deinde* ceteri. „*Dux fuerat repertus* non bene dicitur. *Repetere* de reo iterum accusando dicitur." MADV.

2. *quaestorem*] *questorem* Princ.

Ibid. *est lege*] *e lege* Princ. Berald. Lod. (In Princ. verbum *est* exprimi solet una litera *e*, lineola suprapsita.) — *lege* ceteri.

3. *subscriptione ea*] *subscriptione eadem accusatus est* Hot. Cren. „*Subscriptio* est brevis criminis, quo quis accusatur, comprehensio." MADV.

Ibid. *superiora*] Adiectivum hoc, pro quo in Princ. est vacuum spatium totidem literarum, addidimus e formula legis, quam expressit Pighius T. III. p. 228. *Uti. de. eius. capite. quaereretur. qui. cum. telo. in. publico. fuisset. aut. pugnae. caussa. loca. superiora. occupasset. alienisve. aedibus. cladem. saxis. igne. ferro. intulisset. quive. sodalitates. curiamve. comitia. iudiciave. turbassent.* — *munita* supplevit Madvigius.

4. *fuisset nam * operarum*] Princ. Lod. — *fuisset nam operarium* Berald. — *fuisset antesignanus operarum* Lugd. Hot. Man. Cren.

5. *Apponius*] Princ. Berald. Lod. — *Aponius* Lugd. Hot. Cren. — *Apronius* Man.

Ibid. *M. Seius * sex*] Princ. Lod. — *N. Seius sex* Berald. — *M. Seius Sex. F.* Lugd. Hot. Man. Cren. 7. *habuit*] om. Berald.

8. *ac*] *a* Princ. Berald. Lod.

11. *C. Cesenio Philone*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *C. Ciessenio Filone* Princ. Berald. Lod.

11. *M. Aufidio defenderunt Flacconio magno consensu damnatus est*] Locus corruptus, de quo nihil affirmare ausim nisi legendum esse *defendente* pro *defenderunt*. — *M. alfidio defenderunt flacconio magno consensu: damnatusque est* Princ. — *M. Alfidio Flacconio magno consensu damnatusque est* Berald. — *M. Alfidio Flacconio. defenderunt magno consensu, damnatusque est* Lod. — *M. Aufidio, L. Apronio* (*Aponio* Lugd.), *defendente M. Seio, damnatus est* Lugd. Man. — *M. Aufidio, L. Aponio. Defenderunt. Magno consensu damnatus est* Hot. — *M. Aufidio, L. Aponio, magno consensu damnatus est* Cren.

12. *sententiis*] *sententias* Lugd. ut relatum sit ad v. *habuit*.

Ibid. *VI. et XL.*] In Cren. errore typographico legitur *VI. et XI.*. quod mendum transiit in Graevii editionem. Schützius illud quidem sustulit, sed novum commisit, scribens *VI et XLI.* 15. *pars Cl*] *pars fuit Cl.* Hot. Cren.

15. *Clodianorum*] *Claudianorum* Lugd. Hot. Man.

Q. ASCONIUS PEDIANUS

IN

M. TULLII CICERONIS

ORATIONEM

PRO C. CORNELIO DE MAIESTATE.

---

[91] Hanc orationem dixit L. Cotta, L. Torquato coss. post annum quam superiores.

ARGUMENTUM.

C. Cornelius homo non improbus vita habitus est. Fuerat quaestor Cn. Pompeii, dein tribunus plebis C. Pisone cos. biennio ante quam haec dicta sunt. In eo magistratu ita se gessit, ut iusto pertinacior videretur. Alienatus est autem a senatu ex hac causa. Retulerat ad senatum, ut, quoniam exterarum nationum legatis pecunia

---

In editione principe et Berald. sic inscribitur haec commentatio: *Q. A. Pediani Incipit pro Cornelio de maiestate.* Ad calcem vero nihil annotatum est.

2. *quam superiores*] „Intelligit eas, quas pro Q. Gallio, M. Fundanio et A. Cluentio dixit." SIGON.

3. *ARGUMENTUM*] om. Princ. Berald. Lod. — Primo versui id vocabulum praeposuerunt Ald. Lugd. Hot. Man.

4. *C. Cornelius*] Omittebatur praenomen, quod necessarium videtur in prima mentione huius viri. Qui exciderit, facile perspicitur.

5. *Cn.*] *gnei* Princ. Berald.

Ibid. *C. Pisone cos.*] „Et hic et paullo post pro *L.* reposui *C*, ex ipso Pediano paulo post et ex historia." MANUT. Coniectura hoc quidem loco opus non erat, quum iam ed. Princ. verum praenomen exhibeat, quod retinuerunt omnes praeter Aldinam, in qua mendum inferioris loci huc quoque est translatum. Ceterum malim legi: *C. Pisone, M'. Glabrione coss.* Alterum enim nomen propter similitudinem terminationis a negligente librario omissum esse videtur.

6. *haec*] *hec* Princ.

7. *iusto pertinacior*] Sigonius. — *iustior pertinatior* Princ. — *iustior pertinacior* Ald. Man. — *iustior pertinaciorque* Berald. Lod. Lugd. — *iustior sed pertinacior* Hot. Cren. — „Cum in lege ferenda usque eo pertinax fuerit Cornelius, ut intercedente collega codicem ipse de scribae manibus abreptum recitaverit: non absurde, ut opinor, legi posset: *Iusto pertinacior:* cum et Quintilianus lib. IX. cap. 4. dixerit: *membrum longius iusto.* MANUT.

Ibid. *est*] add. Madvigius.

8. *pecunia*] *pecunia mutua* Hot. Cren.

magna daretur usura, turpiaque et famosa ex eo lucra fierent, ne quis legatis exterarum nationum pecuniam expensam ferret. Cuius relationem repudiavit senatus et decrevit, satis factum videri eo senatus consulto, quod ante annos ° L. Domitio, C. Caelio coss. factum erat, cum senatus ante pauculos annos illo senatus consulto decrevisset, ne quis Cretensibus pecuniam mutuam daret. Cornelius ea re offensus senatui questus est de ea in concione, exhauriri provincias usuris; providendum, ut haberent legati, unde praesentia . . . . darent, promulgavitque legem, qua auctoritatem senatus minuebat, ne quis nisi per populum legibus solveretur. Quod antiquo quoque iure erat cautum; itaque in omnibus senatus consultis, quibus aliquem legibus solvi placebat, adiici erat solitum, ut de ea re ad populum ferretur: sed paulatim ferri erat desitum, resque iam in eam consuetudinem venerat, ut postremo ne adiiceretur quidem in senatus consultis de rogatione ad populum ferenda, eaque ipsa senatus consulta per pauculos admodum fiebant. Indigne eam Cornelii rogationem tulerant [92] potentissimi quique ex senatu, quorum gratia magno opere minuebatur; itaque P. Servilius Globulus, tribunus plebis, inventus erat, qui C.

---

2. *ferret*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ferat* priores.

4. *quod*] *quo* Princ.

Ibid. *ante annos ° L. Domitio*] *ante annos. CN. domitio* Princ. Ald. — *ante annos aliquot Cn. Domitio* Berald. Lod. Lugd. Hot. Cren. — *ante annos aliquot L. Domitio* Man. et Sigon. Ab his recipiendum duximus praenomen consulis omisso supplemento *aliquot*. Nobis enim numerus videtur excidisse, scilicet *septem et XX*. quod quidem spatium intererat inter C. Pisonem cum M'. Glabrione (a. u. 687.) et L. Domitium cum C. Caelio (a. u. 660.) consules.

Ibid. *Caelio*] *Celio* Princ.

7. *questus*] *quaestus* Princ. Ald. Lugd.

Ibid. *de ea in concione*] *de ea . . . . ne* Princ. Ald. Man. — *ea ex re* Berald. Lod. Lugd. — *de ea re in concione* Hot. Cren. Sigon. — *in concione* (om. *de ea*) Robortellus Emendatt. p. 65.

9. *praesentia * darent*] Princ. Ald. Man. — *praesentia darent* Berald. Lod. Lugd. — *in praesentia pecuniam creditoribus darent* Sigon. Hot. Cren. „Haec duo verba [*pecuniam creditoribus*] desiderabantur in manuscripto." HOT.

Ibid. *auctoritatem*] *auctoritate* Princ.

10. *ne quis nisi*] Ald. et seqq. — *ne quivis* Princ. Berald.

11. *quibus aliquem*] Princ. Berald. Lod. — *quibus cum aliquem* Ald. — *quibus tum aliquem* Lugd. Hot. Man. Cren.

12. *adiici erat solitum*] Lod. et seqq. — *adiecerat solitum* Princ. Berald. Ald.

14. *senatus consultis*] *senatus consulto* Sigonius; male. Nam in Princ. non per compendium h. l. scriptum est illud vocabulum, ut pro arbitrio vel singularem vel pluralem numerum intelligere possis, sed sic: *S. consultis*.

16. *Cornelii*] *corneli* Princ.

17. *potentissimi quique ex senatu, quorum gratia*] Sigon. Madv. — *potentissimi quique ex S. C. quorum gratia* Princ. Ald. Man. — *potentissimi et quorum ex S. C. gratia* Berald. — *potentissimi quique quorum ex S. C. gratia* Lod. — *potentissimi quique, et quorum ex S. C. gratia* Lugd. — *potentissimi quique ex senatoribus, quorum gratia* Hot. Cren. — „*Ex S. C.*] *Ex senatoribus* non ita esset alienum a vetere scriptura, ad sententiam certe esset aptissimum." MANUT. — „Non raro in codd. mss. *S. C.* pro *senatu* ab oscitantibus librariis subpositum est; nec aliud est mendum loci Taciti Hist. IV. 42. quem et olim et nuper miris modis defendere nonnulli studuerunt: *sponte ex S. C. adcusationem subisse iuvenis admodum;* imperatori delatorem quaerenti sponte ex ipso senatu, quod foedissimum erat, se obtulerat Regulus; legendum est igitur: *sponte ex senatu*." MADV.

Cornelio obsisteret. Is, ubi legis ferundae dies venit et praeco subiiciente scriba verba legis recitare populo coepit, et scribam subiicere et praeconem pronunciare passus non est. Tum Cornelius ipse codicem recitavit. Quod cum improbe fieri C. Piso consul vehementer quereretur, † tribuniciam intercessionem diceret, gravi convicio a populo exceptus est; et cum ille eos, qui sibi intendebant manus, prendi a lictore iussisset, fracti eius fasces cuncti, lapidesque etiam ex ultima concione in consulem iacti: quo tumultu Cornelius perturbatus concilium dimisit. Actum deinde eadem de re in senatu est magnis contentionibus. Tum Cornelius ita ferre rursus coepit, ne quis in senatu legibus solveretur, nisi CC. affuissent; neve quis, cum solutus esset, intercederet, cum de ea re ad populum ferretur. Haec sine tumultu res acta est. Nemo enim negare poterat, pro auctoritate senatus esse eam legem. Sed tamen eam tulit invitis optimatibus, qui vel paucos . . . . gratificari solebant. Aliam deinde legem Cornelius, etsi nemo repugnare ausus est, multis tamen invitis tulit, ut praetores ex edictis suis perpetuis ius dicerent: quae res cunctam gratiam ambitiosis praetoribus, qui varie ius dicere solebant, sustulit. Alias quoque complures leges Cornelius promulgavit, quibus plerique collegae intercesserunt: per quas contentiones totus tribunatus eius peractus est.

1. *C. Cornelio*] Lod. Man. Sigon. — *L. Cornelio* Princ. Berald. Ald. Lugd. Hot. Cren.

Ibid. *ferundae*] *ferunde* Princ. 2. *coepit*] *cepit* Princ.

4. *C. Piso*] Lod. et seqq. — *L. Piso* Princ. Berald. Ald.

5. *tribuniciam intercessionem diceret*] Sic manca Princ. Ald. Man. — *tribuniciamque intercessionem diceret* Berald. Lugd. — *tribunitiamque intercessionem sublatam esse diceret* Lod. — *tolique ea re tribunitiam intercessionem diceret* Hot. Cren. — *tribuniciam intercessionem talli diceret* Sigon. e coniectura Manutii, cui aut *talli* aut *imminui* deesse videbatur.

6. *illa eos*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *illa coss.* Princ. — *ille cos.* Ald. — *illos coss.* Berald. — *illos cos.* Lod.

Ibid. *intendebant*] Princ. Berald. — *intentabant* Ald. et seqq. „frustra; potius notandum hoc in lexicis ex huius aetatis scriptoribus; nam Tacitus quoque *manus alicui intendere* dixit Ann. IV. 3." MADV.

Ibid. *prendi*] *prehendi* Berald. Lod. Man.

7. *lictore*] *littore* Princ. 10. *Tum*] *cum* Princ. Berald.

11. *esset*] om. Princ. 12. *de ea re*] *ea de re* Lugd.

15. *qui vel paucos * gratificari solebant*] Princ. Ald. Man. — *qui paucis gratificari solebant* Berald. — *qui vel paucis gratificari* (*gratificare* Lugd.) *solebant* Lod. Lugd. — *qui vel pauci senatus consultum facere solebant* Hot. Cren. ex Manutii coniectura. — *qui vel pauci gratificari solebant* Sigonius, qui in scholiis praemissis haec annotavit: „Satis certum est, legendum, *qui vel pauci*; nam et sensus hoc postulat, et loquendi antiqua ratio; sensus ex prioribus verbis exprimitur: *Eaque ipsa senatus consulta per pauculos admodum fiebant.* Locutionem comprobat Livius lib. X. *Quod populi ius sit, iubeat potius, quam patres gratificentur.*" — „Adparet exquisitiore dicendi genere Asconium usum esse; scripsit enim: *qui vel pauci S. C. gratificari solebant*, id est, per gratiam largiri, quemadmodum Sisennam *nimis in gratificanda iure liberum* Cicero appellat in fragmento huius ipsius orat. apud Asconium p. 103. Hot." MADV.

16. *etsi nemo repugnare*] *et sine mora pugnare* Princ.

17. *res cunctam gratiam*] Sic scripsi. — *res cum aut gratiam* Princ. — *res gratiam* Berald. Lod. — *res tum gratiam* ceteri.

18. *solebant*] *assuevarant* Hot. Cren. 19. *complures*] *cum plures* Princ.

20. *totus tribunatus eius*] Berald. Lod. Lugd. Man. Sigon. — *totus tribunatus tempore eius* Princ. Ald. — *totus prope tribunatus eius* Hot. Cren.

Sequenti deinde anno, M'. Lepido, L. Volcatio consulibus, quo anno praetor Cicero fuit, reum Cornelium duo fratres Cominii lege Cornelia de maiestate fecerunt. Detulit nomen Publius, subscripsit Caius. Et cum P. Cassius praetor decimo die, ut mos est, adesse [93] iussisset, eoque die ipse non affuisset, seu avocatus propter publici frumenti curam, seu gratificans reo, circumventi sunt ante tribunal eius accusatores a notis operarum ducibus, ita ut mors intentaretur, si mox non desisterent. Quam perniciem vix effugerunt interventu consulum, qui advocati reo descenderant. Et cum in scalas quasdam Cominii fugissent, clausi in noctem ibi se occultaverunt; deinde per tecta vicinarum aedium profugerunt ex urbe. Postero die, cum P. Cassius assedisset, et citati accusatores non adessent, exemptum nomen est de reis Cornelii. Cominii autem magna infamia flagraverunt vendidisse silentium magna pecunia.

Sequente deinde anno, L. Cotta, L. Torquato consulibus, quo haec oratio a Cicerone praetorio dicta est, cum prima pars M. Ma-

---

1. *M'. Lepido*] Man. Sigon. — *M. Lepido* ceteri.

3. *subscripsit*] *scripsit* Princ.

4. *Caius*] Sic (i. e. *C.*) editt. Asconii omnes. Sed apud Ciceronem pro A. Cluentio §. 100. dicitur *Lucius;* quod fortassis erat recipiendum, quum in edit. Princ. haud raro haec praenomina (*C.* et *L.*) sint confusa: ut in hoc eodem argumento supra exhibuit *L. Cornelius* et *L. Piso* pro *C. Cornelius* et *C. Piso.* Similem confusionem praenominum *Lucius* et *Cneius* aliquoties deprehendimus in commentario ad Milonianam, et in hoc ipso argumento, p. 91. Hot.

Ibid. *Et cum P.*] *et. P.* Princ. — *et cum L.* Man. Sigon.

Ibid. *praetor*] Ferratius Epist. I. 7. legendum proposuit *quaesitor.*

8. *perniciem vix effugerunt*] *pernitiem vix effugierunt* Princ.

9. *reo*] *rei* Cren. Graev. 10. *clausi*] *clauso* Princ. Ald.

11 *aedium profugerunt*] *edium profugierunt* Princ.

Ibid. *P. Cassius*] *L. Cassius* Man. Sigon.

14. *magna infamia flagraverunt vendidisse silentium*] „Rarius visum est loquendi genus, quo usus est Lentulus (in Cic. Epp. ad Fam. XII. 15. post med.) *magistratus veniebant in suspicionem detinuisse nos et demorati esse;* quamquam infinitivum tuetur Ciceronis locus (in Verr. IV. 13. 30.) *quum in suspicionem venissent suis civibus fanum expilasse Apollinis*, nominativum ratio locutionis; est enim *credor.* Sed eodem modo Asconius in argum. Mil. p. 146. *Pompeius et Sallustius in suspicione fuerunt in gratiam redisse cum Milone.* Adde Sueton. Iul. 9. Tiber. 12. Sed plane eiusdem rationis est locutio *infamia flagro fecisse* et *infamis sum fecisse;* illud Asconius dixit in argum. Corn. p. 93. [i. e. nostro loco], hoc ipse Asconio unius literae detractione restitui [p. 113.] Coniunctio haec infinitivi cum locutionibus passivis brevitatem habet; itaque apud argenteae aetatis scriptores in iis etiam verbis in usu est, quae apud antiquiores non fere passive ponebantur nisi impersonaliter: sic apud Tacit. *suspectus consilia fovisse* Hist. I. 46. et IV. 53. *suspectus bellum malle;* apud eundem Hist. I. 53. *compertus avertisse;* durius et plane ex Taciti more Ann. XIII. 35. *adnotatusque miles — ita praeriguisse manus* cet. sed ne illud quidem Cicero scripsisset, quod est Hist. IV. 40. *postquam cognitus est — confugisse*, etsi Ovidii et Livii similia sunt.' Eadem est passivi personaliter positi ratio apud Ovidium in *dubito* (*an dea sim*, *dubitor*), longius tamen progressus Tacit. Ann. XIV. 7. *ne auctor dubitaretur;* eodem modo idem dixit (Ann. XI. 29.) *Callistus, mihi narratus*, et (Ann. XII. 49.) *ne caeteri ex Peligno coniectarentur.*" MADV.

16. *a Cicerone praetorio*] Sigonius. — *a Cicerone praetore* ceteri. — „Abundare videtur *praetore;* nam Cicero praetor fuit Lepido et Tullo coss. anno proximo ante Cottae et Torquati consulatum, ut etiam Pedianus ipse paucis supra

nilius, qui iudicium per operarum duces turbaverat; deinde quod ex S. C. anno cos. . . . . praesidebant, et iudicio non respondisset . . . . atque esset damnatus, recreavisset . . . . iam accepta pecunia tollere ait . . . . Cornelium lege maiestatis. Res acta est magna exspectatione paucos ante me g⁰ . . . . Cornelius, perterritus Manilii exitu, ... in iudicium adhibuit, ut ne clamor quidem ullus ab advocatis eius oriretur.

Dixerunt in eum infesti testimonia principes civitatis, qui plurimum in senatu poterant, Q. Hortensius, Q. Catulus, Q. Metellus Pius, M. Lucullus, M'. Lepidus. Dixerunt autem hoc: vidisse se, cum Cornelius in tribunatu codicem pro Rostris ipse recitaret, quod ante Cornelium nemo fecisse existimaretur. Volebant videri, se iudicare eam rem magno opere ad crimen imminutae maiestatis tribuniciae pertinere, etenim prope tollebatur intercessio, si id tribunis permitteretur. Non poterat negare id factum esse ° Is eo confugit, ut diceret, non

---

versibus dixit." MANUT. „Satis apparet, cum anno ante Cicero praeturam gesserit *praetorio*, non *praetore*, esse legendum" SIGON. Conf. Pighium Annal. T. III. p. 317. — Manutii sententiam sequitur Madvigius.

Ibid. *cum prima pars*] *cum primum apparuisset* Sigonius.

1. *M. Manilius*] *M. Manlius* Lod. — *C. Manilius* Sigon.

Ibid. *deinde*] om. T. Popma Frisius.

2. *ex S. C. anno cos. * praesidebant*] Princ. Ald. Hot. Man. Cren. — *ex S. C. annonae cos. praesidebant* Berald. Lugd. — *ex S. C. annonae etiam coss. praesidebant* Lod. — „Malim ita legere [ut est in edit. Mediol.]: *ex S. C. consules aerario praesidebant. et iudicio;* hoc enim post etiam factum est a Pompeio consule in iudicio Milonis." SIGON. — *ex S. C. ambo coss. praesidebant* Popma. Graev.

3. *respondisset * atque*] *respondisset atque* (nulla lacuna notata) Berald. Lod. Sigon. Cren.

Ibid. *esset damnatus recreavisset*] *esse damnatus recreavisset* Berald. — *esse damnatus recusasset* Lod. ex Berald. margine. — *esset damnatus, reum decrevisset* Popma.

4. *ait ° Cornelium*] Lacunam neglexerunt Berald. Lod. Lugd. Sigon. Cren.

5. *exspectatione*] *expectatione* Princ. ubique.

6. *paucos ante me g⁰ ° Cornelius*] Princ. — *paucos ante me ergo * Cornelius* Ald. — *paucos ante me. ergo Cornelius* Berald. Lod. Lugd. Hot. Man. Cren. asteriscis in margine positis. — *paucos autem ergo Cornelius* Sigon. — Totum hunc locum sic edidit Popma: *Res acta est magna expectatione. Ergo Cornelius perterritus Manilii exitu paucos ante milites, in iudicium adhibuit* cet.

Ibid. *Manilii*] Princ. Berald. Man. — *Manlii* Ald. Lod. Lugd. Hot. Cren.

7. *exitu * in*] Lacunam neglexerunt Berald. Lod. Lugd. Sigon. Cren.

Ibid. *ullus*] Sigon. (e coniectura Manutii) Madv. — *illius* ceteri.

11. *M. Lucullus*] Man. Sigon. — *L. Lucullus* ceteri. Conf. pag. 107. Hot.

Ibid. *M'. Lepidus*] Man. Sigon. — *M. Lepidus* ceteri.

13. *existimaretur*] Ald. et seqq. — *estimaretur* Princ. *aestimaretur* Berald.

14. *maiestatis*] „An *potestatis?*" Orell.

Ibid. *tribuniciae*] *tribunitie* Prin.

15. *etenim*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *et cum* Pr. Ald. — *et quod* Berald. Lod.

Ibid. *si id tribunis permitteretur*] *sua tribunis promitteretur* Princ.

16. *Non poterat – confugit*] Sic mance Princ. Berald. Ald. Lod. — *Cicero, quia non poterat negare, id factum esse, eo confugit* Lugd. Hot. Man. Cren. — Ciceronis nomen excidisse certum est; quo loco reponendum sit, potest dubitari. Equidem inseruerim ante simillimas ei syllabas: *Is eo.*

ideo, quod lectus sit codex a tribuno, imminutam esse tribuniciam potestatem. Qua vero arte et scientia orationis, ita ut et dignitatem [94] clarissimorum civium, contra quos dicebat, non violaret, et tamen auctoritate eorum laedi reum non pateretur, quantaque moderatione rem tam difficilem aliis tractaverit, lectio ipsa declarabit. Adiumentum autem habuit, quod, sicut diximus, Cornelius praeter destrictum propositum adversus principum voluntatem caetera vita nihil fecerat, quod magno opere improbaretur; praeterea, quod et ipse Globulus, qui intercesserat, aderat Cornelio, et, quod ipsum quoque diximus, quod Cornelius Pompeii Magni quaestor fuerat apud duas . . . . praefecturas equitum Romanorum et tribuno . . . . et ex tertia quoque parte . . . . apud plerosque exceptis iis . . . . familiaris principum civitatis.

Res acta est magno conventu magnaque exspectatione, quis eventus iudicii futurus esset . . . . A summis viris dici testimo-

---

1. *non ideo quod*] Lod. et seqq. — *non video quod* Princ. Berald. — *non ideo quo si* Ald.

Ibid. *esse tribuniciam*] *esse in tribunitiam* Princ.

3. *et tamen*] Berald. Lod. Lugd. Hot. Cren. — *et tantum* Princ. Ald. — *tamen* (om. *et*) Man.

4. *laedi*] *ledi* Princ.

7. *destrictum propositum* cet.] „Ita *destrictus* apud Augusteae aetatis scriptores non dicitur, Claudii et Neronis aetate saepe. (Lexicis addi potest praeter Asconii locum *destrictum testimonium* ex Val. Max. VIII. 5, 2. Recte Asconii editio prima *destrictum* habet [*districtum* Lugd. Hot. Man. Cren.]; origo huius dicendi usus perspici potest ex Senec. de ira II. 10. cl. de benef. VI. 34. Extrema aetate *destrictio* pro *severitate* dicebatur; certe ita scripsit Cassiodorus.) Ipsum *propositi* vocabulum pro substantivo addito adiectivo positum aliquid novi habere videtur." MADV.

8. *praeterea quod et ipse*] Princ. Berald. Lod. — *praeterea et ipse* Ald. Lugd. Man. Sigon. — *praeterea quod ipse* Hot. Cren.

9. *qui intercesserat, aderat*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *qui . . . . serat aderat* Princ. Ald. — *qui aderat* Berald. Lod.

Ibid. *Cornelio et quod*] Hot. Cren. — *Cornelio quod* ceteri.

11. *duas * praefecturas*] Lacuna neglecta est a Berald. Lod. Lugd. Sigon. Cren. — „Inutilem corrigendi operam non sum tam ineptus, ut suscipiam. Tantum dico, Asconium non de *praefecturis* nescio quibus scripsisse, sed, quum iudices ex tribus decuriis essent, adnotasse, duas *decurias*, equitum et tribunorum, Cornelio, populari homini, non infestas fuisse." MADV.

Ibid. *Romanorum*] om. Lod.

12. *tribuno * et*] Princ. Ald. Hot. Man. — *tribuno, et* Berald. Lugd. — *tribunus et* Lod. — *tribunos et* Cren. — *tribunorum et* Sigon. — Legendum videtur *tribunorum aerariorum et* cet. Vid. ad pag. 115. Hot.

Ibid. *parte * apud*] Lacunam neglexerunt Berald. Lod. Lugd. Sigon. Cren.

13. *iis * familiaris*] Hiatum non indicarunt Berald. Lod. Lugd. Sigon. Cren. — „Nisi admodum fallor, Asconius patrem Cornelii, non Cornelium, significavit fuisse *familiarem principum civitatis*, ut nomen et commemoratio pluribus verbis comprehensa praeter alia interciderit inter *iis* et *familiaris*. Non paucorum verborum esse lacunas extremas huius loci, patet ex iis, quae bis respondent p. 93. ubi paene tota narratio de indicio Maniliano et reditus ad narrationem de Corneliano interiit." MADV. Conf. ad pag. 96. Hot.

14. *quis eventus*] *qui eventus* Berald. Lod.

15. *esset * A*] Princ. Ald. — *esset. A* ceteri.

nium . . . . et id, quod ei dicerent, confiteri animadvertebant. Exstat oratio Cominii accusatoris, quam sumere in manus est aliquod operae pretium, non solum propter Ciceronis orationes, quas pro Cornelio habemus, sed etiam propter semet ipsam. Cicero ipse significat quatriduo Cornelium defendisse; quas actiones contulisse eum in duas orationes apparet. Iudicium id exercuit Q. Gallius praetor.

ENARRATIO.

[95] VERS. A PRIMO CIRCITER. CLXI.

Postulatur me praetore primum de pecuniis repetundis. Prospectat videlicet Cominius, quid agatur. Videlicet homines foeneos in medium ad tentandum periculum proiectos.

Simulacra effigie hominum ex foeno fieri solebant, quibus obiectis ad spectaculum praebendum tauri irritarentur.

---

1. *dici testimanium * et*] *dicit estima* (tum spatium duodecim fere literarum) *et* Princ. — *dicit aestima * et* Ald. — *dicit aestimo et* Berald. Lod. — *dici testimanium et* Lugd. Hat. Man. Cren. 1. *ei*] *ii* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *canfiteri animadvertebant*] *confiteri reum animadvertebant* Lugd. Hot. Man. Cren. 2. *Exstat*] *Extat* Princ.

Ibid. *Caminii*] Orell. Madv. — *hominis* ceteri; absurde.

4. *semet ipsam*] *semetipsum* Princ. Berald. Lugd.

5. *defendisse, quas*] Lod. et seqq. — *defendit duas* Princ. Berald. — *defendisse duas* Ald.

6. *eum - apparet*] *cum - appareat* Princ. Ald.

Ibid. *Q. Gallins*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Q. Gallus* priores. „Rectius putavi *Q. Gallius.* vide paulum infra." MANUT.

7. *ENARRATIO*] om. Prine. Berald. — *Expositio* Lod. — *Initium expositionis* Ald. Lugd. Hot. Cren. — *Initium explanationis* Man.

8. om. Lod. Lugd. Hot. Man.

9. *me praetare*] Sie seripsi. — *a me praetare* Princ. Berald. Ald. Lod. — *apud me praetorem* Lugd. Hot. Man. Cren. — „Satis constat, Ciceronem priore anno praetorem quaesisse de pecuniis repetundis. auctor ipse in Cluentiana." SIGON.

10. *foeneos - - foeno*] *feneos - - feno* Princ.

11. *proiectos. Simulacra effigie hominum*] Sie scripsi. — *proiectus simulacra. Effigies hominum* Prine. Berald. — *praiectos, simulacra. Effigies hominum* Ald. Lod. (ut scilicet voc. *simulacra* Ciceront adseriberent) — *praiectas. Simulacra effigiesque hominum* Lugd. Hot. Man. Cren. — „In his fragmentorum editores non offendisse miror; [At offendit sane Andr. Patricius, qui ad h. l. videndus est.] nam neque obsoleta illa constructio Ciceroniana est neque in *videlicet*, neque in *scilicet*, neque hoc loco apta est sententia ita expressa, quum ad Cominium necessario oratio referri debeat, neque in his sententiis, quibus eadem res significatur, ita inter se coniungendis, orationis structura mutari potuit; in edit. l. est *praiectus;* Cicero, ut opinor, scripsit *proiicit*. Discedit hoc aliquantum a vetere scriptura. Sed omnino tenendum est, in prima editione, cuius solius testimonio uti possumus, vitiosissime descripta esse verba et in forma terminationeque saepe corruptissima, quorum errorum magna pars sine dubio non in ipso codice Sangallensi fuit." MADV. Eidem viro doctissimo verborum *simulacra effigies* alterutrum ab Asconio non esse videtur. Nos dempta una litera utrumque voc. servavimus. Similiter a Tacito Hist. II. 3. dicitur *simulacrum effigie humana*.

Quid? Metellus summa nobilitate ac virtute, cum bis iurasset, semel privatim. † privatim patre publice legis deiectus est ratione: an vi an veri . . . . suspitionem animi tollit . . . . virtus ac dignitas: et Q. Metelli . . . . adolescentia ad summam laudem omnibus rebus ornata.

Hoc exemplum affert hoc loco, quod vult probare, desistere eum debere ab accusatione: quamquam neque accusavit, neque fecit pactionem; nam Metellus et postulaverat Curionem et destiterat. Confugit autem orator ad Metelli nobilitatem et ad C. Curionis industriam, ut tegeret id, quod illi utilius quam honestius fecerant. Res autem tota se sic habet: in qua quidem illud primum explicandum est, de quo Metello hoc dicit. Fuerunt enim tunc plures Quinti Metelli, ex quibus duo consulares, Pius et Creticus, de quibus apparet eum non dicere, duo autem adolescentes, Nepos et Celer, ex quibus nunc Nepotem significat. Eius enim patrem, Q. Metellum Nepotem, Balearici filium, Macedonici nepotem, qui consul fuit cum T. Didio, Curio is, de quo loquitur, accusavit: isque Metellus moriens petiit ab hoc filio suo Metello, ut Curionem, accusatorem suum, accusaret, et id facturum esse iure iurando adegit. Metellus fecit reum Curionem; cumque interim quendam civem idem Metellus, servum suum esse contendens, vi arripuisset ac verberibus affecisset, Curio assertorem ei comparavit. [96]
Dein cum appareret, eum exitum iudicii illius futurum, ut liber is iudicaretur, quem Metellus verberibus affectum esse negare non poterat, inter Metellum et Curionem facta † pactione arbitrium de libertate peregere . . . . sed tamen ille in libertatem de quo ut neque Metellus perstaret in accusatione Curionis: eaque pactio ab

2—5. *privatim. privntim - - adolescentia*] Locum corruptum et mancum depinximus ex ed. Princ. — *privatiu privatiin patriae, publice legis deiectus est ratiane, an vi an veri * suspitionem animi tollit, virtus ac dignitas, et Q. Metelli adulescentia* Berald. — *privatim, privatus patria, publicae legis* (cetera ut Berald.) Lod. — *privatim * privatum parte publicae legis* (reliqua ut Princ.) Ald. — *privntim. Privutum parte publicae legis, deiectus est ratione, an vi an veri, suspicionem animi tollit C. Curionis virtus ac dignitas, et Q. Metelli adalescentia* Lugd. Hot. Man. (cum asteriscis in margine) — *privatim, iterum publice lege, deiectus est ratione, an vero? suspicionem enim tollit C. Curionis virtus ac dignitas, et Q. Metelli adolescentia* Sigon. — *privatim a patre, iterum publice, a lege coactus destitit accusatione. An vi? an veritnte? In quo suspicionem omnem tollit C. Curionis virtus ac dignitas, et Q. Metelli adolescentia* Creu. — Quod si cui haec lectionis varietas nondum sufficiat, alia etiam virorum doctorum commenta reperiet in editione Graevii.

5. *ornata*] Lugd. Hot Man. Creu. — *ornatum* priores.

8. *neque accusavit, neque fecit pactionem*] Sic scripsi. — *neque accusavit neque fecerit actionem* Princ. Berald. — *neque accusaverit neque fecerit actionem* Ald. Lod. — *neque accusaverit neque fecerit pactionem* Lugd. Hot. Man. Creu.

Ibid. *destiterat*] *desistere* Princ. 10. *tegeret*] Sic scripsi. On — *legeret* Edd.

15. *Q. Metellum Nepotem*] „Aut abundat *Nepotem*, aut falsum est, quod dixit Valerius Maximus [IX. 15.], huius Metelli filio, qui postea consulatum gessit cum P. Lentulo, Nepotis cognomen a moribus haesisse." MANUT.

Ibid. *Balearici*] *baliarici* Princ. 16. *Macedonici*] *macedoni* Princ.

20. *servum suum esse*] Princ. — *servum esse* ceteri.

24—26. *facta - - de quo ut neque*] Sic corrupte et mance Princ. — *facta pactione arbitrium de libertate peregere sed tamen ille in libertatem. De quo ut neque* Berald. Lod. (hic asterisco posito ante v. *ut*) — *facta pactione arbitrium*

utroque firmata est. Huc ergo illud pertinet, cum iurasse dixit semel privatim et iterum lege, tum scilicet, cum in Curionem calumniam iuravit. Cum hoc autem Metello postea Cicero simultates gessit; evasit enim Metellus malus atque improbus civis.

Legem, inquit, de libertinorum suffragiis Cornelius C. Manilio dedit. Quid est hoc, DEDIT? An tulit? an rogavit? an hortatus est? At tulisse ridiculum est, quasi legem aliquam aut ad scribendum difficilem aut ad excogitandum reconditam: quae lex paucis his annis non modo scripta, sed etiam lata esset.

P. Sulpicium in tribunatu hanc eandem legem significavimus tulisse. Tulit autem L. Sylla, qui postea Felix appellatus est, Q. Pompeio consulibus, ante XXIII. annos quam haec dicta sunt, cum per vim rem publicam possedisset, et ab initiis bonarum actionum ad perditas progressus esset: quod et initium bellorum civilium fuit, et propter quod ipse Sulpicius consulis armis iure oppressus esse visus est.

---

*de libertate pergere, sed tamen ille in ibertatem. de quo * neque* Ald. — *facta pactio est, ut neque arbitrium de libertate urgeret in Metellum Curio, neque* Lugd. Hot. Man. Cren. — „Locus integer et sanus sic legitur in impressis Manutii, restitutus modo esset ex vetere aliquo manuscripto, et lector in scholiis admonitus. Meus antiquus: *Peregerunt * sed tamen ille in libertatem, de qua neque Met. perstaret.*" HOT. Tu vero, Hotomane, vir religiosissime, nihil unquam in hisce commentariis nisi monito lectore immutasti!

1. *firmata*] *iuramento firmata* Hot. Cren. barbare.

Ibid. *Huc*] *hoc* Princ. Berald.

2. *iterum lege, tum scilicet, cum*] Sigonius — *iterum legatum, scilicet cum* ceteri. — *iterum lege coactum* legendum putavit T. Popma.

Ibid. *calumniam*] *per calumniam* Berald. Lod. Logd.

5. *C. Manilio*] Sigon. ex coni. P. Manutii in ed. postr. — *cum Mallio* Princ. Berald. Ald. — *cum Manlio* Lod. Lugd. Hot. — *cum Manilio* Man. Cren.

7. *At tulisse ridiculum est*] Sic scripsi. — *an tulisse ridiculum est* Princ. Berald. Ald. — *nam tulisse ridiculum est* Lugd. Hot. Man. Cren. — om. Lod. — *nam dedisse* Sigon. e coniectura Manutii. — „Vereor, ne in verbo *tulisse* mendum sit. Interdum ex his, quae sequuntur, cepi coniecturam, reponi posse, *scripsisse.*" MANUT. in ed. postr. — „Crimini Cornelio dabatur, quod Manilio legem illam dedisset; quaerit Cicero, quid haec vox sibi velit; iam *tulit* ineptum esse, apparet; nam tulisse conveniebat Manilium: utrum sua sponte, an a Cornelio impulsus esset, quaerebatur; deinde *nam* alienum est in primo membro refutationis; incipit enim Cicero singulatim ostendere, nihil eorum, quae illo verbo significarentur, in Cornelium cadere: et in ed. I. est *an tulisse;* apparet utroque loco esse mendum, legendumque esse: *Quid est hoc, DEDIT? Attulit? an rogavit? an hortatus est? Attulisse ridiculum est cet.*" MADV.

8. *reconditam*] *recognitam* Princ. Berald.

11. *legem significavimus tulisse. Tulit autem*] Sic scripsi. — *legem significabimus. Tulit autem* Princ. Berald. — *legem tulisse significavimus. Tulit autem* Ald. Lod. Lugd. Hot. Man. Sigon. — *legem tulisse significavit. tulit autem* Cren.

Ibid. *Felix*] *foelix* Princ.

Ibid. *appellatus est*] Madvigius. — *appellatus* (om. *est*) ceteri.

Ibid. *Q. Pompeio*] *Q. Metello* Lod. contra historiae fidem (vid. Liv. epit. LXXVII.) id tantummodo secutus, ut sedecim anni intersint inter hanc orationem habitam et illum consulatum. Nos mendum in numero annorum inesse arbitrati sumus.

12. *ante XXIII. annos*] Man. Sigon. — *ante XVI. annos* ceteri.

13. *possedisset, et ab*] Lod. — *possideret et ab* Berald. — *possedisset ab* ceteri.

14. *esset*] om. Lugd. Hot. Man. Cren.

15. *consulis armis iure*] Sigon. — *cos. armis ire* Princ. Ald. Hot. Man. (hae tres asterisco addito) — *cos. armis irae* Berald. Lod. Lugd. — *cos. armis*

In quo cum multa reprehensa sint, tum in primis celeritas actionis.

Celeritatem actionis significat, quia Manilius, sicut iam ostendimus, post pauculos statim dies, quam inierat tribunatum, legem eandem Compitalibus pertulit.

Petivit tamen a me pater maxima contestatione, ut causam Manilii defenderem.

† Cattium Celsum significat, sicut iam ante dictum est.

VERS. A PRIMO DCCCCL. [97]

Dicit de eodem Manilii tribunatu:

Nam cum is tribunus plebis duas leges tulisset in eo magistratu, unam perniciosam, alteram egregiam, † quod summa res publica non haesit: sed ab illo ipsa tr. abiectum est bonum autem quod summa respu. manet in vestri ordina . . . . dis . . . . . . fuit.

---

mire * Cren. — „Carolus Sigonius legendom putat *consulis armis iure*, ut de L. Sylla consule accipiator." MANUT. in edit. postr. — Gellius Alostanus, teste T. Popma, buoc locum sio restituendum censuit: *Armis Syllae oppressus esse visus est.* — „*Ire* est etiam in meo MS. Lege sine dubio: *iure oppressus;* quae erat solemnis formula. Sueton. Iul. 76. *praegravant tamen cetera facta* cet. *ut iure caesus existimetur.*" GRAEV.

1. *sint*] *sunt* Sigon.

2. *quia*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ut* Princ. Ald. — *quod* Berald. Lod.

Ibid. *Manilius*] *Manlius* Lod. ubique.

3. *legem*] *egem* Princ.

5. *pater*] Prioc. probante Madviglo. — *praetor* Berald. Ald. Lod. — *praetore* Lngd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *contestatione*] Ald. et seqq. — *constitutione* Princ. Berald.

7. *Cattium Celsum*] *C. Cornelium* Lngd. Hot. Man. Cren. „Falsa haec esse apparet; Cornelium enim significari, de quo ipse Cicero narrabat, Asconius sane non notasset; et quo spectant illa *sicut* cet.? Nam h. l. Cornelium sigoificari, neqne ante dixerat, neque dicere potnerat. Scilicet Cicero h. l. alium aliquem hominem nomine non posito significavit, qui quis esset, Asconios aotea dixit. Optime igitur editio I: *Petivit tamen a me PATER;* deinde *cattium celsum significat;* scribendnm videtur *C. Attium Celsum*, ut boc fuerit Cornelii patris nomeo, qui quom a Cicerone vehementer petisset, ut Manilium defeoderet, accusatores ex eo apparere criminabaotur, Cornelium Manilii actionum participem fuisse. De boc Asconius antea dixit, nisi admodum fallor, in lacuna illa pag. 94. Hot." MADV.

8. om. Lod. Lngd. 10. *is*] *hic* Sigon.

11. *perniciosam*] *pernitiosam* Princ. ubiqne.

11—13. *quod - - - fuit.*] Princ. — *quod summa res publica non haesit, sed ab illo ipso tr. abiectum est, bonum autem quod summa respu. manet in vestri ordinis manu fuit.* Berald. — *quod summa republica non haesit, sed ab illo ipso tri. abiectum est, bonum autem quod summa rep. manet in vestri ordini * fuit.* Ald. Hot. Man. — *quod summa rep. non haesit, sed ab illo ipso trib. abiectum est, bonum autem quod summa republica manet, in vestri ordinis manu fuit.* Lod. Lugd. — *quod summa republica non haesit, id ab illo ipso tribuno abiectum est; bonum autem, quod summa republica manet, id extra ordinem fuit.* Sigoo. — *quod summam remp. laesit, id ab ipso tribuno abiectum est. bonum autem in summa rep. manet* (ceteris omissis). Cren. conf. Madv. p. 53. sq. — *quod summam rem publicam laesit, id a tribuno abiectum est. Bonum autem ab illo ipso, qnod summa res publica manet, in vestri ordina . . . . dis fuit.* Fragm. edit. Orell. in qua lectione verba *ab illo ipso* invito Orellio sedem mutasse videntur, quae iis est ante v. *tribuno*. — „Io MS. meo sio legitur bie locus: *quod summa rep. non haesit, id ab ipso tribuno abiectum est: domum autem quod summa rep. in nostra ordinatione.*" GRAEV.

Dictum est etiam supra de bis legibus: quarum nna de libertinorum suffragiis, quae cum senatus consulto damnata esset, ab ipso quoque Manilio. † altera defensa est. altera de bello Mithridatico Cn. Pompeio extra ordinem mandando, ex qua lege tum Magnus Pompeius bellum gerebat.

Dicit de disturbato iudicio Maniliano:

Aliis ille in illum furorem magnis hominibus auctoribus impulsus est, qui aliquod institui exemplum disturbandorum iudiciornm perniciosissimum, temporibns suis accommodatissimum, meis alienissimum rationibus, cupierunt.

L. Catilinam et Cn. Pisonem videtur significare. Fuit autem Catilina patricius, et eodem illo tempore erat reus repetundarum, cum provinciam Africam obtinuisset, et consulatus candidatum se ostendisset. Accusator erat eius P. Clodius, adolescens ipse quoque perditus, qui postea cum Cicerone inimicitias gessit. Cn. quoque Piso, adolescens potens et turbulentus, familiaris erat Catilinae omniumque consiliorum eius particeps et turbarum auctor.

VERS. CIRC. ∞XI.

Possum dicere, hominem summa prudentia clarum C. Cottam de suis legibus abrogandis ipsum ad senatum retulisse.

Hic est Cotta, de quo iam saepe diximus, magnus orator habitus et compar in ea gloria P. Sulpicio et C. Caesari. Videntur autem
[98] in rebus parvis fuisse leges illae, quas cum tulisset, retulit de iis abrogandis ad senatum; nam neque apud Salustium neque apud Livium neque apud Fenestellam ullius alterius latae ab eo legis mentio, praeter eam, quam in concione . . . . nobilitate magno populi studio ut his . . . . fuissent. Alios quoque magistratus . . . . aliter et quod lex dictatore L. Sylla paucis . . . . . . lata perhibebant: neque eam Cottae legem abrogatam esse significat.

---

1. *Dictum est etiam*] om. Lugd. Mao. Sigon. — *Dictum est enim* Hoi. Cren. Ibid. *supra de his legibus, quarum una de lib.*] Logd. Hot. Man. Cren. — *supradictis legibus quas nunc de lib.* priores.

3. *Manilio. altera defensa est. altera de bello*] Sic corrupte Prioc. — *Manlio, altera defensa est, altera de bello* Ald. — *Manilio defensa est, altera de bello* Berald. — *Manlio, altera defensio est: altera de bello* Lod. — *Manilio abiecta est: altera de bello* Lugd. Man. Sigoo. — *Manilio abiecta est: altera autem defensa est de bello* Hoi. Creo.

Ibid. *Mithridatico*] *mitridatico* Princ. 4. *tum*] *cum* Prine. Berald.

6. *Maniliano*] Prioc. Man. Cren. — *Manilio* Berald. — *Manliano* Ald. Lod. Lugd. Hoi. 7. *auctoribus*] *auctoris* Princ.

8. *institui*] Lugd. Hoi. Man. Cren. — *instituit* priores.

9. *perniciosissimum*] „Aliqoid deesse existimo: fortassis sic: *reip. perniciosissimum.*" PATRIC. Ibid. *meis*] Lugd. Hot. Mao. Cren. — *eis* priores.

15. *Piso*] Lod. et seqq. — *ipse* Prioc. Berald. Ald.

18. *VERS. CIRC. ∞XI*] Man. Sigon. — *VER. CIR. SXI.* Princ. Berald. Aid. Hoi. — *VERSU CIR. CXI.* Cren. — om. Lod. Lugd.

19. *clarum*] Lugd. Hoi. Man. Cren. — *captum* Princ. Berald. Ald. — *praeditum* (e marg. Berald.) Lod.

24. *abrogandis*] *abregandis* Prioc. 25. *latae*] *late* Prioc.

26—29. *quam in - - - lata perhibebant*] Sic Princ. Ald. — *quam in contione tulit nobilissima magno populi studio, ut his fuissent. Alios quoque ma-*

SEQUITUR.

Possum et eiusdem Cottae legem de iudiciis privatis anno post, quam lata sit, a fratre eius [abrogatam].

M. Cottam significat. Fuerunt autem tres: duo hi, Caius et Marcus; tertius L. Cotta, qui lege sua iudicia inter tres ordines communicavit, senatum, equites, tribunos aerarios; adeptique sunt omnes consulatum.

STATIM.

Legem Licinium et Muciam de civibus regundis video constare inter omnes, quam duo consules omnium, quos vidimus, sapientissimi tulissent, non modo inutilem sed perniciosam rei publicae fuisse.

L. Licinium Crassum oratorem et Q. Mucium Scaevolam Pontificem Maximum eundemque et oratorem et iuris consultum significat. Hi enim legem eam, de qua loquitur, de regendis in sua civitate sociis, in suo consulatu tulerunt. Cum summa cupiditate civitatis Romanae Italici populi tenerentur et ob id magna pars eorum pro civibus Romanis se gereret, necessaria lex visa est, ut in suae quisque civitatis ius redigeretur. Verum ea lege ita alienati animi sunt principum Italicorum populorum, ut ea vel maxima causa belli Italici, quod post [99] triennium exortum est, fuerit.

Quatuor omnino genera sunt, iudices, in quibus per senatum more maiorum statuatur aliquid de legibus. Unum est eius modi, placere legem abrogari: ut Q. Caecilio, M. Iunio consulibus, quae leges rem militarem impedirent, ut abrogarentur.

---

gistratus aliter, et quod lex dictatore L. Sylla paucis lata perhibebatur Berald. ei (nisi quod apud hunc est *perhibebant*) Lod. — *quam in concione * nobilitate magno* (*quam in concione tulit magno* Lugd.) *populi studio, ut iis, qui tribuni pl. fuissent, alios quoque magistratus capere liceret. quod lex a dictatore L. Sylla paucis ante annis lata prohibebat* Lugd. Man. — *quam in concione tulit invita nobilitate* (reliqua ut Man.) Sigon. ex Manutii coniectura. — *quam in concione tulit repugnante nobilitate* (cetera ut Man.) Hot Cren. — „Ridiculum est *in concione tulit.* In huiusmodi loco vocabulum quoque concionis corruptum diei, nemo mirabitur; videtur fuisse *in consulatu.*" MADV.

1. om. Lod. Lugd.

2. *et eiusdem*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *et eius* priores.

3. *abragatam*] add. de Manutii coniectura Sigon. Cren.

4. *M. Cattam*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Cottam* (omisso praenomine) priores.

Ibid. *duo hi C. et M. tertius*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *duo hic. M. tertius* Princ. — *duo hi et tertius* Berald. Lod. — *duo hi et M. tertius* Ald.

8. om. Lod. Lugd.

9. *Muciam de*] *Mutiam quod* (hoc per comp.) Princ.

Ibid. *video constare inter omnes*] Haec post verbum *tulissent* posuerunt Hot. Cren., et Fulvius Ursinus ita legi hunc locum in manuscripto codice testatur. Attamen malim, ordine verborum servato, pro relativo *quam* legi coniunctionem *quum*, i. e. licet.

11. *rei publicae*] *Ro. Po.* (i. e. *Romano populo*) Ald.

12. *L. Licinium*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *P. Licinium* priores.

14. *de regendis in sua civitate*] „Videndum anne rectius, *de redigendis in suas civitates.*" PIGHIUS Ann. T. III. p. 196.

15. *Cum summa*] *cum enim summa* Lugd. Hot. Man. Cren. — Malim *cum s.* (i. e. *scilicet*) *summa.* 20. *exortum*] *excitatum* Sigon.

23. *abrogari*] *abrogare* Princ. Ald.

Ibid. *M. Iunio*] Lod. et seqq. — *M. Emilia* priores.

24. *impedirent, ut abrogarentur*] *impedirent, abrogarentur* (om. *ut*) Lod.

Q. Caecilius Metellus Numidicus, M. Iunius Silanus, de quibus facit mentionem, consules fuerunt bello Cimbrico, quod diu prave simul et infeliciter gestum est. Atque ipse quoque hic Iunius male rem adversus Cimbros gessit, ac . . . . plures leges, quae per eos annos, quibus haec † significabantur, populo latae erant, quibus militiae stipendia minuebantur, abrogavit.

Alterum, quae lex lata esse dicatur, ea non videri populum teneri: ut L. Marcio, Sex. Iulio coss. de legibus Liviis.

Puto vos reminisci, has esse leges Livias, quas illis consulibus M. Livius Drusus, tribunus plebis, tulerit. Qui cum senatus partes tuendas suscepisset et leges pro optimatibus tulisset, postea eo licentiae est progressus, ut nullum in his morem servaret. Itaque Philippus consul, qui ei inimicus erat, obtinuit a senatu, ut leges eius omnes uno senatus consulto tollerentur. Decretum est enim, contra auspicia esse latas, neque iis teneri populum.

Tertium est de legum derogationibus. Quo de genere persaepe senatus consulta fiunt, ut nuper de ipsa lege Calpurnia, cui derogaretur.

Lex haec Calpurnia de ambitu erat. Tulerat eam ante biennium C. Calpurnius Piso consul, in qua praeter alias poenas pecuniaria quoque poena erat adiecta.

P. Africanus ille superior dicitur non solum a sapientissimis hominibus, qui tum erant, verum etiam a se ipso saepe accusatus esse, quod, cum consul esset cum Ti. Longo, passus esset tum primum a populari consessu senatoria subsellia separari.

---

1. *Q. Caecilius Metellus Numidicus*] Lod. et seqq. — *Q. Cecilius numidicus Metellus* Princ. Berald.

Ibid. *Silanus*] Man. Sigon. — *Silvius* Princ. Berald. Ald. — *Syllanus* ceteri.

4. *gessit, ac * plures*] Princ. — *gessit, plures* Berald. — *gessit ac plures* ceteri.

5. *significabantur*] Princ. Berald. Ald. — *gerebantur* Lod. Lugd. Man. Sigon. — *sic gerebantur* Hot. Cren. (F. *quibus haec minitabantur populo, latae e.* Or.)

7. *Alterum, quae*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Quantumque* priores.

8. *Liviis - - Livias*] Lugd Hot. Man. Cren. — *Iuniis - - Iunias* priores.

10. *M. Livius Drusus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *M. Lubilius Drursus* Princ. Berald. Ald. — *M. Lubilius Drusus* Lod.

11. *optimatibus*] *opinatibus* Princ.

Ibid. *eo licentiae*] Lod. et seqq. — *ea licentia* Princ. Berald. Ald.

14. *auspicia*] *auspitia* Princ. 15. *iis*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *his* priores.

16. *derogationibus*] Man. Sigon. — *abrogationibus* ceteri. — „Cicero posuerat, quattuor esse genera, in quibus senatus aliquid de legibus statueret; ex his unum erat de legibus abrogandis, de quo iam dixit. Adparet hominem indoctum, quum, de qua re ageretur, notare vellet, nec satis rem teneret, illa *de legum abrogationibus* addidisse, quum Cicero scripsisset, Asconius excerpsisset: *Tertium est, de quo genere* cet. Extremam huius fragmenti partem vitiosam esse patet; sanare non possum." MADV. 17. *fiunt*] *fuerunt* Princ. Berald.

17. *Calpurnia*] *Calphurnia* Princ. hic et in proximis versibus.

Ibid. *cui*] Lambin. in Fragm. Cic. — *quae* ceteri.

20. *poenas - - poena*] *penas - - paena* Princ.

22. *dicitur - - acc. esse*] Sic scripsi. — *dicitur - - acc. est* Princ. Berald. — *ut dicitur - - acc. est* Ceteri.

24. *Ti. Longo*] Man. Sigon. — *T. Longo* ceteri.

25. *tum primum a*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *tamen plurima* Princ. — *tum plurimum* Berald. — *tum plurima* Ald. Lod.

Hoc factum est secundo consulatu Scipionis, post septimum annum, quam Carthaginiensibus bello secundo data est pax. Factum id esse [100] autem Antias tradidit ludis Romanis, quos fecerunt aediles curules C. Atilius Serranus, L. Scribonius Libo, et id eos fecisse iussu censorum Sex. Aelii Paeti, C. Cornelii Cethegi. Et videtur in hac oratione hunc quidem auctorem secutus Cicero dixisse, passum esse Scipionem, secerni a caetero consessu spectacula senatorum. In ea autem, quam post aliquot annos habuit de aruspicum responso, non passum esse Scipionem, sed ipsum auctorem fuisse dandi eum locum senatoribus, videtur significare. Verba eius haec sunt: *Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri maiores ante templum Matris Magnae fieri celebrarique voluerunt? quibus primum ludis ante populi consessum senatui locum P. Africanus II. cos.* ° et collega eius Sempronio Longo hoc tributum esse senatui scribit, sed sine mentione Megalesium (aediles enim eos ludos facere soliti erant) votivis ludis factum tradit, quos Scipio et Longus consules fecerint. Non praeterire autem vos volo, esse oratoriae calliditatis [ius], ut, cum opus est, eisdem rebus ab utraque parte vel a contrariis utantur. Nam cum secundum Ciceronis opinionem auctore Scipione consule

---

2. *Carthaginiensibus*] *cartaginensibus* Princ.
Ibid. *data*] *dicta* Ald. Lod. Man.
4. *C. Atilius Serranus, L. Scrib*] Man. — *C. Atilius, L. Scrib.* Sigon. — *Atilius Serranus, T. Scrib.* ceteri. — Conf. Livius XXXIV. 54.
Ibid. *Libo, et id eos*] Sic scripsi. — *libo . . cideos* Princ. — *Libo: id eos* ceteri.
Ibid. *fecisse iussu censorum*] Lod. et seqq. — *fecisse ius censorum* Princ. Ald. — *fecisse ius censorium* Berald.
5. *Sex. Aelii Paeti*] Lugd. Hot. Man. Creo. — *sex aeli leti* Princ. — *Sex. Ae. Laeti* Berald. — *Sex. Aelii Leti* Ald. — *Sex. Aelii Laeti* Lod.
Ibid. *Cethegi*] *cetegi* Princ. 6. *secutus*] *secutum* Princ. Ald.
11. *ante templum Matris Magnae fieri*] *ante templum Matris Mngnae in ipso conspectu Megalensibus fieri* Lod. — *ante templum, in ipso Matris magnae conspectu, Megalensibus fieri* editt. Ciceronis.
12. *voluerunt? quibus primum ludis*] *voluerunt? qui sunt more institutisque maxime casti, sollemnes, religiosi; quibus ludis primum* Cic. editt.
13. *consessum*] *concessum* Hot. Cren.
14. *II. cos. et collega eius Sempronio Longo hoc tributum*] Prine. (in qua tamen scribitur *colla* pro *collega*) Berald. — *II. cos. et collega eius Sempronius Longus, hoc tributum* Ald. Lugd. Hot. Cren. — *II. cos. ille maior dedit, et collega eius Sempronius Longus. Hoc tributum* Lod. — *II. cos. ille maiar dedit.* ° *hoc tributum* Man. Sigon. — „Locum mancum esse, Marklandus (praef. ad IV. oratt. Cic. pag. LXX. sq. Wolf.) verissime vidit, et excidisse finem loci Ciceronis ab Asconio laudati, verbis autem *hoc tributum esse senatui* cet. ab Asconio alius scriptoris sententiam exponi. — Ablativus satis lacunam prodit, ortam ex eo, qood librarius a priore commemoratione P. Africani ad alteram aberravit. Aliae in bis ludis turbae apud Livium; vid. Duk. ad XXXIV. 54, 3. Lange Vindic. Tragoed. Rom." MADV.
15. *Megalesium*] *Megalensium* Berald. Lod. Cren.
16. *fecerint*] *fecerunt* Hot. Cren. 17. *calliditatis*] *caliditatis* Princ.
17. *ius*] om. Lugd. Hot. Man. Cren.
18. *cum opus est*] Sic scripsi. — *cum opus esset* Princ. Ald. — *cum opus sit* ceteri.
Ibid. *vel a contrariis*] *vel contrariis* Berald. Lod.
Ibid. *utantur*] *utatur* Berald.

aediles secretum ante omnes locum spectandi senatoribus dederint, eodem illo facto Scipionis in hac quidem oratione, quia causa popularis erat, premebaturque senatus auctoritate, atque ob id dignitatem eius ordinis quam possit maxime elevari causae expediebat, poenituisse ait Scipionem, quod passus esset id fieri; in ea oratione de aruspicum responso, quia in senatu habebatur, cuius auribus erat blandiendum, et magnopere illum laudat, et non auctorem fuisse dandi (nam id erat levius), sed ipsum etiam dedisse dicit.

[161] CIRCA MEDIUM.

Quo loco numerat, cum lex feratur, quot loca intercessionis sunt, † iubeat dicere. *Est utique ius vetandi, cum ea feratur, quamdiu .... ferundi transferuntur, id est .... lex; dum privati dicunt; dum .... dum cistella defertur; dum aequantur sortes; dum sortitio fit: et si qua sunt alia huius generis.* alia populus confusus ut semper alia: ita et in contione. id peractis, cum id solum superest, ut populus sententiam ferat. iubet enim is, qui fert legem, dicere: quod verbum non hoc significat, quod in communi consuetudine erat, de eo loco, ubi lex fertur: sed in suam quisque tribum descendat, in qua est suffragium laturus.

---

1. *omnes*] *omnis* Princ. Berald. 4. An *posset?* Or. Ib. *elevari*] *elabari* Pr. Ibid. *poenituisse*] *penituisse* Princ.

5. *oratione*] om. Lugd. Man. Sigon. — Malim supponi particulam adversativam *vero* vel *contra*. 9. om. Lod. Lugd.

10. *Quo loco - - dicere*] om. Lod.

10 — 19. Totum hunc locum nimis corruptum, quam ut eum integritati restitui posse putandum sit, ne una quidem litera mutata dedimus sic ut legitur in Princ. Accurate autem adnotavimus, qui Asconii editores et quomodo a lectione editionis princ. deflexerint. 10. *numerat*] *numerant* Hot.

11. *iubeat dicere*] *iubet dicere* Cren. — *iubeat discedere* Sigon. „Verba haec manca esse et corrupta puto, legenda autem ita esse: *Quo loco numerat, cum lex feratur, quot loca intercessionis sunt, antequam, qui legem fert, populum iubeat discedere.*" SIGON. 11. *ius*] *vis* Sigon.

12. *quam diu * ferundi transferuntur, id est * lex dum*] *quamdiu ferundi * transferuntur dum* Sigon. — *quamdiu non perfertur: quamdiu qui suffragii ferundi causa conveniunt, huc et illuc transferuntur, dum* Cren. Conf. Madvig. p. 54 — „Sustuli duas voces, *id est lex;* quae videntur in albo libri posita fuisse eis vocibus declarandis, *cum ea feratur*, et locum hunc, per se satis mendosum, mendosiorem reddunt; illa autem, *quam-diu ferundi transferuntur*, hoc significant: quamdiu ferundi suffragii caussa in tribus suas transferuntur." SIGON.

12. *dum * dum cistella defertur*] *dum cistellam deferunt* Berald. — *dum * dum sitella defertur* Ald. Man. — *dum sitella defertur* Lod. Lugd. Hot. Sigon. — *dum tabellae diribentur; dum sitella defertur* Cren.

14. *alia huius generis*] *huius generis alia* Lugd. Hot. Man. Cren.

15. *alia populus — in concione*] om. Lugd. Hot. Man. Cren. — *alia populus confusus, ut semper alias, ita et in contione* Berald. Lod.

Ibid. *id*] *iis* Ald. et seqq.

16. *iubet enim is*] *iubet unumquemque is* Lugd. Hot. Man. Cren.

18. *erat*] *est* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *sed in*] *sed ut in* Berald. Lod.

19. *descendat*] *discedat* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *laturus*] *laturus. populus enim confusus, ut semper alias, ita et in concione* Lugd. Hot. Man. Cren. huc transpositis iis, quae in Princ. ante aliquot versus leguntur. „At vix Asconius a verbis *his peractis* adnotationem orsus est." MADV.

PAULO POST.

Unum tamen, quod hoc ipso tribuno plebis factum est, praetermittendum non videtur. Neque enim maius est legere codicem, cum intercedatur, quam sitellam ipsam cum ipso intercessore deferre, nec gravius, incipere ferre, quam perferre, nec vehementius, ostendere se laturum invito collega, quam ipsi collegae magistratum abrogare, nec criminosius, tribus ad legem accipiendam, quam ad collegam reddendum privatum intro vocare: quae vir fortis, huius collega, Aulus Gabinius in re optima fecit omnia; neque, cum salutem populo Romano atque omnibus gentibus finem diuturnae [cupiditatis], turpitudinis et servitutis afferret, passus est, plus unius collegae sui, quam universae civitatis, vocem valere et voluntatem.

Manifestum est, de ea lege Ciceronem nunc dicere, qua Cn. Pompeio bellum adversus piratas datum est. L. autem Trebellius est tribunus plebis, quem non nominat: quo perseverante intercedere (nam senatui promiserat, moriturum se ante, quam illa lex perferretur), [102] intro vocare tribus Gabinius coepit, ut Trebellio magistratum abrogaret, sicut quondam Ti. Gracchus tribunus M. Octavio collegae suo magistratum abrogavit. Et aliquamdiu Trebellius ea re non perterritus aderat, perstabatque in intercessione, quod † damnari magis quam perseveraturum esse Gabinium arbitrabatur; sed postquam VII. et X.

---

1. om. Lod. Lugd.

2. *tamen*] Ald. et seqq. — *tantum* Princ. Berald.

Ibid. *hoc*] om. Lod. 7. *abrogare*] *derogare* Cren.

8. *privatum*] *privatim* Cren. 9. *Aulus*] *aut* Princ.

11. *cupiditatis*] *captivitatis* Hot. Man. Cren. — „Vocabulum *captivitatis* apud Senecam demum et Tacitum reperitur, coniungendumque fuit cum *servitutis* nomine, non cum *turpitudinis*; in edit. I. est *cupiditatis*; verum nullam similem vocem puto reperiri posse, quae hoc loco apte addatur; satis est, turpitudinem et servitutem memorari; sed omnino eiiciendum illud vocabulum esse, patet ex eo, quod Ciceronis dicendi morem corrumpit, tribus vocabulis ita coniunctis, ut extremum particula *et* adnectatur; vid. epist. nostr. ad Orell. p. 39. sq. Animadvertendum est autem hoc tum non fieri, quum res eodem, ut ita dicam, ordine, simpliciter et ἐκ παραλλήλου coniunguntur. — Itaque non dubito, quin Cicero *finem diuturnae turpitudinis et servitutis* scripserit; Manutium autem hactenus verum vidisse puto ut id eum vocabulum restituisse credam, quod ad *servitutis* adscriptum esset." MADV.

15. *Trebellius est tribunus*] Deerat *est*, quod addidimus, ne claudicaret enunciatio. Conf. ad p. 91. pag. 96. pag. 147. pag. 149. Hot.

16. *non*] add. Hot. Man. Cren.

17. *senatui*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *senatus* Princ. — *senatus* Berald. Ald. Lod.

Ibid. *perferretur*] Lod. et seqq. — *proferretur* Princ. (prima syllaba per compend.) Berald. Ald.

18. *abrogaret*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *abrogarent* priores.

19. *Ti. Gracchus*] Man. Sigon. — *C. Gracchus* Princ. Berald. Ald. Lod. — *T. Gracchus* Lugd. Hot. Cren.

Ibid. *collegae*] *colle* Princ.

20. *non perterritus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *perterritus non* priores.

21. *damnari*] *omnia* Hot. Man. Cren. (Malim: *minari*. Or.)

22. *VII. et X.* Princ. Berald. — *X. et VII.* Ald. Lod. Lugd. Hot. Man. Cren. — *XVII.* Sigon.

tribus rogationem acceperunt, et una mens esset, ut † modo superat populi iussum conficeret, remisit intercessionem Trebellius: atque ita legem Gabinius de piratis persequendis pertulit.

At enim de corrigenda lege retulerunt.

Diximus iam in principio, Cornelium primo legem promulgasse, ne quis per senatum lege solveretur, [deinde] tulisse, ut tum denique de ea re senatus consultum fieret, cum adessent in senatu non minus CC. Haec est illa, quam appellat, correctio.

Iidem, nisi haec ipsa lex, quam C. Cornelius tulit, obstitisset, decrevissent id, quod palam iam isti defensores iudiciorum pugnaverunt, senatui non placere, id iudicium de Sullae bonis fieri. Quam ego causam longe aliter praetor in concione defendi, cum id dicerem, quod idem iudices postea statuerunt, iudicium aequiore tempore fieri oportere.

Quia defuerat superioribus temporibus in aerario pecunia publica, multa et saepe eius rei remedia erant quaesita, in quibus hoc quoque, ut pecuniae publicae, quae residuae apud quemque essent, exigerentur. Id autem maxime pertinebat ad Cornelium Faustum, dictatoris filium, quia Sylla per multos annos, quibus exercitibus praefuerat et rem publicam tenuerat, sumpserat pecunias ex vectigalibus et ex aerario populi Romani, eaque res saepe erat agitata, saepe omissa, partim propter Syllanarum partium [metum], partim quod iniquum videbatur, post tot

---

1. *esset, ut modo superat populi iussum conficeret*] Sic corrupte Princ. — *esset ut populi iussum conficeret* Berald. Ald. Lod. — *esset populi, qui supererat, ut iussum conficeret* Hot. Man. Cren. — *esset populi, ut iussum conficeret* Lugd. Sigon. 6. *deinde*] om. Princ. Berald. Ald. Lod.

8. *cum adessent in senatu non minus CC. Haec est illa*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *cum adessent in senatu non minus et haec et illa* Princ. — *cum adessent in senatu non minus * et haec est illa* Ald. — *cum adesset populus in senatu non minus et haec est illa* Berald. — *cum adesset populus, in senatu non minus CC. et haec est illa* Lod. — „*Non minus CC* putavi legendum esse: cum de eadem Cornelii lege memoria tenerem. quod supra [pag. 92.] scriptum est his verbis: *Cornelius ita ferre rursus coepit, ne quis in senatu legibus solveretur. nisi CC. affuissent.*" MANUT.

8. *correctio*] *correctionem* Berald. Lod.

9. *Iidem, nisi haec - - decrevissent*] Madvigius. — *Idem haec - - decrevissem* Princ. Berald. — *Idem nisi haec - - decrevissem* ceteri. „Etsi difficile est in fragmentis de iis, quae ad totam orationis perpetuitatem pertinent, aliquid statuere, hic tamen clarissime patet, sententiam Ciceronis corruptam esse. Et *nisi* quidem, etsi in edit. I. deest, recte sane additum esse, tota sententiae conformatio declarat, nec infrequentes huiusmodi vocabulorum, maxime particularum, omissiones in ea edit. sunt. Sed neque recte Cornelii patronus se, quo minus id, quod vellet, decerneret, Cornelii lege impeditum dicit, neque Cicero id se decreturum fuisse dicere potest, quod aperte in Cornelii adversariis reprehendit; hos enim praeclaros scilicet iudiciorum defensores, qui tantopere Cornelium quasi iudiciorum eversorem insectentur, pro ea ipsa re pugnare ait; tum huic sententiae satis aperte contrarium esse dicit id, quod ipse praetor in eadem causa egerit. Omnia componuntur et aptissima fiunt lenissima mutatione [quam recepimus]. Video Ciceronem legem Cornelii laudare et eorum hominum, qui iudicia tollere vellent, consilia ab eo impedita dicere." MADV.

10. *pugnaverunt*] *oppugnaverunt* Berald.

13. *idem*] *iidem* Cren. 17. *publicae*] *publice* Princ.

22. *metum*] Berald. Lod. — om. Princ. Ald. — *potentiam* ceteri.

annos, quam quis pecuniam acceperat resque . . . . reddere rationem. [103]

STATIM.

Antea vero quam multarum rerum iudicia sublata sint, et quia scitis, praetereo, et ne quem in iudicium oratio mea revocare videatur.

Bello Italico, quod fuit adolescentibus illis, qui tum in re publica vigebant, cum multi Varia lege inique damnarentur, quasi id bellum illis auctoribus conflatum esset, crebraeque defectiones Italicorum nunciarentur, tunc ob eius tristitiae occasionem senatus decrevit, ne iudicia, dum tumultus Italicus esset, exercerentur: quod decretum eorum in concionibus populi saepe agitatum erat. Supererant autem ex iis, qui illa iudicia metuerunt, † ingentum maxime C. Curionis adolescentis eius, qui bello civili Caesaris fuit partium.

PAULO POST.

Non Cn. Dolabella C. Volcatium, honestissimum virum, communi et quotidiano iure privasset.

Duo fuerunt eo tempore Dolabellae, quorum alterum C. Caesar accusavit, alterum M. Scaurus.

Non denique homo illorum et vita et prudentia longe dissimilis, sed tamen nimis in gratificando iure liber, L. Sisenna, bonorum Cn. Cornelii possessionem ex edicto suo P. Scipioni, adolescenti summa nobilitate, eximia virtute praedito, non dedisset.

---

1. *annos quam quis pec.*] Ald. et seqq. — *annos quam qui pec.* Princ. — *annos qui pec.* Berald.

Ibid. *acceperat resque * redderet*] Princ. Ald. — *acceperat reddere* Berald. Lod. — *acceperat eius reddere* Lugd. Hot. Man. Cren.

3. om. Lod. Lugd.

5. *scitis praetereo et*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *scistis praeterea ut* Princ. — *scitis praeterea ut* Berald. Ald. Lod.

10. *tunc ob*] Ald. et seqq. — *non tunc* Princ. — *ob tunc* Berald.

13. *metuerunt ingentum maxime C. Curionis adolescentis eius, qui*] Locum corruptum necdum satis probabiliter restitutum edidimus ut Princ. — *metuerant ingentia, maxime C. Curionis adulescentis eius filius, qui* Berald. — *metuerunt vigentes maxime C. Curionis adolescentis eius pater * qui* Ald. Lod. — *metuerunt, vigentes multi, maxime C. Curio, Curionis adolescentis pater eius, qui* Lugd. Hot. Man. Cren. 15. om. Lod. Lugd.

16. *Dolabella*] *Dolobella* Princ. Berald. Ald. Lod. ubique.

23. *non dedisset*] Reduximus lectionem antiquissimarum editt. Princ. Berald. Ald. Lod. quum Manutius et seqq. vocabulum *non* omiserint, de qua Orellius: „Memorabilis lectio; sed tamen ex interpol. profecta. Scilicet propter epitheta illa, quibus Cic. honoris causa ornat P. Scipionem, oppositionem aliquam hic necessariam putabant, quasi tam egregio adolescenti a Sisenna facta esset iniuria." At improbari hic a Cicerone Sisennae aliquam iniuriam manifestum est ex fragmento proxime antecedente, et e verbis *nimis in gratificando iure liber.* Utrumque autem hoc fragmentum exempla continere videtur ambitiosorum praetorum, qui varie ius dicere assuaverant, (ut dixit Asconius in argumento huius orationis p. 92. Hot.) et contra quos C. Cornelius legem tulit, quam, si iam tum valuisset, Cicero prohibituram fuisse significat, quo minus vel Cn. Dolabella, vel L. Sisenna iniuste agerent.

Hoc solum hic annotandum est, hunc esse L. Sisennam, qui res Romanas scripsit.

Quare cum hunc populus Romanus videret et cum a tribunis plebis doceretur . . . . nisi poena accessisset in divisores, extinct. . . . . ullo modo posse; legem hanc Cornelii flagitabat, illam, quae ex senatus consulto ferebatur, repudiabat, idque iure, ut docti sumus duorum consulum designatorum calamitate.

[104]

ET EADEM DE RE PAULO POST.

Ut spectaculum illud [duorum designatorum consulum calamitat.] re et tempore salubre ac necessarium, genere et exemplo miserum ac funestum, videremus.

P. Syllam et P. Autronium significat, quorum alterum L. Cotta, alterum L. Torquatus, qui, cum haec Cicero dicebat, consules erant, ambitus damnarant et in eorum locum creati erant.

Quid ego nunc tibi argumentis respondeam, posse fieri, ut alius aliquis Cornelius sit, qui habeat Philerotem; † res vulgare

---

3. *Quare cum* cet.] Haec superioribus Ciceronis verbis fragmentorum editores male ita annectunt, quasi alia non intercessissent. Est vero argumentum huius fragmenti ab antecedentibus prorsus diversum; illa legem de praetoribus spectant, hoc ad legem de ambitu pertinet; neque ita inter se cohaerere possunt, ut priora sequentium rationem et causam declarent. Itaque particula *quare* ad alia Ciceronis verba referenda est, quae ab Asconio non illustrata sunt.

Ibid. *hunc*] *ambitum* Lugd. Hot. Man. Cren. Ambitus quin intelligendus sit, via dubitandum est. Sed ipsum nomen pronominis loco intrudendum non erat; praecesserat enim haud dubie inter ea verba, quae ab Asconio non laudantur.

4. *doceretur * nisi*] Princ. — *doceretur, nisi* ceteri.

Ibid. *extinct * ullo*] Princ. — *extingui nullo* ceteri.

6. *idque iure, ut docti sumus*] Madvigius. — *idque in rebus doctissimus* Princ. — *idque vir doctissimus* Berald. Lod. — *idque vir is doctissimus* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — „Illa *idque* cet. quae hic [ab Ald. et seqq.] Asconio dantur, Ciceronis esse, recte Patricius vidit; verba enim *et eadem de re* declarant, duos Ciceronis locos ab Asconio coniungi et ad eos intelligendos illa de Sylla et Autronio dici. Corruptas voces nemo restituit; nec tamen id fieri non potest, si animadverterimus verba illa *duorum designatorum consulum calamitate* altero loco, ubi et sententiam et orationis concinnitatem turbant, errore describentis repetita esse. Cicero scripsit: *repudiabat; idque iure, ut docti sumus duorum consulum designatorum calamitate;* deinde: *Ut spectaculum illud re et tempore salubre ac necessarium* cet. Iterum laudat Cornelii legem, recteque eam a populo Romano flagitatam, ex eventu adparere dicit." MADV.

8. om. Lod. Lugd.

9. *duorum designatorum consulem calamitat.*] Haec verba seclusimus cum Orellio et Madvigio, cuius adi praecedentem adnotationem. Quum postremi vocabuli terminatio desit in Princ. (ceteri habent *calamitate*), suspicor in codice fuisse accusativum, et quattuor haec verba adscripta esse a glossatore ad indicandum, quale fuerit *spectaculum illud.*

10. *genere et exemplo*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *genere exemplo* priores.

12. *et P. Autronium*] Man. Sigon. — *et Antronium* Princ. Berald. Lod. — *et Antonium* Ald. — *et L. Antronium* Lugd. Hot. — Conf. pag. 114. Hot.

16. *Philerotem: res vulgare*] Princ. (*vulgare*) Ald. Lugd. Man. — *Philerotem, vulgare* Berald. Lod. — *Philerotem? res nota est, vulgare* Cren. cum Andr. Patricio. — Vox *res* habet sine dubio mendum; quid, si pro ea *Romae* reponas? audax fortassa emendatio sit, sed tamen ab oratoris sententia non aliena." SIGON. — „Patricii coniecturam receperunt posteriores editores in contextum non bono exemplo. Forte pro *res vulgare nomen* legendum *servi vulgare nomen.*" GRAEV.

nomen esse Philerotis, Cornelios vero ita multos, ut iam etiam collegium constitutum sit?

Frequenter tum etiam coetus factiosorum hominum sine publica auctoritate malo publico fiebant: propter quod postea collegia S. C. et pluribus legibus sunt sublata, praeter pauca atque certa, quae utilitas civitatis desiderasset quasi, ut fabrorum fictorumque.

At enim extremi ac difficillimi temporis vocem illam, C. Corneli, consulem mittere coëgisti: qui rem [publicam] salvam esse vellent, ut ad legem accipiendam adessent.

Piso, qui consul eodem anno fuit, quo Cornelius tribunus plebis erat, cum legem de ambitu ex senatus consulto graviorem, quam fuerat antea, ferret, et propter multitudinem divisorum, qui per vim adversabantur, e foro eiectus esset, edixerat id, quod Cicero significat, et maiore manu stipatus ad legem perferendam descenderat.

Plebem ex Maniliana offensione victam et domitam esse dicit:

Ante vestros annos propter illius tribuni plebis temeritatem posse adduci, ut omnino .... ne illius potestate abalienemur qui restituerunt eam potestatem, alterum nihil unum posse contra multos, alterum longe abesse.

Manifestum puto esse vobis, M. Crassum et Cn. Pompeium significari, e quibus Crassus iudex tum sedebat in Cornelium, Pompeius [105] in Asia bellum Mithridaticum gerebat.

Tanta igitur in illis virtus fuit, ut anno XVI. post reges exactos propter nimiam dominationem potentium secederent, leges sacratas ipsi sibi restituerent, duos tribunos crearent, montem illum

---

1. *Cornelios*] *Cornelius* Princ. Berald.

3. *Frequenter*] *frequens* (iunctum cum praeced. voc. *sit* et relatum ad nomen *collegium*) Berald.

6. *desiderasset quasi, ut*] *desiderasset, quasi ut* Princ. Ald. — *desiderasset, ut* (om. *quasi*) ceteri. (Fort. *desiderasset pati, ut*. Or.)

Ibid. *fabrorum fictorumque*] Man. Sigon. — *fabrorum littorumque* Princ. — *fabrorum lictorumque* ceteri. — *Fabrorum* collegium memoratur in Plin. Hist. Nat. XXXIV. 1. conf. Plin. Epist. X. 42. *fictorum* sive *figulorum* Plin. Hist. Nat. XXXV. 12.

8. *C. Corneli, consulem*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *C. Cornelio cos.* priores.

Ibid. *rem publicam salvam*] *rem salvam* Princ. Berald. Lod.

10. *Piso*] *C. Piso* Lugd. Hot. Man. Cren.

12. *divisorum*] *diversorum* Berald. Lugd.

15. *Plebem - - dicit*] „Mirus error commissus est in hoc loco, ubi sic edunt: *Plebem ex Maniliana offensione victam et domitam esse dicit, ante vestros annos* cet., quasi haec omnia Ciceronis sint, quum nihil apertius sit, quam Asconium, ut solet, breviter rem, de qua in loco Ciceronis agatur, complecti." MADV. Erroris, quem notavit Madvigius, expers est Sigonius.

Ibid. *Maniliana*] *Manliana* Lod.

16. *Ante vestros annos - - abalienemur*] „In Ciceronis verbis *animos*, non *annos*, legendum esse, vere suspicatus est Patricius: in illo *ante* quid lateat, nescio; [Patricio in mentem venerat legere *anne* pro *ante*] caetera sic scripta a Cicerone puto: *vestros animos - - ut omnino* [a restitutio]*ne illius potestatis abalienentur*, cet." MADV.

17. *ut omnino * ne illius*] Princ. Ald. — *ut omnino ne illius* Lugd. Hot. Man. Cren. — *ne omnino illius* Berald. Lod.

18. *abalienemur qui*] *abalienemur * qui* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren.

25. *ipsi sibi restituerent*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ipsis sibi restuerent*

trans Anienem, qui hodie Mons Sacer nominatur, in quo armati consederant, aeternae memoriae causa consecrarent. Itaque auspicato postero anno [X.] tribuni plebis comitiis curiatis creati sunt.

Inducor magis librariorum hoc loco esse mendam, quam ut Ciceronem parum proprio verbo usum esse credam. Illo enim tempore, de quo loquitur, quod fuit post XVI. annos quam reges exacti sunt, plebs sibi leges sacratas non restituit (nunquam enim tribunos plebis habuerat), sed tum primum eas constituit. Numerum quidem annorum post reges exactos, quam id factum est, diligenter posuit, is qui fuit A. Verginio Tricosto, T. Veturio Cicurino coss. Caeterum quidam non duo tribunos plebis, ut Cicero dicit, sed quinque tradunt creatos tum esse, singulos ex singulis classibus. Sunt tamen, qui eundem illum duorum numerum, quem Cicero, ponant, inter quos Tudilanus et Pomponius Atticus Liviusque noster. Idem hic et Tuditanus adiiciunt, tres praeterea ab illis duobus collegas creatos esse. Nomina duorum, qui primi creati sunt, haec traduntur: L. Sicinius L. F. Bellutus, L. Albinius C. F. Paterculus. Reliqua pars huius loci, quae

---

Princ. — *ipsis sibi restituerent* Berald. Ald. Lod. — *sibi ipsi restituerent* Sigon. — *ipsi restituerent* (om. *sibi*) Graev.

3. *X. tribuni*] „Quod sequitur de 10. tribunis postero anno creatis, id Niebuhr (Röm. Gesch. p. 686. ed. 3. p. 646. seq. ed. 2.) a Cicerone scriptum, sed falsum putat; rectius, opinor, Perizonius (Animadvv. histor. p. 428. Harl.) numerum a librariis additum putat, qui illo omisso non intelligerent, quo spectarent illa *itaque auspicato postero anno* cet., quae nihil novi continerent. Sed Cicero, quod seditione ut extra urbem fieret, priore anno extortum esset, id postero auspicato legitimis comitiis factum dicit. Hoc ita esse, patet ex Asconii adnotatione, qui, quum caetera a vulgari fama abhorrentia persequatur, de denario numero nihil dicit; quin aperte distinguit a Ciceronis sententia et eorum narrationem, qui statim plures creatos putabant, et eorum, qui *anno proximo additos*. Cicero igitur id secutus est, quod Livius ex Pisone adfert (II. 58. cfr. Nieb. l. c.)" MADV.

6. *tempore de quo*] Lod. et seqq. — *tempare quo* Princ. Berald. Ald.

8. *eas*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *eos* priores.

9. *quom*] *qui* Ald. — *quo* Man. Sig. — *nec* Hot.

Ibid. *posuit, is qui*] Lod. — *posuistis qui* Princ. — *posui is, qui* Berald. — *posuit, qui* ceteri.

10. *A. Verginio*] *Averginio* Princ.

10. *T. Veturio Cicurino*] Sic scripsi. Cf. Pighius Ann. T. I. p. 88. — *L. vetrurio coturino* Princ. — *L. Veturio Ceturina* Berald. Lod. Lugd. Hot. Cren. — *L. Vetrurio Ceturino* Ald. — *L. Veturio Cicurino* Man. Sigonius.

Ibid. *quidam*] *quidem* Princ. Ald.

11. *duo*] Princ. Ald. — *duos* ceteri.

13. *Tuditanus - - Tuditanus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Tudianus - - Tudianus* priores.

15. *adiiciunt*] *adiiciuntur* (postrema syllaba per compend.) Princ.

16. *Nomina duorum, qui primi creati sunt, haec traduntur*] *Nomina duorum sunt haec, qui primi creati traduntur* Ald. Lugd. Man. Sig. mira adulteratione.

Ibid. *L. Sicinius*] Hot. Man. Cren. — *L. Siccinius* Princ. Berald. Ald. Lod. — *C. Sicinius* Sigon. — *L. Licinius* Lugd.

17. *Bellutus*] Man. Sigon. — *Velutus* ceteri.

Ibid. *L. Albinius C. F. Paterculus*] Sigon. Vid. Emendatt. p. 218. sq. — *lauinius C. F. patriculum* Princ. — *Lavinius C. F. Patriculus* Ald. — *Lavinius C. F. Paterculus* Berald. Lod. — *L. Iunius C. F. Poterculus* Lugd. Hot. Man. Cren. — Contra quam lectionem vere monuit Pighius (Annal. T. I. p. 90.), Paterculi cognomen alienum esse a Iunia gente; sed eundem latebat mendi sedes, itaque

pertinet ad secundam constitutionem tribunorum et decemvirorum finitum imperium, et breviter et aperte ab ipso dicitur. Nomina sola non adiicit, quis ille ex decemviris fuerit, qui contra libertatem vindicias dederit, et quis ille pater, contra cuius filiam id decrevit; scilicet quod notissimum est, decemvirum illum Appium Claudium fuisse, patrem autem virginis L. Virginium. Unum hoc tantummodo explicandum, [106] quo loco primum de secunda secessione plebis, dehinc concordia facta, sic dicit:

Tum interposita fide per tres legatos, amplissimos viros, Romam armati revertuntur. In Aventino consederunt; inde armati in Capitolium venerunt, decem tribunos plebis per Pontificem, quod magistratus nullus erat, creaverunt.

Legati tres, quorum nomina non ponit, ii fuerunt: Sp. Tarpeius, C. Iulius, P. Sulpicius, omnes consulares; Pontifex Maximus fuit M. Papirius.

Etiam haec recentiora praetereo: ponam principium iustissimae

---

pro *Paterculus* legendum proposuit *Brutus Bubulcus*. L. Albiolum primum tribunum pl. nominat etiam Livius II. 33. et propius absunt haec nomina a corrupta editionis prioc. lectione, quam *L. Iunius*. Audiatur tamen etiam Manutius: „Reposui *L. Iunius* ex Dionysio, quanquam aliter Livius; sed auctor historiae certior Dionysius, ut in collatione utriusque comperimus. (Id eo certius, quod ab eodem hic ipse nominatur Brutos: quod Iuniorum fuisse cognomen nemo nescit. Alii *L. Albinius*.)" Verba, quae seclusimus, absunt a Lugd. — *Lactinius* habet cod. Laur. LIV. 27. teste Niebuhrio Hist. Rom. Vol. I. p. 685. ed. 3.

4. *fuerit, qui contra lib. vindicias dederit*] Berald. Lod. et seqq. — *fuerit contra lib. uindictae dederit* Prioc. — *fuerit, qui contra lib. uindictae dederit* Ald.

Ibid. *et*] om. Man. Sigon.

5. *scilicet quod*] *quod scilicet* Lugd. Man. Sigon. — Inter illa verba et sequens *notissimum* in Ald. et Lugd. haec interpolatio legitur: *ut ipse Pompo. Latissime refert in lege. ij. uers. Virgin. de origine iur.* — „In meo manuscripto nihil esse aliud [praeter verba *scilicet quod notissimum*], Theodorus Beza et Ioannes Morelius doctissimi viri, et mihi singulari amicitia coniunctissimi, quibus tum ex hoc loco, tum ex aliis nonnullis, fidem mei codicis probare volui: liquido confirmare possunt. In aliis autem impressis sic legitur: *Quod scilicet, ut ipse Pomponius latissime refert in l. 2. vers. virgin. de orig. iuris notissimum est.* Quae verba ad Asconii marginem a quodam iuris studioso annotata quum essent, librariorum imperitia in contextum vocata sunt." HOT. Iam P. Manutius haec verba abiicienda viderat, cuius in Lugd. hoc est scholion: „Hoc totum glossema puta et erit aperta sententia. Fuit autem Pomponius post Asconium." Conf. Madv. p. 35. seqq. — „In meo quoque MS. illa verba non reperiuntur." GRAEV.

7. *dehinc*] *deinde de* Lugd. Hot. Man. Cren.

10. *revertuntur*] *reverterunt* Cren. — Vid. Orellium ad h. l. in Fragmm. Ciceronis.

11. *Capitolium*] *Capitolio* Princ. Ald.

11. *decem tribunos pl.*] „Hos non in Capitolio, sed in Aventino creatos scribit Livius III. [c. 54. ad quem locum videatur Sigonius] creatos autem non a M. Papirio, ut Asconius tradit, sed a Q. Furio." MANUT.

Ibid. *per*] add. Lugd. Hot. Man. Cren.

13. *ii*] *hi* Berald. Lod.

Ibid. *Sp. Tarpeius*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *P. Tarpeius* priores. — Vid. Liv. III. 50.

16. *Etiam haec recentiora* cet.] Hunc Ciceronis locum cum priore non cohaerere, et per se patet, et docet Asconius his verbis: *Ipse quoque paulo ante dixit, legem Cassium tulisse* cet. Nam id Cicero non in iis dixit, quae nobis servata sunt, sed in iis, qua enarrationem de secessionibus sequebantur, ab Asco-

libertatis, Cassiam, qua lege suffragiorum vis potestasque convaluit; alteram Cassiam, quae populi iudicia firmavit.

Quae sit ista lex Cassia, qua suffragiorum potestas convaluit, manifestum est; nam ipse quoque paulo ante dixit, legem Cassium tulisse, ut populus per tabellam suffragium ferret. Altera Cassia lex, quae populi iudicia firmavit, quae sit, potest quaeri. Est autem haec: L. Cassius, L. F. Longinus, tribunus plebis, C. Mario, C. Flavio coss. plures leges ad minuendam nobilitatis potentiam tulit, in quibus hanc etiam, ut, quem populus damnasset, cuive imperium abrogasset, in senatu non esset. Tulerat autem eam maxime propter simultates cum Q. Servilio, qui ante biennium consul fuerat, et cui populus, quia male adversus Cimbros rem gesserat, imperium abrogavit.

[Dicit de nobilibus]:

Qui non modo cum Sylla, verum etiam, illo mortuo, semper hoc per se summis opibus retinendum putaverunt: inimicissimi C. Cottae fuerunt, quod is consul paulum tribunis plebis non potestatis, sed dignitatis addidit.

Hic Cotta, ut puto, legem tulit, ut tribunis plebis liceret postea alios magistratus capere: quod lege Syllae iis erat ademptum.

Quamdiu quidem hoc animo erga vos illa plebs erit, quo se
[107] *ostendit esse, cum legem Aureliam, cum Rosciam non modo accepit, sed etiam efflagitavit.*

Aurelia lege communicata esse iudicia inter senatores et equestrem

---

nio praetermissa. Itaque non recte editores fragmentorum hoc fragmentum cum superiore uno tenore exhibuerunt.

Ibid. *praetereo*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *praeterea* priores.

Ibid. *iustissimae*] *iustissime* Princ. Berald.

1. *vis*] *ius* Sigon. Graev.

3. *sit*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *est* priores.

4. *Cassium*] Lod. et seqq. — *Cassiam* Princ. Berald. Ald.

7. *L. Cassius*] *C. Cassius* Berald. Lod. Man. Sig.

Ibid. *C. Flavio*] Sigonius. — *C. Flacco* ceteri. — „Reponendum videtur *L. Cassio* pro *C. Flacco*; horum enim consulatus significatur, cum proxime inferat, Q. Caecilium biennio ante latam legem consulem fuisse." MANUT. in Lugd. Sed idem multo probabilius in edit. postrema: „Reponendum videtur *C. Flavio*, et paulo post *Q. Servilio*, pro *Q. Caecilio*; qui biennio ante consulatum C. Marii et C. Flavii Fimbriae consul fuerat cum C. Atilio Serrano." Conf. Pighius Annal. T. III. p. 151. et p. 152. 10. *non*] *nec* Hot. Cren. Pighius.

11. *Q. Servilio*] Sigon. — *Q. Cecilio* Princ. Ald. — *Q. Caecilio* ceteri. — Quod primus recepit Sigonius, suaserunt praeter Manutium Pighius l. l. Fabricius in vita Cic. p. 7. ed. Hensing. qui vel *Q. Servilio* vel *Q. Caepione* legendum proposuit. Conf. Ferratii Epist. II. 9. pag. 107.

13. om. Princ. Lod. 14. *cum*] om. Princ.

15. *opibus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *operibus* priores.

Ibid. *inimicissimi*] *amicissimi* Lod.

17. *addidit*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *addit* Princ. Berald. Ald. Lod. — *addidit*, *alias reliquit* Sigon.

18 *ut puto*] „Ad ea, quae scribit in hunc locum Asconius, addo, hoc sensisse etiam Macrum tribunum pl. apud Sallustium in III. historiarum. cum ait: *Nisi forte C. Cotta ex factione media consul aliter quam metu iura quaedam tribunis restituit.*" SIGON. 19. *iis*] *is* Princ.

23. *esse*] om. Lugd. Hot. Man. Cren. haud dubie quod infinitivus verbum solutum, unde pendeat, non habet. At quum in sequenti versu ante voc. *qua*

ordinem et tribunos aerarios * qua L. Roscius Otho biennio ante confirmavit, in theatro ut equitibus Romanis XIIII. ordines spectandi gratia darentur.

Memoria teneo, cum primum senatores cum equitibus Romanis lege Plotia iudicarent, hominem dìs ac nobilitati perinvisum, Cn. Pompeium, causam lege Varia de maiestate dixisse.

M. Plautius Silvanus tribunus plebis, Cn. Pompeio Strabone, L. Porcio Catone consulibus, secundo anno belli Italici, cum equester ordo in iudiciis dominaretur, legem tulit adiuvantibus nobilibus; quae lex vim eam habuit, quam Cicero significat: nam ex ea lege tribus singulae ex suo numero quinos denos suffragio creabant, qui eo anno iudicarent. Ex eo factum est, ut senatores quoque in eo numero essent, et quidam etiam ex ipsa plebe.

PRO CORNELIO.

Num in eo, qui sint hi testes, haesitatis? Ego vobis edam. Duo reliqui sunt de consularibus, inimici tribuniciae potestatis. Pauci praeterea assentatores eorum atque asseclae subsequuntur.

M. Lucullum et M'. Lepidum significat. Quinque enim consulares, ut iam diximus, in Cornelium testimonium dixerunt: Q. Catulus, Q.

---

quaedam excidisse manifestum sit, etiam verbum illud finitum (e. c. *diximus*) inter voces perditas fuisse putandum est.

1. *aerarios * qua*] *aerarios quam* Princ. Berald. Ald. Lod. — *aerarios. Roscia est, quam* Lugd. Hot. Man. Cren. — *aerarios. Roscia est, qua* Sigon. Lacunam esse inter *aerarios* et *qua* apertum est; quam neque satis neque certa ratione expleot verba *Roscia est.*

2. *ante confirmavit*] Sigon. — *ante cos. firmavit* ceteri. — „Hic sine dubio mendum inest. Nam Roscius non consul, sed tribunus pl. legem illam tulit." MANUT. in ed. post. Mendum egregie sustulit Sigonius. — *ante hos coss. firmavit* coni. Madvigii. — „Recte usum esse *firmandi* verbo, quo significatur, id, quod ea lege constitueretur, non plane novum fuisse, declarant Ciceronis et Velleii loci (Cic. pro. Mur. 19, 40. Vell. II. 32.)" MADV.

Ibid. *in theatro ut*] *ut in theatro* Lugd. Hot. Man. Cren. Priores autem verba *in theatro* male iunxerant cum voce *firmavit.*

5. *dis*] Sic (*dis*) Princ. — *diis* ceteri.

7. *Plautius*] *plaucius* Princ.

Ibid. *Silvanus*] Man. Sigon. — *Syllanus* Princ. Berald. Ald. Lod. — *Silanus* Lugd. Hot. Cren. 7. *Pompeio*] *pompeios* Princ.

8. *Porcio*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Portio* priores.

11. *ex suo numero*] Andr. Patricii coni. Conf. Pighius Ann. T. III. p. 228. — *ex eo numero* ceteri.

Ibid. *quinos denos*] *quinos* (om. *denos*) Cren. Graev.

13. *etiam*] *et* Princ.

14. *PRO CORNELIO*] om. Lod. — *PRO CORNELIO II.* Man. Sigon. — Si hac inscriptione significatur initium commentarii in secundam orationem Cornelianam, valde probabile est, quod alii iam viderunt, excidisse eius folia quaedam. In edit. Crenii post hanc inscriptionem additur: „Deest initium." Sed vid. in primis Madvigius p. 35. dissertationis suae. 15. *Ego*] *ergo* Hot.

16. *edam. Duo reliqui*] Madvigius. — *aedem duo: reliqui* Princ. — *edam duos: reliqui* Berald. et sequ. 17. *asseclae*] *assecule* Princ.

18. *et M'. Lepidum*] Man. Sigon. — *et lepidum* (omisso praenomine) Princ. — *et M. Lepidum* ceteri.

19. *ut iam diximus*] Supra pag. 93. Hot.

Hortensius, Q. Metellus Pius Pontifex Maximus, qnos hac secunda oratione tractat, et duo, qui non dixerunt, quos nunc significat, Lucullus et Lepidus.

Quid? Avunculus tuus, clarissimus vir, clarissimo patre, avo, maioribus, credo, silentio, favente nobilitate, nullo intercessore [138] *comparato populo Romano dedit et potentissimorum hominum collegiis eripuit cooptandorum sacerdotum potestatem.*

Hoc egere enarratione, quia hoc loco nomen non ponit, quis fecerit, ei demum videri potest, qui oblitus sit, minus ante XX. versus haec de eo ipso Ciceronem dixisse:

Sed si familiariter ex Q. Catulo, sapientissimo viro atque humanissimo, velim quaerere: utrius tandem tibi tribunatus minus probari potest, C. Cornelii, an, non dicam P. Sulpicii, non L. Saturnini, non Caii Gracchi, non Tiberii, neminem, quem isti seditiosum existimant, nominabo: sed avunculi tui, Q. Catule, clarissimi patriaeque amantissimi viri?" quid mihi tandem responsurum putatis?

SEQUITUR.

Quid? idem Domitius M. Silanum, consularem hominem, quemadmodum tribunus plebis vexavit?

M. Silanus quinquennio ante consul fuerat quam Domitius tribunus plebis, atque ipse quoque adversus Cimbros rem male gesserat: quam ob causam Domitius eum apud populum accusabat. Criminabatur eum cum Cimbris iniussu populi gessisse, idque principium fuisse calamitatum, quas eo bello populus accepisset; ac de eo tabellam quoque

---

4. *Quid? Avunculus* cet.] His inscriptionem praefixit Crenius: POST XX. VERS. A PRAECEDENTI. Quae a ceteris recte abest. — *Quod avunculus* cet. Lugd.

6. *populo Romano dedit*] Lugd. Hot. Man. Cran. — *proderit* priores. — „Coniecturam et simul historiam secutus reposui: *populo R. dedit*, mutatione fere nulla, cum, ut opinor, ita scriptum fuerit in antiquo libro *P. Ro. Dedit*, quod imperiti postea depravarunt, ut eiusmodi multa. Est autem haec historia apud Suetonium in Nerone et Ciceronem in Agraria 1." MANUT.

8. *hoc loco nomen non ponit*] Princ. Hot. Crau. — *hoc loco nomen ponit* Berald. Ald. — *hoc loco non ponit* Lod. Lugd. Man. Sigon.

10. *haec de eo ipso*] Ald. et seqq. — *haec eo ipso* Princ. — *haec ipsa* Berald.

11. *Sed*] *Sex* Princ. 14. *Gracchi*] *grachi* Princ.

15. *nominabo*] *nominando* Cren. Graev.

Ibid. *Q. Catule*] Sic ex emendatione Andr. Patricii scripserunt editores fragmentorum; Asconii editi. omnes: *Q. Catuli:* quam lectionem mendosam esse perspexerat iam Manutius, parum feliciter corrigere conatus. Haec enim annotavit: „Videtur legendum *Cn. Domitii*, si diligenter consideremus. is enim cooptandorum sacerdotum potestatem ad populum transtulit. praeterea sequitur proxime: *Quid? idem Domitius* cet."

16. *patriaeque*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *atque* priores.

17. om. Lod. Lugd. Hot. 18. *Quid*] *Quod* Princ. Berald.

18. *Silanum - - Silanus*] Man. Sigon. — *Syllanum - Syllanus* ceteri.

23. *Criminabatur eum c. C. iniussu populi gessisse*] Berald. Ald. — *criminabatur eum c. C. in uiso populi gessisse* Princ. — *criminabaturque eum c. C. iniussu populi bellum gessisse* Lod. — *criminabatur bellum c. C. iniussu populi gessisse* Lugd. Hot. Man. Cren. — De verbo *gerere* absolute posito vid. Gronov. ad Liv. XXXIX. 54. conf. Interprr. ad Hirt. de bello Afric. 54, 3. Hoc tamen loco possis etiam ex praecedentibus supplere *rem*.

edidit. Sed plenissime Silanus absolutus est; nam duae solae tribus eum, Sergia et Quirina, damnaverunt.

. . . . *haec est controversia eiusmodi, ut mihi* . . . . *tribunus plebis Cn. Domitius, Catulo M. Terpolius contemptissimum nomen eiectum esse ex iis, qui tribuni pl. fuerunt.*

Post infractam tribunitiam potestatem a Sylla, ante restitutam a Cn. Pompeio, apparet. Fuit autem is tribunus plebis ante XII. annos D. Bruto et Mam. Lepido consulibus; Cn. Domitius tribunus fuerat ante II. de XL. annos, C. Mario II., C. Fimbria coss.

Magno numero sententiarum Cornelius absolutus est.

---

1. *edidit*] *dedit* Lugd. Hot. Man. Cren. Etiam Pighius (Annal. T. III. p. 152.) verba Pediani sic refert: *Itaque de reo tabellam quoque dedit.*

Ibid. *Silanus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Syllanus* priores.

Ibid. *solae*] *sole* Princ.

3—4. „In ed. I. inter *mihi* et *tr. pl.* spatium vacuum est. [De eo, quod est ante v. *haec*, silet vir doctissimus.] Sigonius quidem et post eum ceteri plane desperant de Ciceronis sententia restituenda. Mihi tamen ex ipsa comparatione apparere videtur, hoc Ciceronem dicere, inter se et Catulum dissensionem esse de universo tribunatu plebis neque eundem utrique tribunorum bonum videri; id mihi his fere verbis comprehensum videtur fuisse: *Haec est controversia eiusmodi, ut mihi* [*probetur s. placeat*] *trib. pleb. Cn. Domitius, Catulo M. Terpolius, contemptissimum nomen electum ex iis, qui tribuni pleb. fuerunt.* De extrema sententiae parte paene adfirmaverim ita esse; quam saepe illud *esse* a scribis et interpretibus intrusum sit, notum est: exempla exstant apud Wund. praefat. cod. Erfurt. p. XLI. p. XLII. p. LXXXII. p. XCII. et in epist. mea ad Orell. p. 38. et 49." MADV. In huius fragmenti initio fortassis exciderunt verba *Cum Catulo.*

4. *M. Terpolius*] Hunc tribunum plebis Pighius (Annal. T. III. p. 289.) *M. Turpilium* vocari maluit, ut Ciceroni magis conveniret. Car. Sigonius autem *M. Trebellium* nominandum putat ad h. l.

5. *iis*] *his* Berald. Lod.

6. *a Sylla*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Syllae* (om. *a*) priores.

8. *Mam. Lepido*] Man. Idem proposuerunt Car. Sigonius ad h. l. et Pighius l. l. — *M. Lepido* ceteri.

9. *II. de XL.*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *II. et XL.* priores — „Reposui *ante II. de XL. annos* ex annorum numero per consules." MANUT.

Ibid. *C. Mario II. C. Fimbria coss.*] *C. maior. II. coss. fimbria cos.* Princ.

Q. ASCONIUS PEDIANUS

IN

M. TULLII CICERONIS

ORATIONEM

IN SENATU IN TOGA CANDIDA

CONTRA C. ANTONIUM ET L. CATILINAM COMPETITORES.

---

[109] Haec oratio dicta est L. Caesare, C. Figulo coss. post annum quam pro Cornelio dixerat.

ARGUMENTUM.

Sex competitores in consulatus petitione Cicero habuit, duos patricios, P. Sulpicium Galbam, L. Sergium Catilinam; quatuor plebeios, ex quibus duo nobiles, C. Antonium, M. Antonii oratoris filium, L. Cassium Longinum, duos, qui tantum non primi ex familiis suis magistratum adepti erant, Q. Cornificium et C. Licinium Sacerdotem. Solus Cicero ex competitoribus equestri erat loco natus, atque in petitione patrem amisit. Caeteri eius competitores modeste se gessere, visique sunt Cornificius et Galba sobrii ac sancti viri, Sacerdos nulla improbitate notus. Cassium, qui iners ac stolidus tum magis quam

---

Commentatio haec in edit. Princ. et Berald. sic inscribitur: *In senatu in toga candida contra C. Antonium et L. Catilinam competitores.*

1. *C. Figulo*] *et Figulo* Princ.

3. ARGUMENTUM] Hanc inscriptionem notationi temporis, ut in ceteris orationibus factum est ex auctoritate editionis principis, postposuimus; praeposuerunt Ald. Lod. Lugd. Hot. Man. Cren.; omiserunt Princ. Berald.

6. *duo nobiles*] *duos nobiles* Sigon.

7. *tantum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *tamen* priores.

11. *Cornificius et Galba*] Lugd. Man. Sigon. — *Q. Cornificius et Galba* Princ. Berald. Ald. Lod. Hot. — *Q. Cornificius et P. Galba* Cren.

Ibid. *sobrii ac sancti*] Berald. Lod. et seqq. — *sonu sancti* Princ. — *sobrii sancti* Ald.

12. *Cassium, qui iners ac stolidus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Cassius qui in eius stolidus* Princ. — *Cassius qui iners ac stolidus* Berald. Ald. Lod.

improbus videretur, post paucos menses in coniuratione Catilinae esse apparuit, ac cruentissimarum sententiarum fuisse auctorem. Itaque hi quatuor pro re iacebant. Catilina autem et Antonius, quamquam omnibus maxime infamis eorum vita esset, tamen multum poterant. Coierant enim ambo, ut Ciceronem consulatu deiicerent, adiutoribus usi firmissimis, M. Crasso et C. Caesare. Itaque haec oratio contra solos Catilinam et Antonium est. Causa orationis huiusmodi in senatu habendae Ciceroni fuit, quod cum in dies licentia ambitus augeretur [110] propter praecipuam Catilinae et Antonii audaciam, censuerat senatus, ut lex ambitus aucta etiam cum poena ferretur; eique rei Q. Mucius Orestinus tribunus plebis intercesserat. Tum Cicero, graviter senatu intercessionem ferente, surrexit atque in coitionem Catilinae et Antonii invectus est ante dies comitiorum paucos.

ENARRATIO.

Dico, Patres Conscripti, superiore nocte cuiusdam hominis nobilis et valde in hoc largitionis quaestu noti et cogniti domum Catilinam et Antonium cum sequestribus suis convenisse.

Aut C. Caesaris, aut M. Crassi [domum] significat. Etenim acerrimi et potentissimi fuerunt Ciceronis refragatores, cum petiit consulatum, quod eius in dies civilem crescere dignitatem animadvertebant: et hoc ipse Cicero in expositione consiliorum suorum significat. Eius quoque coniurationis, quae Cotta et Torquato consulibus ante annum, quam haec dicerentur, facta est a Catilina et Pisone, arguit M. Crassum auctorem fuisse.

---

1. *videretur, post poucos m. in coni. Cat. esse*] Lugd. Man. Sigon. — *videretur. sed paucos m. in coni. Cat. eum esse* Princ. — *videretur, sed et paucos m. in coni. Cat. eum esse* Berald. — *videretur, post paucos m. in coni. Cat. eum esse* Ald. Lod. — *videretur, sed post paucos m. in coni. Cat. esse* Hot. Cren. — Mallem totum hunc locum sic legi: *Cassius quoque iners ac stolidus tum magis quam improbus videbatur; sed post poucos menses in coniurotione Catilinae eum esse apparuit* rel.

3. *pro re*] „An *prapere?*" On. 7. *solos*] *solum* Cren. Graev.

10. *eique*] Lugd. Man. Sigon. — *et quoque* ceteri. — „Necessario scribendum est *eique;* nulli alii rei intercessum esse Asconius dixit: et est hic error in libris scriptis frequentissimus." MADV. Conf. ad p. 32. l. 10.

Ibid. *Mucius*] *Mutius* Princ. ubique.

11. *Tum*] *cum* Lugd. Hot. Cren.

12. *coitionem*] Lugd. Hot. Man. Creo. — *contionem* Princ. Lod. — *concionem* Berald. Ald. — „Cum paulio ante dixerit: *coierant ambo, ut Ciceronem consulatu deiicerent*, reposui *coitionem* pro *concionem.*" MANUT.

Ibid. *Antanii*] *Antonium* Lod.

14. *ENARRATIO*] Hot. — om. Princ. Berald. Lugd. — *Initium expositionis* Ald. Cren. — *Expositionis initium* Lod. — *Initium expositionis* Man.

18. *Aut C. Caesaris aut M. Crassi*] *Crossi* (omissis ceteris) Sigon.

Ibid. *domum*] om. Princ.

19. *et potentissimi*] Princ. — *ac potentissimi* ceteri.

21. *consiliorum suorum*] Princ. — *suorum consiliorum* ceteri.

Quem enim aut amicum habere potest is, qui tot cives trucidavit? aut clientem, qui in sua civitate cum peregrino negavit se iudicio aequo certare posse?

Catilinam, cum in Syllanis partibus fuisset, crudeliter fecisse, † nominatim et postea Cicero dicit, quos occiderit, Q. Caecilium, M. Volumnium, L. Tantasium. Marci etiam Marii Gratidiani, summe popularis hominis, qui ob id bis praetor fuit, caput abscissum per urbem sua manu Catilina tulerat: quod crimen saepius ei tota oratione obiicit. Fuerat vero hic Gratidianus arcta necessitudine Ciceroni coniunctus. Clientem autem negavit habere posse C. Antonium: nam is multos in Achaia spoliaverat, nactus de exercitu Syllano equitum [111] turmas. Deinde Graeci, qui spoliati erant, eduxerunt Antonium in ius ad M. Lucullum praetorem, qui ius inter peregrinos dicebat. Egit pro Graecis etiam tum adolescentulus, de quo paulo ante mentionem fecimus, et cum Lucullus id, quod Graeci postulabant, decrevisset, appellavit tribunos Antonius iuravitque, se id eiurare, quod aequo iure uti non posset. Hunc Antonium Gellius et Lentulus censores sexennio, quo haec dicerentur, senatu moverunt, causasque subscripserunt, quod socios diripuerit, quod iudicium recusarit, quod propter aeris alieni magnitudinem praedia mancipari, bonaque sua in potestate non haberet.

---

2. *aut clientem qui*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *aut qui* (om. *clientem*) priores.
Ibid. *qui in sua civitate* cet.] Patricius apte ex Q. Ciceronis libri de petitione consulatus, qui liber multa cum nostra oratione communia habet, cap. 2. haec contulit verba: *Vocem audivimus iurantis se Romae iudicio aequo cum homine Graeco certare non posse.*

4. *Catilinam*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Catilina* Princ. Ald. Lod. In Berald. autem nonnisi quattuor primae literae vocabuli expressae sunt.

5. *et postea*] Princ. — *etiam postea* ceteri..
Ibid. *quos occiderit*] *quod occiderit* Man. Sigon. — Inest quidem huic loco aliquod mendum, sed sanum videtur pronomen *quos*. Equidem ante v. *nominatim* aliquid excidisse putem, ut *notum est*, vel *constat* vel simile quid.

6. *Tantasium*] „*Tanusium* nominat Q. Cicero in libello de petitione consulatus." MANUT. Cap. 2. §. 6.
Ibid. *Marii*] *mari* Princ.

10. *Clientem autem - - equitum turmas*] Ciceroni haec verba male tribuunt Ald. et Lod.
Ibid. *negavit*] Sic scripsi. — *negabit* Princ. — *negabat* Berald. Ald. Lod. — *negat* ceteri.

12. *qui spoliati erant*] Madvigius. — *qui spoliauerant* Princ. — *quos spoliaverant* Berald. — *quos spoliaverat* Ald. et seqq.
Ibid. *eduxerunt*] *eduxerant* Sigon.

14. *adolescentulus*] *adolescentulus C. Caesar* Sigon. ex coni. Manutii, cuius in edit. postr. hoc est scholion: „Addendum puto *C. Caesar*. ,Hic enim pro Graecis egit, ut Plutarchus [Caesar. c. 4.] testatur." Conf. Henr. Meierum meum in Orator. Rom. Fragm. p. 180.

15. *et cum Lucullus*] *et quidem Lucullus* Princ.

16. *se id eiurare*] Sic scripsi. — *se id eo iurare* Princ. — *se ideo iurare* Berald. Ald. Lod. Lugd. Man. — *se ideo recusare* Hot. Cren. — *ee ideo appellare* ex Manutii coni (in edit. postr.) Sigon. — *se iniquum eiurare* Beieri coni. Fragmm. Cic. p. 51. — „*Recusare* puto legendum, ut paucis post versibus." HOT.

17. *aequa iure*] Lod. et seqq — *aequa* (*equa* Princ.) *in re* Princ. Ber. Ald.

19. *recusarit - - mancuparit*] Lugd. Hot. Man. Creo. — *recusauit - - mancipauit* priores.

20. *praedia*] *praedie* Princ.

Nec se iam tum respexit, cum gravissimis vestris decretis absens notatus est.

Catilina ex praetura Africam provinciam obtinuit. Quam cum graviter vexasset, legati Afri in senatu iam tum absente illo questi sunt, multaeque graves sententiae in senatu de eo dictae sunt.

In iudiciis quanta vis esset, didicit. cum est absolutus: si aut illud iudicium, aut illa absolutio nominanda est.

Ante annum, quam haec dicerentur, Catilina, cum redisset ex Africa, Torquato et Cotta consulibus, accusatus est repetundarum a P. Clodio adolescente, qui postea inimicus Ciceroni fuit. Defensus est Catilina, ut Fenestella tradit, a M. Cicerone. Quod ego ut addubitem, haec ipsa Ciceronis oratio facit, maxime quod is nullam mentionem rei habet, cum potuerit invidiam facere competitori tam turpiter adversus se coeunti: praesertim cum alterum competitorem suum Antonium in eadem hac oratione sua admoneat, suo beneficio eum ex ultimo loco praeturae candidatum ad tertium pervenisse:

Nescis, me praetorem primum esse factum, te concessione competitorum et collatione centuriarum et meo maxime beneficio e postrema in tertium locum esse subiectum? [112]

Qui igitur Antonio suffragationem suam imputandam putat, is, si defendisset Catilinam, caput eius protectum a se nonne imputaret? Quod ita esse manifestum est ex eo, quod statim dicit. Quintus enim Mucius tribunus plebis intercedebat, ne lex ambitus ferretur; quod facere pro Catilina videbatur. Hunc Mucium in hac oratione appellans Cicero sic ait:

Te tamen, Q. Muci, tam male de papula Romana existimare

---

1. *Nec se iam tum respexit*] „*Nec* pro *ne* [hoc legitur in omnibus Asconii edit. praeter Lugd. quae habet *nec*] reposui. Agere autem de Catilina incipit, cum hactenus de utrisque egisse videatur. PATRIC. In meo MS. est: *non se iam cum respexit:* sed adsentior Patricio." GRAEV.

9. *Torquato et Cotta coss.*] „Non dubito, quin legendum sit, *Lepido et Tullo coss.* vide supra, ut alia argumenta omittam." MANUT. Retractata sunt haec in edit. postr.

10. *Ciceroni*] *Ciceronis* Man. Sigon.

12. *Quod ego ut addubitem*] Asconii cum Fenestella disputationem egregie diremit Ferratius Epist. lib. III. ep. 12. p. 103. seq.

17. *te concessione*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *tecum cessione* priores.

18. *beneficio e*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *beneficio te e* Princ. Ald. Lod. — *beneficio te ex* Berald.

19. *subiectum*] *subuectum* Lod. — *sublectum* (Lamb.) Cren. — „*subiici* proprie hic dicitur de eo, qui ex inferiore loco extollitur subito et evehitur." MADV. Patricius antiquam lectionem haud minus bene sic defenderat, ut *subiectum* explicaret *deteriorem pro melioribus substitutum.*

20. *imputandam - - imputaret*] „Huius aetatis [Claudii et Neronis], non superioris, est usus verbi *imputare*, ut sit *aliquid sibi grntiae adponi postulnre.* Cfr. Casaub. ad Suet. Tib. 53. O. Borrich. Cogitt. de L. L. aetat. p. 290. Cellar. Cur. post. p. 115. (ed. Ien. 1733.) Sic Tacit. Hist. I. 38. I. 55. Senec. de brev. vit. 3." MADV.

21. *is, si defendisset*] Ald. et seqq. — *is defendisset* Princ. Berald.

Ibid. *nonne*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *non ei* Lugd. Hot. Man. Cren.

22. *esse*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *esset* priores.

23. *lex ambitus*] *lex de ambitu* Sigon.

26. *male de populo Romano existimare*] Sic scripsi. — *male Cic. tr. existimare*

moleste fero, qui hesterno die me esse dignum consulatu negabas. Quid? populus Romanus minus diligenter sibi constitueret defensorem, quam tu tibi? Cum te furti L. Calenus ageret, me potissimum fortunarum tuarum patronum esse voluisti. Cuius tu consilium in tua turpissima causa delegisti, hunc honestissimarum rerum defensorem populus Romanus auctore te repudiare potest? Nisi forte hoc dicturus es, quo tempore a L. Caleno furti delatus sis, eo tempore in me tibi parum auxilii esse vidisse.

Verum cum ageret Mucii causam Cicero, sicut Catilinae egisse eum videri vult Fenestella, cur iam, quamvis male existimet de causa Mucii, tamen ei exprobret patrocinium suum, non idem in Catilina faciat, si modo pro eo dixit? Aut cur ipsum illud iudicium saepius in infamiam vocat? quod protinus videtur non fuisse facturus, si in eo iudicio fuisset patronus. Atque, ut alia omittam, huc certe vix videtur dicturus fuisse, si illo patrono Catilina repetundarum absolutus esset:

Stupris se omnibus ac flagitiis contaminavit: caede nefaria cruentavit: diripuit socios: leges, quaestiones, iudicia violavit — et postea:

Quid ego, ut involaveris provinciam, praedicem? — Nam ut te illic gesseris, non audeo dicere, quoniam absolutus es. Mentitos esse equites Romanos, falsas fuisse tabellas honestissimae civitatis

---

Princ. — *male de rep. existimare* ceteri. — Literae *Cie. tr.*, quae sensu carent, corruptae videntur ex *de p. r.* quod compendium ubique usurpatum est in Princ. ad significandum *populum Romanum*, sic ut *r. p.* de *republica*.

1. *hesterno*] Ald. et seqq. — *hesterna* Princ. Berald. contra Ciceronis usum.

2 *minus diligenter*] „Sic omnes, quos vidi. Quid autem? si *minus diligentem*." PATRIC.

Ibid. *sibi constitueret*] Sic scripsi. — *sibi constituere* Princ. Berald. Ald. Lod. — *scit sibi constituere* Lugd. Hot. Man. Cren. — *fecit sibi constituere* Sigon.

3. *Cum*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *qui cum* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *te f. L. C. ageret*] „*te f. L. C. argueret* Lamb. Sed verius est: *tecum f. L. C. ageret*." ORELL. — Malim etiam: *te reum f. L. C. ageret*.

5. *Cuius tu consilium*] Sic scripsi. — *cuius tu et consilium* Princ. Berald. Ald. Lod. — *et cuius tu consilium* Lugd. Hot. Man. Cren. (Fort. *tute c.* OR.)

7. *dict. es*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *dict. est* priores.

Ibid. *a L. Caleno*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *cum L. Caleno* priores.

Ibid. *delatus sis*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *delectus sit* Princ. — *delectus sit* Berald. Ald. Lod.

8 *vidisse*] Ald. et seqq. — *vidisset* Princ. Berald An legendum *vidisse te?*

9. *cum ageret*] Sic scripsi. — *ut ageret* Princ. Berald. Ald. Lod. — *ut egerit* Lugd. Hot. Man. Cren. (Malim *Vere quum egerit*. OR.)

Ibid. *egisse*] Ald. et seqq. — *egisset* Princ. Berald.

10. *cur iam, quamvis*] Lod. — *cur tam quamvis* Princ. Ald. — *cur * tam quamvis* Berald. — *cur, cum, quamvis* Lugd. Hot. Man. Cren.

12. *Aut cur*] Sic scripsi. — *ut cur* Princ. Berald. — *et cur* Ald. et seqq.

13. *protinus videtur non fuisse*] Sic scripsi. — *protinus videretur non fuisse* Lugd. Man. Sigon. — *protinus videretur fuisse* Princ. Berald. Ald. Lod. — *parcius videretur fuisse* Hot. Cren.

15. *esset*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *est* priores.

16. *nefaria*] *nepharia* Princ.

19. *Quid ego - - praedicem?*] Haec infra (p. 116. Hot.) rursus suo loco leguntur, additis aliquot verbis, quae hic desunt.

Ibid. *involaveris*] Legebatur *violaveris*. Vid. infra ad. p. 116. Hot.

existimo: mentitum Q. Metellum Pium, mentitam Africam: vidisse [113]
puto nescio quid illos iudices, qui te innocentem iudicarunt. O miser, qui non sentias, illo iudicio te non absolutum, verum ad aliquod severius iudicium ac maius supplicium reservatum!

Verine ergo simile est, haec eum Catilinae obiicere, si illo defendente absolutus esset? Praeterea movet me, quod, cum sint commentarii Ciceronis causarum, etiam defensionum, † commentarium aut principium ita quod iudicio absolutus est Catilina ut Clodius infamis fuerit praevaricatus esse: nam et reiectio iudicum ad arbitrium rei videbatur esse facta.

Populum vero, cum inspectante populo collum secuit hominis maxime popularis, quanti faceret ostendit.

Diximus et paulo ante, Marii caput Catilinam per urbem tulisse.

Me qua amentia inductus sit ut contemneret, constituere non

---

1. *mentitam*] *mentitum* Princ.

2. *vidisse puto nescio quid illos iudices*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *vidisse apud: nescia quid illa iudices* Princ. — *vidisse nescio quid apud illos iudices* Berald. — *vidisse apud * nescio quid illi iudices* Ald. — *fuisse nescio quid apud illas iudices* Lod.

6. *esset*] Legebatur *est*. Idem mendum paucos ante versus recte sublatum est a Manutio, ab eodem h. l. relictum.

7. *causarum, etiam defensionum*] Sic scripsi. — *eorum etiam def.* Princ. Berald. Ald. Lod. Lugd. Man. — *suarum etiam def.* Hot. Sigon. Cren. — Notandum est, in ed. princ. *causarum* sic scribi solere: *cārum.*

9. *commentarium - - - praevaricatus esse*] Corruptum hunc locum dedimus sic ut legitur in Princ. et Berald., nisi quod postremum vocabulum *esset* ex emendatione Madvigii scripsimus *esse;* de qua constructione vid. eius annotat. ad p. 93. Hot. Falso autem Madvigius (dissert. p. 49.) editioni I. tribuit lectionem *qui* pro *quod*, male intellecto, ut videtur, compendio, qua haec vox in illa editione scribitur. Maior eiusdem error est in eo, quod dicit, ceteras editiones ante Hotomanum a Princ. non differre nisi mutato vocabulo *esset* in *est* et asterisco addito. Nam Ald. Lod. Lugd. Man. sic habent: — *earum etiam defensionum, commentarii autem principium ita. quod iudicio absolutus est Catilina, ut Clodius infamis fuerit, praevaricatus est.* — *suarum etiam defensionum, commentarium tamen huius defensionis aut principium nullum inveniam. Itaque puto non defendisse, sed tantum de defendendo cogitasse: quod per haec ipsa negari non potest. Hoc autem iudicio absolutus est Catilina, infamia iudicum. Ut et Clodius infamis fuerit, quippe qui praevaricatus est.* Hot. Cren. Sigon. — „Ne esset obscurum, quid hoc loco velit Asconius, qui fere totus in aliis libris desideratur, adscribam Fabii Quintiliani locum ex libro decimo extremo Inst. or. *Plerumque,* (ait) *multa agentibus accidit, ut maxime necessaria et utique initia scribant, caetera, quae domo afferunt, cogitatione complectantur. Quod fecisse M. Tullium ex commentariis ipsius apparet: quos ad praesens modo tempus aptatos libertus Tiro contraxit.*" HOT. — „Hotomannus ex ep. ad Att. I. 2. supplevit. Lepidus est Robortellus, qui hunc locum integrum esse putat Adnott. II. 4. p. 67. nisi quod scribit *quod praevaricatus est.*" MADV.

11. *cum inspectante populo* cet.] Q. Cicero de petit. cons. c. 3. *Quid ego nunc dicam petere eum tecum consulatum, qui hominem carissimum populo Romano, M. Marium, inspectante populo Romano vitibus per totam urbem ceciderit, ad bustum egerit, ibi omni cruciatu lacerarit vivum, stanti collum gladio sua dextera secuerit, quum sinistra capillum eius a vertice teneret, caput sua manu tulerit, quum inter digitos eius rivi sanguinis fluerent.*

14. *inductus sit*] Legebatur *inductus est;* „cuius erroris in Asconii edit. I. tot exempla reperiuntur in hac ipsa voce *est*, ut satis pateat, antiquam scribendi rationem male expressam esse." MADV.

possum. Utrum aequo animo laturum putavit? At in suo familiarissimo viderat, me ne aliorum quidem iniurias mediocriter posse ferre.

Manifestum est, C. Verrem significari.

Alter pecore omni vendito et saltibus prope addictis pastores retinet, ex quibus ait se, cum velit, subito fugitivorum bellum excitaturum.

C. Antonium significat.

Alter induxit eum, quem potuit, ut repente gladiatores populo non debitos polliceretur; eos ipse consularis candidatus perspexit et legit et emit; praesente populo Romano factum est.

Q. Gallium, quem postea reum ambitus defendit, significare videtur. Hic enim eum esset praeturae candidatus, quod in aedilitate, quam ante annum gesserat, bestias non habuerat, dedit gladiatorium sub titulo, patri se id dare.

[114] *Quamobrem augere etiam mercedes si vultis, Q. Mucium † perverti legem impedire ut coepit senter cos. sed ego ea lege contentus sum, qua duos consules designatos uno tempore damnari vidimus.*

---

1. *aequo animo*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *aequo* (om. *animo*) Princ. Berald. Ald. Lod. — *aequiore animo* Sigon.

2. *At in s. f. viderat*] Madvigius. — *an in s. f. viderat* Princ. Berald. — *an in s. f. non viderat* Ald. et seqq. — „Vocabulum *non* additum est contra ad. primae auctoritatem; praeterea minus apte hoc loco *an* ponitur, quod sine dubio Cicero subiecit aliam contemptus causam adferens; nam nunc primam reiicit; itaque scriptum esse a Cicerone puto: *AT in s. f. viderat* cet.; haec est enim propria particula, quum statim huiusmodi interrogationibus refutatio adiungitur." MADV.

Ibid. *ne aliorum quidem iniurias*] Ald. et seqq. — *ne aliorum iniurias* (om. *quidem*) Princ. Berald.

4. *significari*] *significat* Princ.

5. *addictis*] Berald. Lod. et seqq. — *additis* Princ. Ald.

10. *eos*] Princ. — *quos* ceteri.

11. *emit; praesente*] „An *emit; id praesente?*" ORELL.

14. *bestias*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *uertias* Princ. et (asterisco addito) Ald. Lod. — *veritas* * Berald.

15. *patri*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *patris* priores.

16—17. *Quamobrem - - - ea lege* cet.] Sic corrupte Princ. Berald., a quorum lectione ita differunt Ald. Lod. Lugd. Man. Sig. Hot., ut *senten.* exhibeant pro *senter*, hic etiam v. *sed*, quod a libro manuscripto recte abesse affirmat F. Ursinus, omittat. — *Quamobrem augere etiam mercedes si vultis, Q. Mucium conantem legem impedire, ut coepit senatus, consules prohibete, sed ego ea lege* cet. Lamb. Cren. — „Satis constat, Q. Mucium Orestinum legi, quae ferebatur de ambitu, intercessisse, idque graviter senatum tulisse; videtur ergo senatores hortari ut S. C. praevertant Mucium legem impedientem. Quare hic locus ita videtur legendus: *Q. Mucium praevertite legem impedire, ut coepit, senatus consulto.* SIGON. — Vix sine ope manuscriptorum proficias in emendando: nisi quod pro *perverti* vereor ne legi debeat *perferri*, hoc sensu: *Si vultis P. C. praemia vestro augere, debetis Mucium, legem perferri impedire, ut coepit, cupientem, novo S. C. prohibere, quanquam ego quidem*, inquit, *facile lege Calpurnia contentus sum.* PATRIC. — His verbis Sigonius et Patricius caeterique Ciceronem senatum alloqui putaverunt, quum apertum sit et ex verbis *si vultis* et ex mercedis mentione et ex exitu sententiae Ciceronem in competitores invehi, eosque cum vehementi indignatione et contemptu in intercessione comparanda contra legem, qua ambitus tolleretur, perseverare iubere. Hoc invento, verborum quoque emendandorum, quae illi pro conclamatis reliquerunt, via in-

Legem Calpurniam significat, quam C. Calpurnius Piso ante triennium de ambitu tulerat. Quod autem dicit, damnatos esse designatos consules, P. Syllam et P. Autronium, de quibus iam diximus, vult intelligi. Cognomen autem Q. Mucio tribuno, quem nominat, fuit Orestinus.

Atque ut istum omittam, in exercitu Syllano praedonem, in introitu gladiatorem, in victoria quadrigarium —

De Antonio dici manifestum est. Sed dicit eum *in exercitu Syllae praedonem* propter equitum turmas, quibus Achaiam ab eo vexatam esse significavimus; *in introitu gladiatorem* pertinet ad invidiam proscriptionis, quae tum facta est; *in victoria quadrigarium*, quod, cum Sylla post victoriam Circenses faceret ita, ut honesti homines quadrigas agitarent, fuit inter eos C. Antonius.

Te vero, Catilina, consulatum sperare aut cogitare non prodigium atque portentum est? A quibus enim petis? A principibus civitatis? qui tibi, cum L. Volcatio cos. in consilio fuissent, ne petendi quidem potestatem esse voluerunt.

Paulo ante diximus, Catilinam, cum de provincia Africa decederet petiturus consulatum et legati Afri questi de eo in senatu graviter † pervenissent: professus deinde est Catilina, petere se consulatum. L.

---

venta est, si non certa, at probabilis tamen. Videtur enim Cicero ita scripsisse: *Quamobrem augete etiam mercedem, si vultis, Q. Mucii! Perseveret legem impedire, ut coepit senatus consultum; ego ea lege* cet. Malui *mercedem*; nam *mercedes* vix dicuntur nisi de reditibus plurium rerum. Error ortus ex *mercedē* sequente litera *s. Mucii* ex *Mucium* facio; potest *Muciū* non ita magno errore ex illo oriri; sed omnino in his rebus libertas maior est in Asconianis, quam in iis scriptis, in quibus vel unus codex nec ita bonus adhibitus est; hic Poggii et reliquorum errores corrigimus." MADV.

1. *Calpurniam - - Calpurnius*] *Calphurniam - - Calphurnius* Princ. Ald.
5. *Autronium*] Man. Sig. Cren. — *Antonium* Princ. Berald. Ald. — *Antronium* Lod. Lugd. Hot.

Ibid. *de quibus iam diximus*] Vid. p. 104. Hot.

9. *Achaiam*] Berald. et seqq. — *eamiam* Princ.

10. *significavimus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *significamus* priores. De re conf. pag. 110. seq. Hot. 13. *eos*] *cos.* Princ.

15. *A quibus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ex quibus* antiquiores: quas secutus essem, nisi mox legeretur *A principibus?* et in proximo fragmento *A senatoribus?* Nam locutio *petere ex aliquo* legitima videtur. Saltem nemo eam tentavit infra p. 117. Hot. in verbis Ciceronis: *An oblitus es, te ex me, cum praeturam peteremus, petisse ut* cet. Lexicis tamen deest.

Ibid. *A principibus*] *principibus* (omissa praepositione) Cren. Graev.

16. *cum L. Volcatio cos. in consilio fuissent*] Madvigius. — *cum L. Volcatius cos. in consilio fuisset* ceteri. „Haec nihil aliud significare possunt, quam principes consilium habuisse et Volcatium consulem adhibuisse; res autem ipsa cum Asconii auctoritate clamat Volcatium consilium habuisse et in id principes civitatis adhibuisse; necessario igitur scribendum est: *L. Volcatio cos. in c. fuissent*, neque in re certissima temeritatis crimen timendum." MADV.

20. *in senatu graviter pervenissent: professus deinde est Catilina*] Locum corruptum et mancum sic ut legitur in Princ. intactum reliquerunt Ald. Lugd. Man. — *in senatu graviter Romam pervenissent, professus deinde est Catilina* Berald. Lod. — *in senatu graviter praevenissent, professus deinde est Catilina* Sigon. — Hotomanus vero et seqq. lectoribus non monitis locum sic interpolaverunt (ex pag. 111 Hot.): *in senatu fuissent, graves multas sententias de eo dictas esse. Itaque quum professus deinde esset Catilina* cet.

Volcatius Tullus consul consilium publicum habuit, an rationem Catilinae habere deberet, si peteret consulatum: nam quaerebatur repetundarum. Catilina ob eam causam destitit a petitione.

A senatoribus? qui te auctoritate sua spoliatum ornamentis omnibus vinctum paene Africanis oratoribus tradiderunt.

[115] Diximus modo de hoc. Nam iudicium quoque secutum repetundarum, a quo ipse per infamiam liberatus est Catilina, sed ita, ut eum senatorum urna damnaret, equitum et tribunorum absolveret.

Ab equestri ordine, quem trucidasti?

Equester ordo pro Cinnanis partibus contra Syllam steterat, multasque pecunias abstulerant: ex quo saecularii erant appellati, atque ob eius rei invidiam post Syllanam victoriam erant interfecti.

A plebe? cui spectaculum eiusmodi tua crudelitas praebuit, ut te nemo sine gemitu ac recordatione luctus aspicere possit.

Eiusdem illius Marii Gratidiani quod caput gestarit, obiicit. Quo loco dicit Catilinam caput M. Marii gestasse:

Quod caput etiam tum plenum animae et spiritus ad Syllam usque ab Ianiculo ad aedem Apollinis manibus ipse suis detulit.

Omnia sunt manifesta. Ne tamen erretis, quod his temporibus aedes Apollinis in Palatio fuit nobilissima, admonendi estis, non hanc

---

1. *Volcatius Tullus consul*] *uolcatios tullus coss.* Princ.

2. *habere deberet*] „Forte *haberi deberent.*" GRAEV.

3. *repetundarum. Cat. ob eam causam*] *repetundarum Catilina, ob quam causam* Berald. Lod.

4. *A senatoribus*] Ald. et seqq. — *An senatoribus* Princ. — *An a senatoribus* Berald.

7. *per infamiam*] „An excidit *iudicum*, ut supra erat?" ORELL. Supra (p. 113. Hot.) verba *infamia iudicum* debentur Hotomani interpolationi.

8. *sed ita ut eum senat.*] Hot. Cren. et seqq. — *sedit autem senat.* Princ. — *sed ita ut senat.* Berald. Ald. Lod. Lugd. Man. Sigon.

Ibid. *tribunorum*] „An excidit *aerarii?*" ORELL. Si quid supplendum sit, supple *aerariorum*. Conf. pag. 98, 107, 129, 139, 158. et ad p. 94. Hot.

10. *Equester ordo*] *ei uidetur ordo* Princ.

11. *abstulerant*] *abstulerat* Lod. Ibid. *atque*] *multique* Hot. Cren.

13. *A plebe*] Haec duo verba cum superioribus iuncta Asconio tribuerunt Ald. Lod.

14. *ut te nemo sine gemitu ac recordatione luctus aspicere possit*] Madvigius. — *ut nemo sine gemitu ac recordatione luctus aspicere posset* Princ. Berald. Ald. Lod. — *ut nemo sine luctu aspicere, sine gemitu recordari posset* Lugd. Hot. Man. Cren. — „Ad mutandum Manutium impulisse videtur, quod, quo tempore spectaculum illud praeberetur, neminem luctus ex eo capti *recordari* potuisse videbat; voluit igitur *aspicere* ad illud tempus, *recordari* ad id, quod insecutum est, referri. Sed omnino Cicero, si de illo tempore locutus esset, ipsum luctum, non recordationem commemorasset; deinde aptius est ad Ciceronis consilium dicere, quo animo hoc ipso tempore plebs sit propter scelus antea commissum. Ne recte quidem dici videtur *spectaculum adspicere.*" MADV.

15. *Eiusdem illius*] *Eius illius* Princ.

Ibid. *gestarit*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *gestaret* Princ. Ald. — *gestarat* Berald. Lod.

Ibid. *obiicit*] *obit* Princ. 16. *Marii*] *mari* Princ.

18. *ad aedem Apollinis*] „In forum ad Syllam delatum scribit Plutarchus, manus autem in aede Apollinis Catilinam abluisse." HOT.

19. *erretis*] *eretis* Princ.

20. *fuit*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *sit* Lugd. Hot. Man. Cren. — „Per se quidem indicativus sine dubio praestat, quum rem sane certam ponat, et propter

a Cicerone significari, utpote quam post mortem etiam Ciceronis multis annis imperator Caesar, quem nunc Divum Augustum dicimus, post Actiacam victoriam fecerit: sed illam demonstrari, quae est extra portam Carmentalem, inter forum Olitorium et circum Flaminium. Ea enim sola tum demum Romae Apollinis aedes.

Quid tu potes in defensione tua dicere, quod illi non dixerint? * *quae tibi dicere non licebit* —

et paulo post:

Denique illi negare potuerunt et negaverunt: tu tibi ne infitiandi quidem impudentiae locum reliquisti. Quare praeclara dicentur iudicia tulisse, si, qui infitiantem Luscium condemnarunt, Catilinam absolverint confitentem.

Hic, quem nominat, L. Luscius, notus centurio Syllanus divesque e victoria factus (nam amplius centies possederat), damnatus erat non multo ante quam Cicero dixit. Obiectae sunt ei tres caedes proscri-

---

eam ne errent filii caveat; historiane hanc lectionem admittat, quaeritur; ac mihi sane tum alioquin probabile videtur, tum ex hoc loco fere certum, aedem illam Apollinis Palatini ab Augusto aedificatam Neroniano incendio conflagrasse, etsi de huius templi interitu nihil traditur." MADV. Reliquam viri eruditissimi de Palatini templi incendio dissertationem, qua magna lux affertur quaestioni de Asconii aetate, vid. apud ipsum, Append. p. 16. sq.

1. *utpote quam*] Madvigius, praeeunte Drakenborchio ad Liv. III. 63, 7. — *ne puto, quam* Hot. — *ut puto, quam* ceteri.

3. *Actiacam*] *atticam* Princ. 4. *Carmentalem*] *carmetalem* Princ.

5. *tum demum*] „Huius aetatis [Claudii et Neronis], non superioris, est usus particulae *demum* pro *tantum*." MADV. At haec significatio nostro loco parum apta est. Quis enim dixerit: *Ea enim sola tum* tantum *Romae Apollinis aedes*? Immo *tum demum* positum videtur pro *tum quidem*.

6—7. Fragmentum hoc dedimus sicut legitur in Beraid., nisi quod lacunae signum ante v. *quae* addidimus. — *Quid tu p. in def. t. dicere quod illi non dixerunt quae* cet. Princ. — *Quid tu p. in d. t. dicere? Quod illine dixerunt? Quae* cet. Ald. et (interrogationis signo post *dicere* in comma mutato) sequ. — „*Quis?* (sic) *tu* – – – *dicere: quod illi ne dixerunt quidem? tibi dicere* cet. Lamb. — *Quid? tu potes in d. t. dicere quod illi? quid si illi ea in sua defensiane dixerunt, quae tibi dicere non licebit?* Patricii suspic. — Mihi in mentem venit: *quod illi? nempe dixerunt*, ita ut haec duo postrema verba Asconii sint: vel potius inverso ordine: *dicere? Illine quod dixerunt? At tibi* cet." ORELL. — „Comparat Cicero Catilinam cum Luscio et Bellieno, hominibus propter scelera in turbis Sullanis commissa damnatis, Catilinaeque vel priorem esse causam, si accusetur, ostendit. Iam priorum huius fragmenti verborum sententia adparet. Negat Cicero Catilinam quidquam pro se dicere posse, quod non pro se Luscius et Bellienus dixerint. Legendum est igitur: *Quid tu p. in def. t. dicere, quad illi non dixerint?* Caetera non tam emendanda sunt, quam quid exciderit videndum: alterum enim erat, illos dicere potuisse, quae Catilina non possit; id hoc fere modo scripserat Cicero: [*illi multa dixerunt*,] *quae tibi dicere nan licebit*; propter vicinitatem verborum *dixerint* et *dixerunt* nonnulla omissa sunt." MADV.

9. *tu*] *ut* Princ.

10. *quidem impudentiae*] „*quidem* * *impudentiae* cum defectus signo Lamb. Nihil puto deesse. *Impudentiae locus infitiandi* est impudentia, quae facultatem et audaciam infitiandi praebet." ORELL.

11. *dicentur – condemnarunt*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *dicantur – condemnarint* priores.

14. *amplius centies*] *amplius* HS. *centies* Hot. Cren. et sequ. supplemento minime necessario.

[116] ptorum. Circa eosdem dies L. quoque Bellienus damnatus est, quem Cicero ait avunculum esse Catilinae. Hic autem Lucretium Ofellam, consulatum contra voluntatem Syllae ad turbandum statum civitatis petentem, occiderat iussu Syllae tunc dictatoris. His ergo negat ignotum esse, cum etiam imperitos se homines esse et, si quem etiam interfecissent, imperatori ac dictatori paruisse dicerent, ac negarent quoque: Catilinam vero infitiari non posse. Huius autem criminis periculum, quod obiicit Cicero, paucos post menses Catilina subiit. Post effecta enim comitia consularia et Catilinae repulsam fecit eum reum inter sicarios L. Lucceius paratus eruditusque, qui postea consulatum quoque petiit.

Hanc tu habes dignitatem, qua fretus me contemnis et despicis: an eam, quam reliqua vita es consecutus? cum ita vixisti, ut non esset locus tam sanctus, quo non adventus tuus, etiam cum culpa nulla subesset, crimen afferret.

---

1. *damnatus*] *dominatus* Princ.

Ibid. *proscriptorum. Circa eosdem dies L. quoque*] Scribebatur: *proscriptorum circa eosdem dies. L. quoque.* Veram distinguendi huius loci rationem primus perspexit Madvigius.

2. *Ofellam*] Sigonius, probante Orellio. — *Asellam* ceteri.

4—7. *His ergo negat — — — non posse*] Haec verba, falso ab omnibus et Asconii et Ciceronis editoribus M. Tullio tributa, Pediano restituimus, auctoribus Andr. Patricio et Madvigio, qui haec adnotavit: „Ciceroni illa tribuunt: *Is ergo negat* cet., in quo primum quaero, quis neget; deinde miror subito a Catilina orationem averti, et idem fere dici planius, quod breviter Catilinae instans ante dixerit. Tum vero absurdum est, Asconii verba Ciceronis verbis particula *autem* adiungi. Scilicet nihil apertius est, quam omnia illa verba Asconii esse."

5. *His ergo negat ignotum esse*] Madvigius, praeeunte in prooemiae mutando Patricio. — *Is ergo negat se ignarum esse* (Lamb.) Cren. — *Is ergo negat ignarum esse* priores.

Ibid. *etiam imperitos*] Princ. Berald. Lod. — *etiam illi imperitos* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. (Lego *et imperitos — — esse et* cet. OR.)

7. *ac negarent quoque: Cat.*] Sic scripsi, respiciens verba Ciceronis: *illi negare potuerunt et negaverunt.* — *ac negare quoque; Cat.* Princ. Berald. Lod. — *ac negare quoque * Cat.* Ald. — *ac negare quoque posse: Cat.* Lugd. Hot. Man. Cren. — *ac negare quemquam posse: Cat.* Sigon. — *ac negare quoque possent; Cat.* Madvigius.

Ibid. *Huius autem criminis* cet.] „Totus locus ita debet legi: *Huius autem crim. per. q. ob. Cic. p. ante m. Cat. subiit. Eum enim reum* cet. Vel, si *paucos post menses* legas, intellige post damnationem L. Bellieni et L. Luscii centurionis, de quibus paullo ante locutus erat." Robortellus (Annot. p. 54.): quem refutavit Sigonius Emendatt. p. 119. seq.

10. *L. Lucceius*] Legebatur *L. Lucullus.* Correxit Crevierius. Vid. Ernestius in Ind. hist. s. v. *L. Lucullus.* — *L. Aemilius Paulus* legendum putarat Ferratius Epist. I. 7.

Ibid. *paratus*] *peritus* Berald. Lod. — Orellius, neutra harum editt. visa: „Si in Cicerone versarer, proponerem: *vir peritus* vel *promptus.*" Habet sane aliquid offensionis adiectivum *paratus* sic nude positum, mutandum tamen non puto, sed supplendum *ad dicendum.* Conf. in Scaur. p. 131. Hot. *adolescente parato ad dicendum* et in Milon. p. 150. Hot. *Fuit autem paratus ad dicendum.*

13. *eam, quam reliqua vita es consecutus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *eam qua reliquam vitae consecutus* Princ. — *eam qua reliquum vitae consecutus* Berald. Ald. Lod.

14. *ut non esset locus tam sanctus* cet.] Q. Tullius de petitione consulatus c. 3.: *Nullum in locum tam sanctum ac tam religiosum accessit, in quo non, etsi in aliis culpa non esset, tamen ex sua nequitia dedecoris suspicionem relinqueret.*

Fabia, virgo Vestalis, causam incesti dixerat, cum ei Catilina obiiceretur, eratque absoluta. Haec Fabia quia soror erat Terentiae Ciceronis, ideo sic dixit: *etiam si culpa nulla subesset.* Ita et suis pepercit et nihilo levius inimico summi opprobrii turpitudinem obiecit.

Cum deprehendebare in adulteriis; cum deprehendebas adulteros ipse; cum ex eodem stupro tibi et uxorem et filiam invenisti.

Dixit Catilinam adulterium commisisse cum ea, quae ei postea socrus fuit, et ex eo stupro duxisse uxorem, cum filia eius esset. Hoc Lucceius quoque Catilinae obiicit in orationibus, quas in eum scripsit: nomina harum mulierum nondum inveni.

Quid ego, ut involaveris provinciam, praedicem, cuncto populo Romano clamante ac resistente. Nam ut te illic gesseris non audeo dicere, quoniam absolutus es.

Dictum est iam saepius, Catilinam ex praetura Africam obtinuisse [117] et accusante eum repetundarum P. Clodio absolutum esse.

Praetereo illum nefarium conatum tuum et paene acerbum et luctuosum rei publicae diem, cum Cn. Pisone socio neque alio nemine caedem optimatum facere voluisti.

Quos nominat, intelligitis. Fuit enim opinio, Catilinam et Cn. Pisonem, adolescentem perditum, coniurasse ad caedem senatus facien-

2. *eratque absoluta. Haec Fabia quia* cet.] Sic verba distinxerunt Princ. Berald. — *eratque absoluta haec Fabia, quia* cet. Ald. et seqq., in qua distinctione, ut vere monuit Madvigius, abundant voces *haec Fabia*, et mirum quoque, tantum valuisse Ciceronis adolescentis auctoritatem.

3. *dixit*] *dicit* Sigon.

4. *opprobrii*] *obprobrii* Princ.

7. *Dicit Catilinam*] Berald. — *Dicitur Catilinam* Princ. Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *Dicitur Catilina* Lod. Idem voluit Madvigius. Sed ut Beraldi emendationem praeferrem fecit, quod Asconius infra addit: *Hoc Lucceius quoque Catilinae obiicit.* Unde apparet, eum non de rumore vulgi, sed de singulorum Catilinae adversariorum exprobrationibus loqui.

8. *et ex eo stupro*] *et ea nam stupro* Princ. (An in *nam* latet *natam?* OR)

Ibid. *Hoc*] Princ. Berald. — *haec* ceteri.

9. *Lucceius*] Man. Sigon. — *lucrecius* Princ. — *Luceius* reliqui.

11. *ego*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ergo* priores. — Q. Tullius de petit. cons. c. 3. *Quid ego nunc tibi de Africa, quid de testium dictis scribam?*

Ibid. *involaveris provinciam*] Edebatur *violaveris provinciam*, ad quam lectionem haec annotavit Andr. Patricius: „Quoniam de menda magno opere vereor, incommoditatem eius orationis considerans, quod, quem violasse provinciam dixerit, is ut se in provincia gesserit, non audere se dicit dicere, idcirco pro *violaveris* legerem *vi occupaveris*, vel *vi invaseris provinciam*, vel denique *vi involaveris in provinciam*, vel sane praecise *involaveris in provinciam*, vel aliquid tandem huic simile. Cui demum lectioni accommodatissime respondet, quod statim sequitur, *Pop. R. clamante ac resistente.*" Madvigius: „Indigno modo neglecta est egregia emendatio. Si, quemadmodum se Catilina in provincia gesserit, non audet dicere, sane, ut illam violaverit, non est cur audeat. Praeterea aliquid coram populo Romae gestum significatur; nam provinciam violanti cunctus populus reclamare ac resistere non poterat. Itaque, quamquam *violaveris* est etiam p. 112. Hot., tamen recte Patricius *involaveris in provinciam* emendat. Caetera, quae proposuit, improbanda sunt." Nos Patricium ita sumus secuti, ut praepositionem, quippe inutilem, reiiceremus, sicque minus etiam a vulgata lectione discederemus.

17. *rei publicae*] Sic (i. e. *r. p.*) Princ. Berald. — *Ro. Po.* Ald. — *populo Romano* Lod. et seqq.

19. *Fuit enim opinio* cet.] Conferatur Salustius in Catilina c. 18.

dam ante annum quam haec dicta sunt, Cotta et Torquato consulibus, camque caedem ideo non esse factam, quod prius, quam parati essent, coniuratis signum dedisset Catilina. Piso antem, cum haec dicerentur, perierat. In Hispaniam missus a senatu per honorem legationis, † ut avus suus ablegaretur, ibique, dum iniurias provincialibus facit, occisus erat, ut quidam credebant, a Cn. Pompeii clientibus, Pompeio non invito.

An oblitus es, te ex me, cum practuram peteremus, petisse, ut tibi primum locum concederem? Quod cum saepius ageres et impudentius a me contenderes, meministi me tibi respondere, impudenter te facere, qui id a me peteres, quod a te Boculus nunquam impetrasset?

Diximus iam supra, Syllae ludis, quos hic propter victoriam fecerit, quadrigas C. Antonium et alios quosdam nobiles homines agitasse. Praeterea Antonius redemptas habebat ab aerario vectigales quadrigas, quam redemptionem senatori habere licet per legem. Fuit autem notissimus in circo quadrigarum agitator Boculus.

Dicit de malis civibus:

Qui, posteaquam illo conati erant Hispaniensi pugiunculo nervos incidere civium Romanorum, non potuerunt: duas uno tempore conantur in rem publicam sicas destringere.

Hispaniensem pugiunculum Cn. Pisonem appellat, quem in Hi-

---

4. *perierat. In Hispaniam missus* cet] Legebatur *perierat in Hispania, missus* cet., in quibus neminem adhuc offendisse satis mirum. Vide enim, quam inepte sese excipiant: *perierat in Hispania ibique occisus erat.* Contra ex nostra distinctione, addita una litera, quae centies in Princ. male vel omissa vel adiecta est, et ante eandem literam facilius etiam excidere potuit, omnia satis bene congruunt.

Ibid. n] *et* Princ.

5. *ut avus suus ablegaretur*] „Absurdum hoc. Popma volebat: *ut avidius ablegaretur* aeque inepte. Quid? si fuit: *ut ab urbe scilicet ablegaretur. scilicet* per compendium scriptum multis iam peperit errores." ORELL. Idem fere proposuerat Robortellus Emendatt. p. 69.: — *ut ab ur.* (i. e. *urbe*) *ablegaretur*; collato Salustio In Catil. c. 19. — *ut ab suis ablegaretur*, vel, *ut a consciis ablegaretur*, vel, *ut anno is suo ablegaretur* Sigon. Emendatt. p. 199.

Ibid. *ibique*] *ibine* Berald. — *ubique* Ald. Lod.

10. *quod a te Boculus*] „Sic de certissima Ant. Augustini coni. dederunt Sigonii editores Mediolanenses. [Ipse Sigonius retinuerat vulgatam lectionem.] Possumus etiam missas facere voculas *a te.* — *quod avunculus* ceteri. — *quod a Boculo* Schütz ii susp. Sed sic ridicule Cicero semet ipsum committeret cum agitatore. Longe salsius alterum." ORELL.

11. *impetrasset*] Inter hanc et sequentem vocem cum fragmentorum editoribus verba Ciceronis, quae supra leguntur p. 111. seqq. (*Nescis me praeturem - - - esse subiectum?*) inseruit Cren.

12. *Diximus iam supra*] Vid. p. 114. Hot.

Ibid. *ludis*] *ludus* Princ.

16. *in*] *id* Princ.

17. om. Lod.

18. *Qui posteaquam illo conati* cet.] Princ. Berald. — *Qui posteaquam illo, ut conati* cet. Ald. et seqq.

Ibid. *pugiunculo*] *puguincula* Princ.

20. *in rem publicam sicas destringere*] „Sic Patric. coni. Lamb. cfr. Q. Cic. Petit. cons. c. 3. Beier Offic. T. 2. p. 51." OR. — *in re publica* (*in re. p.* Princ. Berald.) *sicas distringere* ceteri.

spania occisum esse dixi. *Duas sicas* Catilinam et Antonium appellari manifestum est.

Hunc vos scitote Licinium gladiatorem iam immisisse † capillum Catilinae indic. quā Q. ue Curium hominem qnaestorium. [118]

Curius hic notissimus fuit aleator, damnatusque postea est. In hunc est hendecasyllabus Calvi elegans:

Et talis Curius pereruditus.

Huic orationi Ciceronis et Catilina et Antonius contumeliose responderunt, quod solum poterant, invecti in novitatem eius. Feruntur quoque orationes nomine illorum editae, non ab ipsis scriptae, sed ab Ciceronis obtreetatoribus: quas nescio an satius sit ignorare. Caeterum Cicero consul omnium eousensu factus est: Antonius paucnlis centuriis Catilinam superavit, cum ei propter patris nomen paulo speciosior manus suffragata esset quam Catilinae.

---

1. *dixi*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *dicit* antiquiores.

4. *capillum Catilinae indic. quā. Q. ue Curium*] Sic corrupte Princ. — *cupidum * Catilinae indic. quam, Quive Curium* Berald. Lud. — *cupidum Catilinae Iudic. * quam Q. ve Curium* Ald. — *cupidum Catilinae, iudices, Quintumque* Lugd. Man. Sig. Hot. — *cupidum Catilinae, iudices, Q. Carium* Cren. — „Minime patres conscriptos *iudices* appellare poterat." OR. Madvigius cavendum esse monet, ne quis, reperta illa locutione *immisisse capillum*, veram lectionem se reperisse putet. „Video enim," inquit, „fingi aliquid posse de Licinio capillum promittente in Catilinae, sodalis, iudicio, quod facile refutari potest. Videtur latere nomen hominis (*C. Attilium* aut simile quid), qui iudex Catilinae fuerit."

5. *Curius*] Intelligendum esse M'. Curium, M. Antonii familiarem, hominem dissolutum et famosum aleatorem, qui a Cicerone Or. Philipp. V. 5. memoratur, monuit Weichert in Poëtarum Latin. Reliq. p. 156.

6. *hendecasyllabus*] *endesyllabus* Princ.

7. *ta is*] *talus* Princ.

9. *responderunt*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *responderant* priores.

10. *editae, non ab*] *aeditae ab* Princ.

11. *ab Ciceronis obtrectatoribus*] „E contraria Tullii admiratorum schola profectae sunt orationes subditicise quattuor vel quinque. Notabilis admodum locus." ORELL.

Ibid. *satius*] *sacius* Princ.

13. *patris*] *patr.* (sic) Princ.

14. *quam Catilinae*] Crenius inepte addit: *Extremum deest.*

ADDENDA.

Pag. 3. lin. 15. *possent habere*] *possent hinc* Cod. Florentinus, teste Niebuhrio (Hist. Rom. Vol. II. p. 91. ed. 2.), qui inde legendum putavit *possiderent*.

Ibid. l. 16. *petendi magistratus* omisso v. *gratia* habet etiam Cod. Florent. eodem Niebuhrio teste l. l., cui placet *petendis magistratibus*. Equidem nunc malim *gerendis magistratibus*.

Pag. 13. l. 14. *et Antiochi regis filio*] Drakenborch ad Livii Epitom. libri XLI. satis probabiliter restituit *et Antiocho Antiochi regis filio*.

PSEUDO - ASCONIUS

IN

M. TULLII CICERONIS

ORATIONEM

IN Q. CAECILIUM

QUAE DIVINATIO DICITUR.

ARGUMENTUM.

Cn. Pompeio primum et M. Crasso coss. C. Verres, perfunctus [1]
quaestura, legatione, praetura urbana, patre C. Verre, et praetextato filio, et filia nupta, uxorem habens, cum successisset in Sicilia C. Sacerdoti praetori, eamque non sibi succedente Arrio per triennium tenuisset, atque in ea fuisset libidinose, avare crudeliterque versatus, succedente tandem in eadem provincia Metello, repetundarum reus ab Siculis postulatus est: qui omnes, praeter Syracusanos ac Mamertinos, M. Tullium, illo tempore florentem defensionibus amicorum, ad accusandum descendere compulerunt, iam pridem illis necessitudine copulatum, quod quaestor in Sicilia fuisset Sex. Peducaeo, et quod, cum decederet, in illa oratione, quam Lilybaei habuit, multa iis be-

---

Huic commentario in editt. Princ. et Berald. index praemittitur hic: ARGUMENTUM DIVINATIONIS, qui quomodo a sequentibus editoribus pro cuiusque arbitrio mutatus et auctus sit indicare, in tali praesertim scriptore, nihil attinet.

2. *perfunctus quaestura*] *profunctus questura* Princ.

Ibid. *legatione, praetura*] *legatione et praetura* Hot. Cren.

Ibid. *patre*] *vivo patre* Hot. Cren. et seqq.

3. *et filia nupta*] *ac filia nupta* Hot. Cren. „Generi meminit Cicero lib. II. 20." ZUMPT. 4. *Arrio*] *Arrheio* Ald.

6. *in eadem provincia*] *in eandem provinciam* Berald.

Ibid. *Metello*] *L. Metello* Hot. Cren. et seqq.

7. *postulatus*] *appellatus* Ald. Lugd. Man. — „Meus vetus codex recte *postulatus*." GRAEV.

Ibid. *praeter Syracusanos*] *preter syrracusanos* Princ.

10. *fuisset Sex. Peduceo*] Princ. — *fuisset, praetore Sex. Peduceo* ceteri.

Ibid. *et quod, cum*] *et cum* Lod. 12. *Lilybaei*] *lilibei* Princ.

11. *iis*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *his* priores.

nigne promisisset. Accessit his non ignobilis futura ideo de Verre victoria, quia a Metellis, Scipionibus, et multis aliis nobilibus viris, et praecipue ab Hortensio ipso defenderetur, facile et principe in senatu propter nobilitatem, et in foro ob eloquentiam rege causarum, et eodem consule designato cum Q. Metello, fratre Metellorum, alterius praetoris

[2] Siculi, alterius praetoris urbani. His ita constitutis exstitit Q. Caecilius Niger, domo Siculus, et quaestor Verris et eiusdem, ut ipse dicebat, inimicus, qui se potius accusatorem contenderet constitui oportere, has afferens causas: unam, quod ab eo laesus et ob hoc iure illi sit inimicus, quare praevaricator esse non possit; alteram, quod, cum quaestor ei tum fuerit, etiam ipse in quaestura crimina noverit Verris; tertiam, quod Siculus pro Siculis agat. Huiuscemodi propositionibus Cicero designatus aedilis his capitibus respondet: accusatorem eum esse oportere, qui invitus cogitur religionis officio, rogatus ab omnibus Siculis; qui pro re publica agit; quem volunt, qui accusant; quem metuit, qui accusatur; qui idoneus est facundia innocentiaque; qui hoc facit imitatione maiorum. Divisio principalis: una de se ipso, altera de contentione sui et Caecilii.

---

1. *his*] Lod. et seqq. — *eis* Princ. Berald. Ald.

Ibid. *futura ideo de*] Orellius. — *futura id de* Princ. — *futura de* ceteri.

3. *ab Hortensio ipso defenderetur*] „Hortensii oratio pro Verre circumferebatur Quintiliani tempore; vide Iustit. Orat. X. 1, 23. Sed fictam puto." ZUMPT.

6. *alterius praetoris urbani*] *alterius urbani* (om. *praetoris*) Lod.

7. *domo Siculus*] *homo Siculus* Lod. Hot. Cren. — „Quia video esse, qui legendum putent *homo Siculus*, non alienum fuit veterem locutionem exemplis confirmare. dixit Plautus, *domo Carthaginiensis:* Virgilius, *qui Caerete domo:* Horatius, *unde domo:* et in antiquis lapidibus, *domo Perusia*, *domo Aricia*, cet. de quo loquendi genere vide quas collegit lapidum inscriptiones Aldus filius in suo de orthographia libello in verbo, *Arretium*." MANUT. — „*Homo* etiam Popma, nec sane perperam; cum MSorum iis auctoritatem non defuisse credendum sit [cave credas, lector!]; monent enim, cum emendant. Vide Gronov. II. Obs. 13. qui hoc probat et illustrat." GARAT.

8. *contenderet constitui*] *contenderet se constitui* Princ. Berald.

10. *possit*] Ald. et seqq. — *posset* Princ. Berald.

11. *etiam ipse in quaestura*] Graevius e codice suo. — *etiam ipse in quaestione* priores. — „Aut *quaestura* legendum, aut pro quaestura quaestionem posuit." HOT. — „Oratio languet. Itaque alii [Gronovius] olim *etiam sine inquisitione*. Ipse in textus descriptione *etiam sine quaestione* scribendum esse putavi. [Hoc idem mihi quoque in mentem venerat.] Sed non opus est elegantiam orationis requirere, ubi non videtur fuisse." ZUMPT.

13. *designatus aedilis*] „Ipse Cicero, quo tempore cum Caecilio contendit nondum se aedilem designatum fuisse, satis plane in Divinatione [XXI. 69.] demonstrat his verbis: *Nemo mirabatur in Africano illo, quod in me nunc, homine parvis opibus ac facultatibus praedito, simulant sese mirari, cum moleste ferant: quid sibi iste vult? accusatoremne se existimari qui antea defendere consueverat? nunc praesertim ea iam aetate, cum aedilitatem petat.*" MANUT. in edit. postr.

Ibid. *his capitibus*] *his sex capitibus* Hot. Cren. et seqq.

14. *religionis officio*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *religione officii* Lugd. Hot. Man. Cren. 15. *agit*] Sic scripsi auctore Orellio. Legebatur *agat*.

16. *facundia innocentiaque; qui*] Lod. — *facundia innocentia: qui* Princ. Ald. — *facundia innocentiae, qui* Berald. — *facundia et innocentia; qui* Lugd. Hot. Man. Cren.

17. *una, de se ipso, altera de*] Lod. et seqq. — *suum adesse ipso alteram de* Princ. — *una de se ipso, alteram de* Berald. — *unam de se ipso, alteram de* Ald.

Divinatio dicitur haec oratio, quia non de facto quaeritur (haec coniectura), sed de futuro, quae est divinatio, uter debeat accusare. Alii ideo putant divinationem dici, quod iniurati iudices in hac causa sedeant et, quod velint, praesentire de utroque possint; alii, quod res agatur sine testibus et sine tabulis, et his remotis argumenta sola sequantur iudices et quasi divinent.

Agitur autem causa senatoriis iudiciis in invidia apud populum constitutis de corruptione multorum, vexatis provinciis omnibus, ac sociis populi Romani fessis toto orbe terrarum, accusatoribus praevaricatione infamibus, flagitante plebe iudicia equestris ordinis, quae fere ante annos X. victor Sylla sustulerat, cognoscente de pecuniis repetundis M'. Glabrione praetore, et amplissimis quibusque senatorii ordinis iudicantibus, summa exspectatione cunctorum.

Genus causae, honestum; status, qualitas negotialis comparativa [3] de constituendo accusatore, qui potissimum de duobus, aut qui solus accuset; dicit enim Caecilius, aut a se accusandum esse Verrem, aut a se quoque.

ENARRATIO.

(§. 1.) *Si quis vestrum, iudices*] Hoc toto capite soloecismi species continetur, nisi addas ET aut IDEM, ut sit: *et nunc subito*

---

2. *haec coniectura*] Princ. Berald. Ald. Lugd. Man. — *hac coniecturn* Lod. — *et coniectura* Hot. Cren. — „Quidam [Gronovius] transponunt ita: *non de facto quaeritur, sed de futuro, quae est divinatio et coniectura.* Editio Oporini habet; *haec coniectura.* Nihil hic sani cernitur: nec ulla suppetit certa emendatio." GARAT. Immo nihil antiqua lectione sanius, si modo recte interpreteris: Coniectura est, ubi de facto quaeritur, divinatio, ubi de futuro quaeritur. Zumptius contulit verba auctoris ad Herenn. lib 1. cap. 11. *Coniecturalis constitutio est, cum de facto controversia est.* Si quid mutandum sit, adde *est* ante *sed* cum Orellio.

4. *sedeant et, quod*] *sedeant ut quod* Hot. Cren. et seqq.

Ibid. *praesentire*] Lod. et seqq. — *praesenti* anteriores.

6. *sequantur*] *sequentur* Princ.

7. *autem*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *enim* priores.

8. *de*] om. Ald. et seqq. 9. *fessis*] *infestis* Lod.

9. *terrarum, accusatoribus*] *terrarum, libidine et iniquitate Romanorum magistratuum, accusatoribus* Hot. Cren. — „His verbis [*lib. et iniq. R. m.*] lacunam repleri posse putavi antiqui codicis: quum etiam antea mutilatum esse hunc locum satis intelligi posset ex verbo *fessis.* Sumpta autem a nobis haec sunt ex illo Ciceronis loco, qui est in oratione quinta Verrina, ad quem respexisse videtur Asconius: *Locus intra Oceanum iam nullus est, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quo non per haec tempora nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit.*" HOT.

Ibid. *prevaricatione infamibus*] *praevaricatore infantibus* Princ.

10. *iudicia*] *iudici* Princ. 10. *fere*] *ferre* Princ. — *ferme* Hot. Cren.

12. *M'. Glabrione*] Man. — *M. Glabrione* ceteri.

18. *ENARRATIO*] om. Princ. Berald.

19. *Hoc toto capite*] Lugd. Hot. Cren. — *haec tota capite* Princ. Berald. Ald. Lod. Man. — „*Hoc toto capite* non dubito, quin sit legendum." MANUT. in ed. post.

20. *nunc subito*] Princ. Berald. Lod. Recte, opinor. — *subito nunc* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. et seqq. cum editt. Ciceronis.

mutata voluntate ad accusandum descenderim: quare multi non *descenderim* legunt, sed *descendere*.

Eorum qui adsunt] Coronam populi dicit circum subsellia stantem.

In causis iudiciisque publicis.] Iam hoc contra Caecilium est, qui nunquam sui periculum fecit.

Causis iudiciisque publicis] Causae etiam privatae sunt; sed repetundarum, ambitus, maiestatis et caeterae rei publicae causa constitutae sunt.

Una et id, quod facio, probabit] Principalis divisio huius causae bipartita est, utrum recte Cicero accuset, et utrum Caecilio sit anteponendus.

(§. 2.) *Cum quaestor*] Narrationem in exordio multi admirantur † hac reprehensione, sed non recte. Est enim argumentalis narratio ad priorem divisionem, in qua quaeritur, an recte Cicero ex defensore accusator effectus sit.

Siculis omnibus] Oratorie. Cum enim a duobus quaestoribus Sicilia regi soleat, uno Lilybaetano, altero Syracusano, ipse vero Lilybaetanus quaestor fuerit Sex. Peducaeo praetore, omnibus tamen se placuisse dixit.

Veteribus patronis multis] Siculi veteres patronos habent; in quibus Marcellos a M. Marcello ortos, qui Syracusas victor servavit incolumes; Scipiones, quorum auctor P. Scipio Africanus Carthagine
[4] excisa Siciliae ornamenta retulit sua, quibus quondam a Poenis victoribus spoliata erat; Metelli, quorum familia proxime Siculis patrocinium praebuit, cum fuerit Lepidus in ea provincia praetor, instantibus ad accusandum eum Metellis duobus, Celere et Nepote.

Populati atque vexati] *Populati* avaritia, *vexati* libidine et crudelitate.

Cuncti] Simul omnes, quasi coniuncti.

---

4 et 5. Scholion hoc totidem verbis quot exhibuimus legitur, sed infra (§. 2.) inter illa *Cuncti* cet. et *Causam defensionemque* cet. positum, in Princ. Berald. Ald. Lod. Lugd. Man. — Hotomanus vero, Crenius et seqq. cum sequente ita iunxerunt: *Causis iudiciisque publicis*] *Iam hoc c. C. est q. n. s. p. fecit. Causae* a u t e m *etiam* cet.

7. *caeterae – constitutae*] *coetera – constitute* Princ.

12 — 15. Huius scholii et sequentis sedes permutata est in omnibus edit. ante Crenianam.

12. *admirantur hac reprehensione*] Princ. Berald. Ald. Lod. corrupte. — *admirantur ac reprehendunt* Lugd. Hot. Man. Cren. — Puto auctorem scripsisse *admirantur hanc cum reprehensione*.

16. *Oratorie*] Sic scripsi. — *oslatorie* Princ. — *elatorie* ceteri.

17. *Lilybaetano – – Lilybaetanus*] Ald. et seqq. — *lilibitono – – lilibitonus* Princ. ubique. — *Lilybitono – – Lilybitanus* Berald.

20 *habent*] Princ. Berald. Ald. — *habebant* Lod. et seqq.

21. *Marcellos – – ortos*] Schützius de Gronovii coni. — *Marcellus – – ortus* ceteri.

Ibid. *a M. Marcello*] Legebatur *a Marcello*, omisso praenomine. Cf. ad §. 13.

25. *cum fuerit Lepidus*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *cum fuit reus Lepidus* Lugd. Man. — *cum fuit reus M. Lepidus* Hot. Cren.

Causam defensionemque] † Causae ingerunt quas iusto defensionem et mire vult esse, non accusationem.

Saepe esse pollicitum] In ea oratione, quam decedens Lilybaei habuit.

(§. 3.) *Venisse tempus aiebant*] Ut Terentius:

Hoc hercle factum est: fac, ut promissa appareant.

Sese iam ne deos quidem in suis] Mire imitatus est verba Siculorum dolore oxymora et iuania, quasi deos non habeant, qui simulacra perdiderunt.

Delubris] Templa esse delubra hic aliter ostendit Tullius, aliter cum dicit *templis atque delubris.* Sunt qui *templa* esse dicant singulorum dis attributorum locorum, *delubra* multarum aedium sub uno tecto a diluvio pluviae munitarum. Alii delubra dicunt ea templa, in quibus sunt labra corporum abluendorum more Dodonaei Iovis aut Apollinis Delphici, in quorum delubris lebetes tripodesque visuntur. Sunt etiam, qui delubra ligna delibrata, id est decorticata, pro simulacris deorum more veterum posita existiment, sed male.

Per triennium] Exspectabant Arrium in provincia Sicilia successurum Verri, qui non successit. Hinc in triennium Verris praetura duravit.

Rogare et orare] *Rogare*, ut hominem, *orare*, ut deos: iam enim, quibus id facerent, non habebant.

Quos me incolumi nemini supplices esse oporteret] Superbissi-

---

1. *Causae ingerunt quas iusto defensionem et mire vult*] Sic corrupte Princ. — *Causoe ingerunt, quas iuste defensionem et mire defensionem vult* Berald. — *Causae ingerunt, quos iusto defensionem, et mire defensianem vult* Ald. — *Causae ingerunt quasi iustoe defensionem et mire defensionem vult* Lod. — *Causo genus est ad accusationem, et defensionem. et mire defensionem vult* Lugd. Hot. Mao. Creo. — „*Causa genus est*] Danesii. Vetus, *causae ingerunt quas iuste defensionem et mire* cet." HOT. (Au: *Causam ingerit, ut quae sit iusta, et defensionem mire vult* cet. Or.)

3. *Lilyboei*] *lilibei* Prioc. ubique. 5. *Terentius*] Eunuch. II. 3, 19.

9. *perdiderunt*] *prodiderunt* Princ.

10. *Delubris. Templo esse delubra hic*] Sic scripsi. — *Delubra templa esse. delubra hic* Princ. Berald. — *Delubra, templo esse* ² *delubra hic* Ald. — *Delubra templa esse hic* Lod. — *Ex delubris*] *Ex templis, etsi delubrn hic* Lugd. Man. — *Delubra vero templa esse, hic* Hot. Cren. et seqq.

11. *delubris. Sunt qui*] Sic scripsi. — *delubris et qui* Princ. — *delubris. Sunt et qui* Berald. Lod. — *delubris, et sunt qui* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren.

14. *sunt lobra*] Lugd. Hot. Mao. Cren. — *nunc delubra* Princ. Berald. Ald. — *nunc sunt delubrn* Lod.

Ibid. *abl. more Dod.*] *abl. mortuorum, ut Dod.* Hot. Cren. — *abl. ut Dod.* Schütz. — „Vocem *mortuorum* delet Lipsius ad Tacit. IV. Hist. 53. Vere." GARAT.

15. *lebetes*] *libetes* Princ.

16 *decorticato*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *de coriata* priores.

17. *sed male*] „Vide Vossii Etymologicum. GRAEV. Et de Analogia II. 30. Serv. ad II. Aen. 225. eadem latius." GARAT.

18. *Exspectabant*] Sic scripsi. Legebatur *Expectabat.* Sed singulari numero hic locus non est.

Ibid. *Arrium in provincia*] Lugd. Man. Cren. — *Arrheium in provincio* Ald. — *Arrium provincia* Princ. Berald. Lod. Hot.

21. *hominem*] *homines* Man.

22. *id facerent, non habebant*] *id facerent non facerent nan habebant* Princ.

mum videretur, si addidisset *alteri*, ut esset: *nemini alteri.* Iam hoc
[4] non addidit, quasi nec ipsi Tullio supplicare debeant; at intelligitur: quamquam, cum anaphora sit ad personam Siculorum, non videtur invidiose orator dicere, quae Siculos dixisse commemorat.

(§. 4.) *Graviter et acerbe*] *Graviter*, quod accusare nolebam; *acerbe*, quod Siculorum iniuriis affligebar.

(§. 5.) *Multorum bonorum exemplo*] Ipse mox dicet, quo exemplo optimorum virorum.

Vetere consuetudine] Qua viri robustiores accusare consueverant, non, ut nunc, adolescentuli.

Non ex meo] Ut Caecilius, qui inimicitias persequitur suas.

(§. 6.) *In Achaia, Asia*] In his provinciis legatus et pro quaestore Dolabellae C. Verres flagitia multa commisit.

Romae denique] In praetura urbana.

(§. 7.) *Populatae, vexatae*] Non a Verre tantum, sed ab omnibus. Hoc enim vult intelligi, prodesse velle rei publicae accusationis exemplo.

Socii] Non Siculi tantum, sed per omnes provincias.

(§. 8.) *Accusatores se idoneos non habere*] Caecilium tangit.

Populus Romanus interea, tametsi multis incommodis] His enim X. annis victore Sylla civilibus bellis spoliatus est populus Romanus potestate tribunicia, iudicandi iure, quod habuit † per equites Romanos militaris, arbitrio creandorum sacerdotum, senatus aut iudicum.

Difficultatibus] Propter plebem rusticam, quae partim agros, partim ius civitatis amisit, partim omnino proscripta est victore Sylla, quod plebs Romana de Marianis partibus fuerit. *Difficultate* enim *paupertatem* significat. Terentius e contrario:

Quam vos facillime agitis!

et ipse alibi: *In summa difficultate esse nummaria.*

---

1. *Iam*] Sic scripsi. — *nam* Princ. Berald. Ald. Lod. Lugd. Man. — *nunc* Hot. Cren.

2. *debeant; at intelligitur*] Sic scripsi. — *debeant intelligitur* Princ. Berald. Ald. Lod. — *debere intelligatur* Lugd. Hot. Man. Cren.

3. *videtur*] *videretur* Hot. Cren.

9. *Vetere*] Apud Ciceronem etiam a recentissimo Verrinarum editore, Zumptio, scribitur *veteri*. Cum nostro interprete consentit enarrator anonymus.

Ibid. *Qua*] Lod. — *quia* ceteri.

11. *Non ex meo*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *non tam ex eo* Princ. Berald. Ald. — *Non tam ex meo* Lod.

Ibid. *persequitur*] Hot. Cren. et seqq. — *prosequitur* priores.

12. *legatus*] *legatos* Princ. Berald.

13. *Dolabellae*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Dolobellae* priores. Sic ubique.

22. *per equites R. militaris*] Locus corruptus. — *per equites Ro. * militari* Lod. Lugd. — *per equites Rom. annos IIIIL.* (id est, quadraginta sex,) Robortellus Emendatt. p. 60. — *per equites Rom. XL. annos* Tit. Popma.

23. *iudicum*] *iudicium* Princ. Hot. Cren.

26. *fuerit*] *fuerat* Hot. Cren.

Ibid. *Difficultate*] Sic scripsi. — *difficultas* Lod. — *difficultatem* ceteri.

27. *Terentius*] Adelph. III. 5, 56.

29. *et ipse alibi*] Verr. Act. II. lib. II. c. 28. §. 69.

Iudiciorum desiderio tribunicia potestas efflagitata] Primus Sicinius tribunus plebis, nec multo post Quintius, et postremo Palicanus, perfecerant, ut tribuniciam potestatem populo darent Consules Cn. Pompeius Magnus et M. Licinius Crassus.

Ordo quoque alius ad res iudicandas postulatur] C. Gracchus legem tulerat, ut equites Romani iudicarent. Iudicaverunt per annos XXXX. sine infamia. Post victor Sylla legem tulerat, ut senatorius ordo iudicaret; et iudicavit per X. annos turpiter. Nunc Aurelius Cotta legem fert, ut senatores et equites Romani ac tribuni aerarii simul iudicent. Hoc est, quod Tullius dicit offensione senatorii ordinis fieri; et bene addit *quoque*, ut simul iudicaturos alios esse monstraret.

Etiam censorium nomen] Regendis moribus civitatis censores quinto quoque anno creari solebant. Hi prorsus cives sic notabant: ut, qui senator esset, eiiceretur senatu; qui eques Romanus, equum publicum perderet; qui plebeius, in Caeritum tabulas referretur et aerarius fieret, ac per hoc non esset in albo centuriae suae, sed ad hoc non esset civis, tantummodo ut pro capite suo tributi nomine aera praeberet. Iidem completo quinquennio [urbem] lustrabant, et Solitaurilia, sacrificia de sue, ove, tauro, faciebant. Eorum notam suc-

2. *Quintius*] *Quintus* Berald.

Ibid. *Palicanus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Palicenius* priores.

3. *perfecerant*] *perfecerunt* Lugd. Man.

Ibid. *darent*] *redderent* Hot. Cren.

5. *C. Gracchus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *T. Gracchus* antiquiores.

6. *per annos XXXX.*] Lod. et seqq. — *per annos XXX.* Princ. — *per annos XX.* Berald. Ald. — „Paullo plures fuerunt [quam XL.], si subtilius numeretur. tulit enim legem de iudiciis C. Gracchus in tribunatu primo, id est, Q. Metello T. Flaminio consulibus. et Cicero confirmat libro in Verrem II. cum equestrem ordinem per annos prope quinquaginta iudicasse dicit: quo loco, ad augendam senatus invidiam, annos prope quinquaginta dicit, cum paullo plures quadraginta fuerint. quamquam ibi Pedianus de annis prope quadraginta videatur subscribere: quasi ad veritatem locutus esset Cicero, non ad consuetudinem oratorum. ut etiam in oratione in Pisonem, *Quadraginta annis ante me consulem*; cum vix triginta septem fuerint." MANUT. — „Corrigendus ille numerus XL., et legendum VL. vel IVL." Robortellus Annott. p. 61.

7. *legem*] Sic scripsi. Legebatur *leges*.

8. *Nunc Aurelius* cet.] „Hoc falsum esse recte notavit Hotomanus [ad Ciceronem], et aliquot mensibus post demum factum." GRAEV.

9. *Cotta*] om. Princ. spatio relicto totidem fere literarum.

Ibid. *fert*] *fertur* Princ. 12. *censorium*] *censorum* Graevii MS. „Utrumque stare posset: sed vulgatum melius et tutius." GARAT.

15. *Caeritum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ceritum* Princ. Lod. — *censuum* Berald. — *centum* Ald.

16. *et aerarius*] *et aerarias* Princ. — *ut aerarius* Graevius e MS. suo.

17. *sed ad hoc non esset civis, tantummodo ut*] Cod. Laur. LIV. 27. teste Niebuhrio Hist. Rom. Vol. I. p. 524. edit. 3. — *sed ad hoc non esset civis tantum. tantummodo ut* Princ. Berald. Ald. — *scilicet ad hoc, ut esset civis, sed tantummodo ut* Lod. Lugd. — *sed ad hoc esset civis tantummodo, ut* Man. — *sed ad hoc esset civis tantum, ut* Hot. Cren. 18. *praeberet*] Princ. Berald. Ald. cum cod. Laur. — *penderet* Lod. et seqq. Ibid. *urbem*] om. Princ. Berald. Ald.

19. *Solitaurilia*] *soli taurelia* Princ. — *soli Taurilia* Ald. — „Perperam SOLI TAURILIA disiuncte dederunt Hot. Popm. Graev. Olivet. Iam diu recte SOLITAURILIA legerat Beroaldus ad Liv. Vitt. 10. quod ex Festo et Valgio apud Charisium ed. Putsch. pag. 84. defenditur: nam lapides et auctores veteres passim SUOVETAURILIA." GARAT.

cessores plerumque solvebant. Hoc igitur tam triste severumque nomen populus Romanus sic oderat, ut intermissum esset per plurimos annos: quod nunc orator propter infamiam corruptorum iudicum dicit plebem ipsam, quae ante recusabat, exposcere.

(§. 9.) *In hac libidine hominum nocentissimorum*] Qui praedantur socios populi Romani.

Totius ordinis] Senatorii scilicet.

(§. 11.) *Cognitorem iuris sui*] Qui defendit alterum in indicio aut patronus dicitur, si orator est; aut advocatus, si aut ius suggerit, aut praesentiam suam commodat amico; aut procurator, si [absentis] negotium suscipit; aut cognitor, si praesentis causam novit et sic tue-
[7] tur ut suam. Ergo cognitorem dixit modo familiarissimum defensorem.

(§. 12.) *De quo non praeiudicium, sed plane iudicium*] *Praeiudicium* dicitur res, quae, cum statuta fuerit, affert indicaturis exemplum, quod sequantur; *iudicium* autem res, quae causam litemque determinat: idque praeiudicium de Verre iam factum est . . . . indicium eum spoliavisse provinciam esse quod Siculi qui antea . . . . publice testimonium dixerant, actorem causae suae contra Verrem Tullium quaesisse.

(§. 13.) *Ne nimium familiariter inimicitias.*] Sensus est per iocum hoc significans, quasi dicat: Videto, Caecili, ne nimium amice

---

2. *per plurimos*] *propter plurimos* Princ.

3. *quod*] Lod. — *quos* ceteri.

10. *si absentis negotium suscipit*] Schützius: ante quem deerat v. *absentis*. „In Asconio corrige sic: *Aut procurator, si absentis negotium suscipit* cet. Deest enim verbum *absentis;* quod cum ex orat. pro Caecina [XX. 57.] intelligitur, tum ex his Sex. Pompeii verbis: Cognitor est, qui litem alterius suscipit coram eo, cui datus est Procurator autem absentis nomine actor fit." HOTOM. ad Ciceronem. „Sic etiam restituit Popma, et Alciatus II. parerg. 5. Vox in textum, quod nemo fecit, admittenda, ne manca sit definitio." GARAT.

12. *dixit modo*] *dixit et modo* Berald.

13. *praeiudicium, sed plane*] *praeiudicium non plane* Princ.

14. *iudicaturis*] *iudicaturus* Princ.

16 — 19. *idque - - - dixerant*] Sic mance Princ Ald. et Berald., qui tamen secundam lacunam neglexit. — *idque praeiudicium de Verre iam factum est* * *Iudicium est eum spoliavisse provinciam esse, quod Siculi, qui antea publice testimonium dixerant* Lod. — *idque praeiudicium de Verre, iam factum est. iudicium est, eum spoliavisse provinciam, id quod Siculi antea publice testimonium dixerant* Lugd. — *idque praeiudicium de Verre, iam factum est iudicium eum spoliavisse provinciam. quod Siculi, qui antea publice testimonium dixerant* Man. — *Non praeiudicium*] *de Verre iam factum est a populo R. iudicium, eum spoliavisse provinciam, et contra leges praedatum esse: quod Siculi, qui antea legati publice, testimonium dixerant* Hot. Cren. — „Sic replevi lacunas libri veteris, in quo ita scriptum est: *Non praeiudicium d. u. i. f. est* * *iudicium eum sp provinciam* * *quod Siculi q. anteo* * *publice* cet." HOT. — „Apertum est, commentatorem hoc fere dixisse: *quod Siculi, qui antea in neminem publice testimonium dixerant*, cet. Cfr. Cic. in Verr. II. 3, 8." MADV.

19. *actorem causae suae*] Haec tria verba tamquam Ciceronis a proximia seclusit Lod.

Ibid. *quaesisse*] *quaesissent* Hot. Man. Cren.

21. *hoc*] Princ. Lod. — *haec* ceteri.

inimicitias exerceas, hoc est, ne inimicum [te] fingas, ut praevaricari possis.

Deinde sunt testes, viri clarissimi] Ordo et sensus hic est: Primum causam inimici tui sublevando non videberis accusator; deinde testimoniis convinceeris in eo, quod negas me a Siculis esse delectum.

Scit is, qui est in consilio, C. Marcellus; scit is, quem adesse video, Cn. Lentulus Marcellinus] Et Marcellus et Marcellinus inter se gentiles sunt: qua re reddidit rationem, cur isti Siculorum patroni sint, scilicet, quia a M. Marcello originem ducant, qui Syracusas cepit, nec tamen delevit.

(§. 14.) *Vestrum iudicium ab suo iudicio*] Non dixit *ob sua voluntate*, ut praescribat iudicibus, sequendos esse Siculos; quod paulo ante tentavit.

Duo crimina vel maxima] Per unam furatus est, Syracusanam; per alteram furta exportavit, hoc est, Mamertinam. Sed leviter hoc praeterit, quod illos quoque conatur a laudatione Verris abducere. Syracusanorum autem crimina alii etiam de Heraclii bonis, quae cum palaestritis partitus Verres est, et de Cleomenis navarchi flagitio, et de aliis multis rebus interpretantur; Mamertinorum de navi, quam Verri [s] fecerunt, et quam populo Romano ex foedere non exhibuerunt, multis aliis immunitatibus contra fas remunerati. Et *duo crimina*, generaliter: nam multa sunt.

(§. 15.) *Ut oculis iudicare possitis*] Hoc quidam leviter a Cicerone dictum et neoterice putant; sed aptum est asseverationi.

Cur hoc mihi detrimento esse debeat] Cur hoc me in hac causa debeat impedire.

(§. 16.) *Temporis, valetudinis, facultatis*] *Temporis*, Marcelli indicantis tunc; *valetudinis*, Marcellini, quod erat tunc infirmior valetudine corporis; *facultatis*, alterius Marcelli, iuris magis studiosi quam eloquentiae causi . . . .

---

1. *ne inim. te fingas*] Lugd. Man. — *ne inim. fingas* ceteri.
Ibid. *praevaricari*] *prevaricare* Princ. — *praevaricatarem* Graevii MS.
4. *inimici tui sublevanda non videberis*] *inimicissimi sublevando non videris* Graevii MS.
8. *qua re*] Hot. Cren. — *quare* priores.
9. *ducant*] *ducat* Princ. Ald.
10. *cepit*] Ald. Lod. Lugd. — *caepit* Princ. Berald. — *coepit* Hot. Man. Creo.
11. *ab suo*] *a suo* Ald. Lugd. Man.
12. *sequendos*] *sequendum* Hot. Creo.
14. *unam – alteram*] *unuam – alteruam* Princ.
17. *crimina alii etiam de*] Hot. Cren. et seqq. — *crimina lis etinm de* Princ. Berald. Lod. — *criminalis etiam de* Ald. — *crimina et de* Lugd. Man.
Ibid. *Heraclii*] *Eraclii* Princ. Berald.
19. *interpretantur*] *interpretatur* Lod.
20. *ex foedere nan exhibuerunt*] *ex federe nan exibuerunt* Princ.
23. *quidam*] Lod. et seqq. — *quad* priares.
24. *neaterice*] *necterice* Princ. 27. *valetudinis*] *valitudinis* Princ. Ald.
28. *quod erat tunc*] *quidem tunc* Princ.
29. *iuris*] Lod. et seqq. — *uiri* Princ. Berald. Ald. — „*Iuris magis*] Budaei: vetus codex, *viri magis stud. q. e. causa.*" HOT.
30. *eloquentiae causi* *] Princ. — *elaquentiae* * Ald. — *eloquentiae* (nullo lacunae signo adiecto) Lod. et seqq. — *elaquentis* Berald.

Quam neminem] Ac per hoc *neminem* Caecilium significat.

(§. 18.) *Civili fere actione, privato iure, repetuntur*] Recte: hoc enim iudicium pecuniarum repetundarum publicum est.

Hanc habent arcem] Arx vel sedes tyranni dicitur, ut saepe alibi, vel editus in civitate et munitior ad salutem civium locus, ut Virgilius:

Quo res summa loco, Panthu? quam prendimus arcem?

Ergo prima spes in muris est, secunda in arce, si muros hostis irruperit.

Non modo a populo Romano] Cur a populo Romano, si socialis est? Quia ipsi socii populi Romani sunt.

(§. 19.) *Quod in unaquaque re*] Leges Hieronicas Rupiliasque dicit, aut regis sui, aut Rupilii, de X. legatorum sententia constitutas.

Eripuisti atque abstulisti] *Eripuisti* quicquid auri et gemmarum; *abstulisti* quod in una quaque re beneficio senatus populique Romani iuris habui.

Sestertiûm millies ex lege repeto] Frustra calumniantur Ciceronem homines et modo illum *sestertiûm millies* dicunt repetere, modo *quadringenties:* cum primum non suo ore, sed Siculorum loquatur accu-
[9] satorie vociferantium; deinde, si maxime ad eum sunt referenda, quae dicit, adhuc non instructus sit contra Verrem nec ad plenum noverit causam. Tertio, cur aut calumniatoris aut praevaricatoris personam subeat, cum aliud agatur? non enim de condemnando Verre, sed de constituendo accusatore confligitur. Postremo, cur id fraudi sit Ciceroni, cum ad tempus oratorum dicta proferantur? nam eodem modo erit contrarium praesenti actioni, quod alibi dicit, oratione mire victum a se Caecilium [quaestorem fuisse], qui idoneas causas ad accusandum Verrem multas protulisset.

---

1. *hoc*] *hunc* Cren. 2. *fere*] *ferre* Princ.

2. *actione, privato*] Princ. Berald. Ald. Hot. — *actione et privato* Lod. Lugd. Man. Cren. cum edit. Ciceronis.

5. *editus*] *aeditus* Princ. Berald. 5. *Virgilius*] Aen. II. 322.

8. *Non moda a populo Romano*] *nan modo a r. p.* Princ.

9. *Quia*] *qui* Princ.

10 — 15. Haec sequenti adnotationi postposita sunt in edit. Princ. Berald. Ald. Lod. 13. *et*] om. Princ. Berald.

15. *habui*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *habuit* Princ. Berald. Ald. Lod.

16. *Sestertiûm millies*] *Sextertium miliens* Princ. Sic statim.

Ibid. *Ciceronem*] *Ciceroni* Princ. Ald.

17. *homines*] *quidam homines* Lugd. Man.

Ibid. *illum*] Princ. — *eum* ceteri.

18. *modo quadringenties*] Act. I. cap. 18. §. 56. Act. II. lib. I. cap. 10. §. 27.

25. *alibi dicit, oratione mire victum*] Sic scripsi. — *alii dicit orationem ire victum* Princ. — *alibi dicit orationes victum* Ald. — *alia dicit arationem iri victum* Berald. — *alia dicit oratione, iri victum* Lod. — *alibi dicit, oratione victum* Lugd. Man. — *alibi dicit*, (*oratione scilicet tertia*) *victum* Hot. Cren. — „(*Oratione tertia*) Verba haec ex margine in contextum irrepsisse arbitror. Erat autem in manuscripto *Orationes iri*, quod ita emendavimus. Locum autem dicit illum ex Ver. 5. [Act. II. lib. I. cap. VI. §. 15.] *Quod meum factum lectissimi viri* cet." HOT.

26. *quaestorem fuisse*] Haec supplevit Hotomanns, quem secutus est Cren. et posteriores. In edit. Princ. est lacuna sedecim literarum, in Aldina asteriscus.

Ibid. *ad*] om. Berald.

(§. 20.) *Accedere aut aspirare*] *Accedere* est proximum fieri, *aspirare*, in eam parlem, qua quid quaesitum est, vultum et oculos ac spiritum oris advertere.

(§. 21.) *Si tacent, satis dicunt*] Tale illud est: *Cum tacent, clamant;* et: *Victoriam ipsam vicisse videris;* et: *Philosophandum est, etiam si non est philosophandum.* Haec in loco nec oxymora nec cacozela iudicanda sunt: aut enim inferioribus dictis aut supra positis leniuntur, ut est illud: *Vereor ut hoc, quod dicam, perinde intelligi possit auditu, atque ego ipse cogitans sentio;* et illud, quod sequitur.

(§. 22.) *Te ipsum ulciscantur*] *Ulciscor* et *punio* significat et *vindico;* nunc ergo *puniant* intelligemus.

Ecquis unquam tam palam de honore, tam vehementer de salute sua contendit] Bene distribuit; omnis enim studiosa contentio aut de honore aut de salute praecipua est.

(§. 23.) *Non enim, inquit, illud peto, quod soleó, cum vehementius contendi, impetrare.*] Acriter ipsum inducit Hortensium confiteri consuetudinem suam in corrumpendis iudiciis pervagatam, et addit, videri sibi tantundem [se] impetraturum a iudicibus corruptis, si Caecilius constituatur, quantum, si plane absolvatur Verres. Et est ordo et sensus: Non enim, inquit, illud peto, quod soleo impetrare a indi- [10] cibus, cum vehementius contendi. *Quod;* hoc scilicet, reus ut absolvatur; non id peto. *Cum vehementius contendi:* cum pecuniam iudicibus dedi. Significat iudicium corrumpi. Sed quare non aperte dicit? Quia ipsum Hortensium inducit loquentem, et omnes homines facinora [sua] honestius leviusque pronunciant.

Quod facile est, quod honestum, quod non invidiosum] Scilicet

---

1—3. Hoc scholion post sequens habent Princ. Berald. Ald. Lod.
2. *oculos ac*] *occulos ad* Prine. — *oculos ad* Ald.
4. *Si tacent*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Etiam si tacent* Lugd. Hot. Man. Cren. cum quibusdam editt. Ciceronis. Orellius edidit *stiamsi tacerent;* Zumptius: *etiamsi tacsant.*
5. *Vict. ipsam vicisse vid.*] Haec et quae mox sequuntur *Vsreor --- sentio* verba sunt Pseudo-Ciceronis pro Marcello c. 4. §. 12.
Ibid. *videris*] Lugd. Hot. Man. Creo. — *videaris* antiquiores.
10. *quod ssquitur*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *quod ssquitur, Vsrum non tacsnt* Lugd. Hot. Man. Cren.
11 et 12. Huic scholio praeposita sunt quattuor sequentia in Princ. Berald. Ald. Lod. Lugd. Man.
13. *Ecquis*] Lugd. Hot. Man. Creo. — *Et quis* priores.
15. *praecipua*] *praecipue* Hot. Cren.
19. *se*] om. Princ. Berald. Ald. Lod.
20. *si Caecilius constituatur*] *si Caecilius accusator constituatur.* Lod.
Ibid. *est*] om. Ald.
22. *Quod*] Princ. Ald. — *quid?* ceteri.
23. *non*] om. Berald. Lod.
25. *Quia ipsum Hortensium inducit loqusntsm, st omnes*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *quia ipse siculos inducit loquentes: st emens* Princ. — *quia ipss Siculos inducit loquentes, et omnes* Berald. Ald. et Lod. qui ad calcem praefationis: „*quia ipse Hortensium inducit loquentem* legendum videtur ex contextu Cic."
26. *sun*] add. Lod. et seqq.
27. *facile*] Lod. et seqq. — *fidele* Princ. Berald. Ald.

ut a Caecilio Verres accuselur. Quo facto et non dammabitur reus, et, cnm hoc egerint indices, tamen non videbuntur esse corrupti, cum tantundem fecerint.

Cuius ego causa laboro] Inepti sunt homines, qui hanc clausulam notant ut malam, cum sit ex spondeo et baccheo de industria durior ad exprimendam sententiam posita more Ciceronis; ut alibi idem: *Non tu eum patria privare, qua caret, sed vita vis.*

(§. 24.) *Aliquis metus adiunctus sit ad gratiam*] Id agit corruptor, ut gratiosus index non solum velit servare corruptori suo fidem, verum etiam aliquid habeat, cur vel invitus cogatur ad custodiendam pactionem promissae a se gratiae. Quid autem est, quod metum adiungat ad gratiam? Scilicet aut custos, aut signum, aut aliquid eiusmodi.

Certos] † Aut ob hoc, ut sententiam suam, cur quisque damnaret, aut cur quisque absolveret, perscripsisset.

Non enim singulos ferre sententiam, sed universos constituere] In divinatione et in aliis [causis] maioribus universi iudices in cistam tabulas simul coniiciebant suas, easque insculptas literas habentes A,
[11] absolutionis; C, condemnationis; cum de alicuius capite agebatur, N et L, ampliationis; his enim literis significabant, non liquere. Et ideo certos quasi sequestres huius rei inter iudices se habere dicit Horten-

---

1. *facta et non*] *facto non* Lugd. Man.
5. *baccheo*] Princ. Ald. — *bacchio* ceteri.
6 *pusita*] Sic scripsi. Legebatur *positam*.
Ibid. *ut olibi idem*] Pro Q. Ligario cap. IV. §. 11.
8 — 13. Haec posita sunt inter verba *out eiusmodi oliorum criminum* (p. 12. Hot.) et *Nan enim singulos* (pag. 10. fin.) in editt. Princ. Berald. Ald. Lod. In Lugd. huic scholio praeposita sunt illa duo, quae infra leguntur, *A pueris nobil.* cet. et *Si o quadruplataribus* cet.
12. *scilicet aut custas*] *scilicet ut custos* Princ.
14 et 15. Hoc scholion pasitum est post verba *nan liquere* (pag. 11. init.) in editt. Princ. Berald. Ald. Lod. Qaae statim post v. *perscripsisset* legebantur verba *Et ideo - - - conscripserit* nos seqnenti scholio inserenda duximus.
14. *ob hoc ut sententiam*] Princ. Ald. Lod. — *ob sententiam* Berald. — *ob hoc quod sententiom* Lugd. Hot. Mao. Creo.
15. *perscripsisset*] Graevii MS. — *proscripsisset* Princ. Ald. Lod. — *proscripsissetque* Berald. — *prius dixisset* Lugd. Hot. Maa. Cren.
16 — 20. *Non enim singulos - - - non liquere*] Haec inter superiora verba *aut aliquid eiusmodi* et *Certos aut* posita sunt in editt. Princ. Berald. Ald. Lod.
17. *divinatione*] Berald. Lod. Lugd. Man. — *divinationis* Princ. Ald. — *divinationibus* Hot. Creu. 17. *causis*] add. Lod. et seqq.
Ibid. *maioribus universi*] Zumptio interpres videtur voluisse *in causis minoribus*. At confer, quae statim leguntur, *Singuli autem sententiam de tabula pranunciabant in levioribus causis*, et de mutando nostro loco non cagitabis.
18. *habentes A, absolutianis; C, condemnatiunis; cum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *habentes absolutionis sive condemnationis, candemnationis cum* Princ. Ald. — *habentes absolutionis, sive condemnationis, cum* Berald. Lod.
19. *N et L*] Ald. Lod. — *non et L.* Princ. Berald. — *NL* Lugd. Hot. Man. Cren.
20. Inter verba *non liquere* atque *Et ideo* insertum est praecedens scholiaa in editt. Princ. Berald. Ald. Lod. Verba *Et idea - - - conscripserit* in iisdem editt. iuncta cum sequentibus *Vult erga* cet. ab his separaveruat, ut ad praecedens scholian annecterent, Lugd. Hot. Man. Creu.
Ibid. *Et ideo*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *aut ideo* Lugd. Hot. Man. Cren.

sius, quibus ante, quam tabulas in unum omnes coniiciant atque confundant, furtim ostendant, quam quisque sententiam constituendo accusatori conscripserit. Vult ergo corruptionis tantam solicitudinem circa iudices esse Tullius, ut hac religione iniecta pro se iudicent. Singuli autem sententiam de tabula pronunciabant in levioribus causis, et ob id ipsum neque nota neque custode opus fuit, cur corruptor iudicum adiungeret metum ad gratiam iudicantis. *Constituere* autem tabulas in cista ponere significat magis, quam decernere.

Ceratam unicuique tabellam dari cero legitima] . . . . . . Terentius Varro, consobrinus frater Hortensii, reus ex Asia apud L. Furium praetorem primo de pecuniis repetundis, deinde apud P. Lentulum Suram, est accusatus; absolutusque est a Q. Hortensio, qui corruptis iudicibus hunc metum adiunxit ad gratiam, ut discoloribus ceris insignitas iudices tabellas acciperent, ut timeret unusquisque eorum, ne si de . . . . actionis non servare videretur, si non in tabula, quam unicuique datam meminisset Hortensius, ex nota cerae scilicet discoloris, absolutum Varronem reperiret.

Non illa infami ac nefaria] Mire ex ipsius Hortensii persona hoc dicitur; quae saepe virtus maxima Ciceronis in huiusmodi allocutionibus invenitur.

A pueris nobilibus] Appio Claudio adolescente nobili: qui, cum accusaret Terentium Varronem repetundarum ex Asia, victus ab Hor-

---

4. *pro se*] „An *probe?*" Or. *Pro se* interpretor: *a nemine subornati.*

9. *legitima*] * *Terentius Varro, consobrinus frater Hortensii, reus*] *legitima* . . . . *Varro consobrinus frater huic censi reus* Princ. Berald. Ald. Lod. Man. — *legitima.*] *Terentius Varro frater C. Varronis consobrini M. Tullii, reus* Hot. Cren. — „*Terentius Varro*] Sic restitui locum ex Bruto, et orat. de prov. consul. Legebatur antea, *Varro consobrinus frater huic censi* cet." HOT. — „*huic censi*] Valde probo coniecturam Caroli Sigonii, qui .e Ciceronis lib. II. de Oratore legendum putat *Ciceronis.*" MANUT. in edit. postr. — „Apertum est, non Ciceronis, sed Hortensii propinquum fuisse, quem iudicibus corruptis ab Hortensio per summam infamiam periculo ereptum Cicero queratur; recte igitur et ad editionis primae vestigia proxime accedentes Robortellus (Lib. II. Emendat. 3. p. 66.) et Popma legunt: *Terentius Varro consobrinus frater Hortensii.* De Varrone Hortensii fratre (consobrino) testis etiam Acron ad Horat. Sat. II. 1, 49; quamquam apud eum et Porphyrionem multae in his turbae, ita tamen ut eos de Turio in causa Varronis iudice Hortensio defendente, ab antiquioribus accepisse pateat; cuius nomen, ut in Horatii multis codd., sic in hoc commentario in *Furium* corruptum videtur." MADV. In eandem emendationem (*Hortensi*) incidit etiam Pighius Ann. T. III. p. 299. Omnem autem dubitationem tollit Graevii MS. in quo est: *Varro consobrinus frater Hortensii;* quae lectio etiam in Lugd. reperitur. Ceterum vocabulo *Terentius* nondum satis expleta videtur lacuna editionis princ., sed deesse adhuc praenomen.

14. *acciperent, ut timeret*] Lod. et seqq. — *accipiant et timeret* Princ. — *acciperent et timeret* Berald. — *accipiant, ut timeret* Ald.

15. *ne si de * actionis*] Princ. Berald. Ald. — *ne fidem pactionis* Lod. et seqq.

Ibid. *servare*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *servasse* Lugd. Hot. Man. Creo.

17. *discoloris*] Ald. et seqq. — *discoloribus* Princ. Berald.

20 sqq. Scholion hoc et sequens inter verba *puniant intelligemus* (pag. 9. Hot.) et *Aliquis metus* (pag. 10. Hot.) posita leguntur in edit. Princ. Berald. Ald. Lod.

20. *cum*] *eum* Princ.

21. *repetundarum ex*] *repetundarum reum ex* Hot. Creo. et seqq. temere. Conf. Vellei. Paterc. II. 8. *repetundarum ex Macedonia damnatus est.*

tensio est;* in quo indicio discoloribus ceris signa seotentiarum ootabantur. Significat et Caesarem, item adolescentem, in Dolabella reo ex Cilicia, qui quidem damnatus est, quaotum potuit per Hortensii gratiam. Nam si non damnatus est Dolabella, quomodo postea dicit Tullius: *Iam iam, Dolabella, neque me tui neque tuorum liberûm,*
[12] *quos tu miseros in egestate ac solitudine reliquisti, miseret?* Potest significare sane etiam Seaurum, qui alterum Dolabellam consularem triumphalemque accusavit: et potuit eidem Hortensius resistere.

Si a quadruplatoribus] *Quadruplatores* delatores erant eriminum publicorum, in qua re quartam partem de proscriptorum bonis, quos detulerant, eonsequebantur. Alii dicunt quadruplatores esse eorum reorum aceusatores, qui convicti quadrupli damnari soleant, aut aleae,

---

2. *Significat*] *significare* Prioc. — „*significarunt* MS. Forte *significarit.*" GRAEV.

3. *Cilicia*] Sic scripsi. Legebatur *Sicilia.* „Ex oratione III. in Verrem satis constat *Ciliciam*, non *Siciliam*, a Dolabella fuisse administratam, itaque reponendum *Cilicia* pro *Sicilia.*" MANUT. in edit. postr.

3. *damnatus est, quantum potuit per Hortensii gratiam*] Lod. Logd. — *damnatus est quantum oportuit per hortensium gratiam* Princ. Ald. Man. — *damnatus est quantum oportuit per Hortensii gratiam* Berald. — *damnatus non est quantum oportuit, per Hortensii gratiam* Hot. Cren. — „*Qui quidem damnatus est* cet.] Hoc loeo mihi Pediauus noo satisfacit. nam etsi ooo est locus sine mendo, apparet tamen, quid significet. Primum dissentit a veritate atque etiam a se ipso, cum dicit damnatom esse eum Dolabellam, quem Caesar aceusavit: cum absolutum esse et ipse testetur, in commentario orationis pro M. Seauro, et Plutarchus etiam ac Suetooius in Caesare. Rorsus errat, cum iofert, significari posse etiam Scaurom, qui alterum Dolabellam accusavit. loquitur enim Cicero de iis, qui absoluti sunt Hortensio defendente. Porro quem Dolabellam accusavit Scaorus, is, ot iofra pag. 74. [p. 137. Hot.], iudicio damoatus est: eumque significat Cicero in III. Verrina, eum dicit, *Nemo iam Dolabella* cet. Sed ecce alia eiusdem inconstantia: pag. 34. [p. 58. Hot.] absolutum dicit Dolabellam, quem Scaurus accusavit; damnatom pag. 74. nisi si et hic et infra p. 34., ubi legitur *Caesarem*, reponas *Scaurum*, vicissimque *Caesar*, obi *Scaurus*. oam re vera damnatus est is Dolabella, quem Scauros accosavit." MANUT. — „*Damnntus non est*] Sic legitur com negatione in libro veteri [?]: sed quum esset, *Hartensium*, reposui, *Hartensii:* hoc seosu, Dolabella quidem damnatus est, sed non taoti, quaotum oportuit, idque per Hortensii gratiam, in quo tamen latini sermoois regula outat." HOT. — „Forte: *qui quidem damnatus est, sed non quantum oportuit* cet." GARAT.

4. *postea*] Act. II. lib. I. cap. XXX. §. 77.

5. *Iam iam*] *Cum iam* Graevii MS. — *Nemo iam* Logd. Man. — „Mutarat hunc locum Manutius, et scripturam aliam ex ipsa orat. posuerat. Ego cur hoe Aseonio repugnante facerem, causam esse nullam putavi. praesertim quum ita huoc locum citet Fabius [Inst. Orat. IX. 1, 16.], et figuram in iterata particula *iam iam* notandam putet." HOT.

Ibid. *me*] om. Lugd. Man. eum quibusdam editt. Ciceronis.

6. *miseret*] *misereri potest* Lugd. Man. cum editt. Ciceronis.

7. *Potest significare sane*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *significare potest sane* Lugd. Hot. Man. Cren. 7. *consularem*] om. Mao.

7. *Hortensius*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Hortensio* priores.

11. *detulerant*] *detulerat* Princ.

Ibid. *consequebantur*] *assequebantur* Hot. Creo.

12. *aut aleae*] *ut aleae* Hot. Cren.

aut pecuniae gravioribus usuris feneratae quam pro . . . . aut eiusmodi aliorum criminum.

Ad viros fortes] Quam grave fuerat, si *ad me* diceret, cum de illo specialiter nominatimque dicat. Et viros contra pueros nobiles ponit, *spectatos* contra sordidum quadruplatorum genus.

(§. 25.) *Totam esse mutandam*] Amare *totam* dixit, quasi ex nulla parte bonam rationem defendendi habeat Hortensius.

Meliore conditione sit] Id est, meliorem conditionem habeat meliorque sit, quippe qui et possit et debeat honeste agere, et hoc sit facilius quam corrumpere iudices.

Eos homines, quos ipse vidit] Bene: *ipse vidit:* maior enim est Hortensius Tullio, adeo ut in libris, qui de Oratore inscribuntur, etiam laudetur Hortensius a L. Crasso et M. Antonio. Hos ante se Cicero Catonemque veneratur et multos alios, quos et de Oratore et in Oratore et Bruto collegit. Sed Crassum et Antonium vidit Hortensius; alii vetustiores sunt.

Sine magno multorum periculo posse corrumpi] Bona occasione subtiliter et indicibus comminatur, et Siculis acrimoniam suam in accusando demonstrat.

(§. 26.) *Susceptam*] Suscipitur totum, recipitur pars. Suscipitur † quod hinc pendet; suscipitur solum aliquid propter se, recipitur °

Ut mihi non unus improbus] Verres. [13]

Omnis improbitas] Et corrupti iudices, et corruptores eorum, et sequestres, et interpretes, et emissarii, et omne quod vitii est.

(§. 27.) *Tute tui periculum*] Ἀπὸ τῆς πειρας, tentamentum

---

2. *pro * aut*] *pro consuetudine, aut* Lod. et seqq. — „Lacunam Aldini codicis replevit hoc verbo Budeus, aut Alvarus." HOT.

3. *fuerat*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *futurum erat* Lugd. Hot. Man. Cren.

8. *Meliore conditione*] *Meliore et honestiore conditione* Lod. cum editt. Cic.

11. *Eos homines*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Homines eos* Lugd. Hot. Man. Cren. cum editt. Ciceronis.

12. *de Oratore*] Lib. III. cap. 61.

Ibid. *inscribuntur*] Schützius. — *scribuntur* priores. Eadem medela adhiberi fortasse debebat supra p. 14. l. 22. in verbis: *in dialogis Ciceronis de Oratore scriptis.*

14. *Hos ante se Cicero*] *hos ante Cicero* Berald. — *hos autem Cicero* Lod.

15. *et in Oratore*] *in oratorem* (om. *et*) Princ.

20. *totum*] *autem* Princ.

21. *Suscipitur quod - - - recipitur*] Locus corruptus et mancus sic legitur in editt. Princ. Berald. Ald. — *Recipitur quod hinc pendet: solum aliquid propter se suscipitur* Lod. — *Suscipitur quod* (pronomen om. Lugd. Man.) *principale est: Recipitur quod hinc pendet. Suscipitur solum aliquid propter se: recipitur etiam propter aliud* Lugd. Hot. Man. Cren. „*Principale est*] Danesii. Vetus, *suscipitur quod hinc pendet, * suscipitur solum aliquid propter se recipitur.*" HOT. — *suscipitur quod hinc pendet: recipitur solum aliquid propter se* Graevii MS.

23. *Omnis improbitas*] *omnino improbitas* Lod. cum Graevii MS., cuius exigua esse debet auctoritas. Interpretem in codice suo legisse *omnis*, (pace Zumptii dixerim) manifestissimum est ex tota interpretatione, et maxime ex eius fine. Utrum *omnino* praecesserit necne, diiudicari nequit. Cicero tamen *uni homini improbo* vix aliud opposuit quam simpliciter *omnem improbitatem.*

25. Ἀπὸ τῆς πείρας] Ald. et seqq. — *ἀπώτοπηραυ* Princ. — om. Berald.

dicit; hoc est; quando tu te ipse tentasti, quando vel exercuisti vel protulisti?

Vitam alterius totam explicare] Praestruit ad illud, quod dicturus est, multa esse crimina in Verre, quae conscius societatis Caecilius non audeat attingere. Et hoc innocentiae est, *vitam alterius totam explicare;* illud eloquentiae, *atque eam non modo in animis iudicum* et quod sequitur.

Sociorum salutem, commoda provinciarum] Hoc est causam patriae suscipere et recepisse singulorum.

Rationem vitae reposcere] Accusatorem esse; *suae reddere*] defensorem.

(§. 28.) *Nisi a Siculis potuisse cognosci*] Aut quia Siculus ipse est, aut quia nisi quaestor in Sicilia nihil aliud fuit Caecilius, in quo nosceretur, quid hominis esset.

Ut est hominum genus] Amariora dicturus ad Siculorum personam contulit dicta.

Deportare literas] *Asportare* aliquid, ut intereat, *deportare*, ut mutet locum.

(§. 29.) *Deinde accusatorem firmum verumque esse*] *Firmum*, ut possit, *verum*, ut velit.

Potamonem, scribam et familiarem] Haec omnia signa sunt falsi accusatoris.

Lectissimum adolescentem] Vera laudatio. Vult enim illum non ut inimicum fratris contra germanitatis officium esse cum Verre, sed ideo, quod Caecilius quoque Verri carior sit.

(§. 30.) *Queritur Sicilia tota*] Inepte quidam mirantur, cur haec Tullius in accusando Verre non obiecerit Caecilio, et multa alia; et non intelligunt, haec ad tempus commode adiungi, quae victo Caecilio non sunt necessaria.

---

2. *protulisti*] Hot. et seqq. — *praetulisti* Princ. Ald. Lugd. — *pertulisti* Berald. Lod. „Rectius putavi, *protulisti*. Nam *proferre* pro *spectandum et cognoscendum praebere*, dixere et Plin. iunior, et Fabius, et caeteri." HOT. „Vide Cortium ad Lucan. VIII. 702." GARAT.

4. *conscius*] *consocius* Hot.

5. *audeat*] Ald. Lod. Lugd. Man. — *audebat* Pr. Berald. — *audebit* Hot. Cren.

6. *atque - - - sequitur*] Male haec cum lemmate sequentis scholii iunguntur in editt. Ald. Lod. Hot. Cren.

Ibid. *eam*] Cren. — *ea* ceteri, et priores, et sequentes.

9. *et recepisse*] Princ. Berald. — *et recipere* Lod. — *ut recepisse* ceteri.

10—12. Huic scholio praeposita sunt illa: *Deinde accusatorem* cet. et *Ut est hominum genus* cet. in editt. Princ. Berald. Ald. Lod. Lugd. — Hoc posterius solum nostro anteposuit Man., verbis *Deinde* cet. suo loco constitutis.

12. *a Siculis*] *ab Siculis* pleraeque editt. Ciceronis.

Ibid. *Aut quia S.*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *quia aut S.* priores.

13. *nisi quaestor*] *nisi fuisset quaestor* Lugd. Man.

Ibid. *fuit*] *fecit* Lugd. Man.

17. *Asportare*] *portare* Princ. 23. *Lectissimum*] *Letissimum* Princ.

26. *Queritur*] Lod. Lugd. Man. — *Quaeritur* ceteri: quae menda irrepsit etiam in Orellii editionem.

Ibid. *cur*] Ald. et seqq. — *cum* Princ. Berald.

28. *et non*] *at non* Lod.

Frumentum in cellam] Annonam praetoris dicit, quae in frumenti certo numero praebebatur ab Siculis: in quibus Verres et pecuniam [14] pro frumento exegit, et eo pretio, ut pro duobus sestertiis duodenos per modios singulos exegerit, sexies plus quam emebatur.

(§. 32.) *Emptum est ex senatus consulto frumentum a Siculis*] Sicilia dabat decumanum frumentum, (hoc, quod ab aratoribus exigebatur), sine pretio; dabat emptum, pro quo ex *senatus consulto* pecunia solvebatur; aestimatum, quod decretum praetor in cellam, hoc est, in usus cellae, aestimare solebat accipiens, cum interdum pro frumento pecuniam sumeret.

Pecuniam publicam tu tractabas] Haec erat prima senatoris administratio, quaestorem fieri et in provincia curam gerere pecuniae publicae in usus diversos erogandae.

Ne qua deductio fieret] Modo *deductione* dispendium significat, alias deductio imminutio est etiam iusta.

(§. 33.) *Mancipes a civitatibus*] *Mancipes* sunt publicanorum principes, Romani homines, qui quaestus sui causa si decumas redimunt, [*decumani* appellantur], si portum aut pecua publica, *portitores* aut *pecuarii*, quorum ratio *scriptura* dicitur. Hi enim exigenda a sociis suo periculo exigunt et rei publicae repraesentant, providentes etiam in illa redemptione commodis suis. Licet autem, si moderate fiat, aestimare in cellam praetoris frumentum; mancipes pro frumento ab aratoribus pecunias accipere non licet.

Quod cum faciebat] Est vera defensio, est inanis; ut tamen aliquid dici videatur; neutram harum habuit Verres, et tamen ita faciebat miser. Ostendit avaritiae caecitatem.

---

1. *Annonam - - praebebatur*] Berald. Lod. — *annonam - - praebebantur* Princ. — *annonas - - praebebantur* ceteri.

2. *in quibus*] „*in* abest a MS. Leg. *a quibus*." GRAEV.

3. *sestertiis*] *sextertiis* Princ. ubique.

4. *per*] Pr. Ber. Ald. Lod. — *in* Lugd. Hot. Man. Cren. cum edit. Ciceronis.

5. *a Siculis*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *ab Siculis* Lugd. Hot. Man. Cren. cum edit. Ciceronis.

6. *hoc*] om. Lugd. Hot. Man. Cren. (F. *hoc est*. OR.)

8. *aestimatum*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Dabat aestimatum* Lugd. Hot. Man. Cren.

9. *cellae*] *cellar* Princ. Ald. 9. *aestimare*] *extimare* Princ. Berald.

11. *deductione*] Sic scripsi. — *deductionem* Pr. Ber. — *deductio* Ald. et sqq.

17. *causa si decumas - - - quorum*] Sic Lugd. Hot. Man. Cren. (nisi quod *pascua* habent pro *pecua*) — *causa sic decumas redimunt: sic pastum aut pecura* (*pecora* Berald. Ald.) *publica praetorii* (*portorii* Ald. cum Graevii MS.) *aut pecuarii quorum* Princ. Berald. Ald. — *causa decumas redimunt, aut portoria, aut pascua publica. quorum* Lod. (*pascua* verum videtur. OR.)

19. *enim*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *omnes* Lugd. Hot. Man. Cren.

21. *etiam*] *tamen* Lugd. Man. 21. *commodis*] *commodius* Princ.

22. *aestimare in cellam*] *extimare in cenam* Princ. — *extimare in caenam* Ber.

Ibid. *praetoris*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *praetori* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *mancipes*] Princ. Berald. Lod. — *mancipi* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren.

24. *est inanis*] Princ. Ber. Ald. Lod. — *est et inanis* Lugd. Hot. Man. Cren.

25. *ut tamen aliquid*] *ut aliquid* Lod.

Ibid. *neutram harum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *neutrum horum* priores.

26. *et tamen ita faciebat miser. Ostendit*] Sic scripsi — *Et tamen ita faciebat miser. ostendit* Princ. Berald. Ald. — *et tamen faciebat miser. ostendit*

Sunt alia magis occulta furta] Inepte a quibusdam quaeritur, quae sint; nulla sunt enim, sed oratorum est, neque † ieiune laudes vel crimina, neque ostendere.

(15) *Benignissime cum quaestore suo communicavit*] Iocnlariter irrisit, fures designans: ut tota ista quaestura ad societatem furtorum valeat, non ad accusationem.

(§. 34.) *Si tibi indicium postulas*] Certa sunt, in quibus impunitas indici datur, in causa proditionis, maiestatis, et si quid huiusmodi est. Certae etiam personae sunt, quae indices fieri possint. Itaque neque repetundarum causa per indices agi solet, neque senatoria persona potest indicium profiteri salvis legibus. Index est autem, qui facinoris, cuius ipse est socius, latebras indicat impunitate proposita. Est autem sensus: Index potes esse, si tibi hoc licet; accusator, de qua re agimus, esse non potes. Satis contumeliose tamquam levem hominem exagitavit Caecilium.

(§. 35.) *Ego etiam quae tu sine Verre commisisti*] Quae ista? nulla scilicet: haec enim vim comminationis, non veritatis habent.

(§. 37.) *Et qui sis*] Non in nomine tantum et in genere est, sed in omnibus attributis personae. Ergo *qui sis* et quod Siculus est, continet, et quod indoctus, et quod non intelligens, et quod nullo ingenio.

Lod. — *et tomen ita faciebat. mire ostendit* Lugd. Hot. Man. Cren. „*et tamen ita faciebat: mire* cet.] Danesii. Vetus, *et lamenta faciebat miser.*" HOT.

1. *quibusdam*] *quibus* Princ.

2. *neque ieiune*] Princ. — Locus haud dubie corruptus est, sed minime satis facit emendatio, quam habent ceteri: *neque minuere* cet.

3. *ostendere*] *ostendere furens designans* Princ. — *ostendere fures designans* Berald. Ald. — *ostendere. Furem autem esse designant.* Lod. — Apte vocabula *fures designans* hinc sublata proximo scholio inseruerunt Lugd. Hot. Man. Cren.

7. *indicium - - indici*] *iudicium - - iudici* Princ.

Ibid. *sunt in quibus*] Ald. et seqq. — *sunt quibus* Princ. Berald.

8. *in causo*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *ut in causa* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *proditionis*] *prodictionis* Princ.

9. *Certae*] Lod. et seqq. — *certe* priores.

Ibid. *indices*] *unidices* Princ.

12. *socius*] Ald. — *solius* (corruptum ex *sotius* = *socius*) Princ. — *conscius* ceteri.

Ibid. *indicat*] Ald. et seqq. — *indicit* Princ. Berald.

13. *sensus*] *sexus* Princ.

Ibid. *potes - potes*] Ald. et seqq. — *potest - potest* Princ. Berald.

17. *haec - - - habent*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *haec enim communicationis non veritatis habent* Princ. — *hnec enim communicationis non veritatis instor habent* Berald. — *haec enim comminotionis non veritotis instor habent* * Ald. — *hnec enim comminationis non veritotis instor habent* Lod.

18. *Et qui sis. Non*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *et qui sise non* Princ. — *et quidem non* Berald. — *et qui si * se non* Ald. — *et id quidem non* Lod.

20. *Ergo qui sis et quod Siculus est continet*] Sic scripsi. — *Ergo qui sised quo siculis et continet* Princ. — *Ergo quis is et quot siculis, et continet* Berald. — *Ergo quis is et quod Siculis continet* Ald. — *Ergo qui sis*] *Et quod Siculus, continet* Lod. — *Ergo, qui sis, et, quod Siculus, continet* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *intelligens et quod*] Sic scripsi. — *intelligeret. quod* Princ. Berald. Ald. — *intelligat et quod* Lod. — *intelligeret, et quod* Lugd. Hot. Man. Cren.

21. *ingenio*] *ingenio sit* Lod.

Putasne te posse] Proprium oratoris [est], in omni qualitate comparativa sic agere, ut, qui praeferri velit, occasionem sibi sumat ostendendi, quam perite possit tractare id ipsum, de quo agitur. Ergo quia de constituendo accusatore ambigitur, ostendit Cicero, qualis accusatio esse debeat, ut perinde ac dicit videatur acturus.

(§. 39.) *Athenis, non Lilybaei — Romae, non in Sicilia*] Dicit illum Graecas literas simul et Latinas in Sicilia didicisse, in ea insula, quae neutra lingua bene utatur. Ita enim Plautus in Persa:

Dabuntur [dotis] tibi [inde] sexcenti logi,
Atque Attici [omnes;] nullum Siculum acceperis.

(§. 41.) [*Quod mihi ab amicorum negotiis datur*] Quod mihi licet per amicorum negotia, quibus sum occupatus.

Ita mihi deos velim propitios] Genus iurisiurandi id est, quod [16] dicimus: Tantum mihi divinitas faveat, quantum verum [est] illud, quod dico tibi. Sic igitur: *Ita mihi deos velim propitios, ut commoveor animo ac toto corpore perhorresco, cum mihi illius diei venit in mentem, quo die citato reo [mihi dicendum sit].*

(§. 42.) *Magnitudo iudicii*] Repetundarum: iudicium sine dubio magnum est et persona Verris, qui post praeturam de fortunis omni-

---

1. *Putasne*] Graevii MS. Lod. Lugd. Man. Cren. — *putabasne* Princ. Berald. Ald. Hot.

Ibid. *est*] om. Princ. Berald. Ald. Lod.

2. *agere ut qui praeferri velit occasionem*] Sic scripsi. — *agere eum qui proferri velut occasionem* Princ. Berald. — *agere ut eum, cui praeferri velit, occasionem* Ald. Hot. Cren. — *agere, ut eum, qui proeferri velit, accasionem* Lod. — *agere ut cum cui praeferri velit occasionem* Lugd. Man. — *ogere cum qnoe praeferri velit occasionem* Graevii MS.

3. *perite*] *pariter* Princ.

5. *perinde*] *proinde* Princ. Hot. Cren.

7. *simul et Lotinas*] Lod. et seqq. — *simul Latinas* Princ. Berald. Ald.

9. *Dabuntur - - - acceperis*] Sic editt. Plauti. — *Dabuntur* (*dabant* Princ.) *tibi sexcenti logi atque Attici: nullum Siculum occeperis* Princ. Berald. Ald. Lod. — *Dabuntur dotis inde sexcenti tibi logi, atque Attici omnes, nullum Siculum acceperis* Lugd. Hot. Man. Cren.

11. *Quod - - - datur*] Lemma hoc abest a Princ. Berald. Ald.

12. *Quod mihi l. p. a. negotia*] om. Lod.

Ibid. *mihi*] om. Lugd. Man.

Ibid. *per amicorum*] *pomicorum* Princ.

Ibid. *quibus sum occupatus*] Sic scripsi. — *quibus occupatur* Princ. Berald. Ald. Lod. — *quibus occupamur* Hot. Cren. — om. Lugd. Man.

13. *Ito mihi deos*] *ito deos mihi* Ciceronis editt. praeter Zumptium, quem vide.

14. *est*] om. Princ. Berald.

15—17. *Ito mihi - - in mentem*] His pro lemmate positis, ante voc. *quo* Lodoicus inseruit haec: *Cum illud diei venit in mentem.*

16. *illius*] Lod. et seqq. — *illud* Princ. Berald.

Ibid. *diei*] *temporis* Ciceronis libri: quae lectio non erat tentanda. Interpres enim in his Ciceronis verbis etiam alia quaedam de suo immutavit, ut, quid in codice suo legerit, non appareat.

17. *quo die citato*] Lod. et seqq. — *quo de citato* Princ. Berald. — *quo citato* Ald.

Ibid. *mihi dicendum sit*] add. Lod.

19. *et persona*] Sic scripsi. — *ex persono* Princ. Berald. Ald. — *et ex persono* ceteri.

bus dimicat, et amplitudine iudicum: sunt enim clarissimi et actor . . . . et contemplatione et multarum rerum huiusmodi.

(§. 43.) *Tu horum nihil metuis, nihil cogitas, nihil laboras*] Metum ad offensionem inimicorum Verris retulit, cogitationem ad exspectationem hominum, laborem ad magnitudinem rerum.

Iovem ego Optimum Maximum] Haec capita solent usitata esse causidicis imperitis: quod genus vitii in primordio in rhetoricis *vulgare* nominat. Incipiebant autem veteres, ut Virgilius ostendit, aut ab invocatione deorum, quale est:

Praefatus divos solio rex infit ab alto;

aut reprehensione superioris temporis, ut ait Lucilius:

Vellem cum primis, fieri si forte potisset,

vitiose ambo capita; et Virgilius:

Ante equidem summa de re statuisse, Latini,
Et vellem, et fuerat melius.

(§. 44.) *Cuius ego ingenium ita laudo*] Cur hoc Tullius dicit? Scilicet, ne terreantur Siculi laude patroni adversarii sui.

(§. 45.) *Factum esse necne*] Factum est, non est factum, calumniatores. Et hoc genus argumenti complexio dicitur, quae si probabilis est, vincitur, si necessaria, solvi non potest.

Quid? cum accusationis tuae membra dividere coeperit] Hic irridet Hortensii consuetudinem, ut saepe alias.

---

1. *amplitudine iudicum*] Lod. et seqq. — *omplitudinem iudicum* Princ. — *omplitudinem iudicium* Berald. — *amplitudinem iudicum intelligit* Ald.

2. *et octor ° et contemplatione et multarum*] Princ. Berald. Ald. — *et authoritate et contemplotione multorum* Lod. — *et auctoritatis contemplatione et multarum* Lugd. Hot. Man. Cren.

4. *laboras*] *labores* Prioc.

8. *in primordio in Rhetaricis*] Prine. Berald. — *in primordia Rhetoricón* Ald. — *in primo de Rhetoricis* Lod. — *in primo libro Rhetoricón* Lugd. Hot. Man. Cren. *Primordium* interpreti nostro idem est, quod Ciceroni *exordium.* Auctor ad Herenn. VII. 11. *Vitiosum exardium est, quod in plures causas potest accammodari, quod* vulgare *dicitur.* Conf. Cic. de invent. lib. I. cap. 18. §. 26.

9. *Virgilius*] Aen. XI. 301.

12. *out reprehensione*] Prioc. Berald. — *out ob reprehensione* Ald. et seq. Ibid. *ait*] om. Man. Cren.

Ibid. *Lucilius*] *Lucius* Berald.

13. *si forte potisset*] Ios. Mereerus. — *si forte petisset* (postrema syllaba per compendium scripta) Princ. Berald. Ald. Lod. — *si fors potuisset* Lugd. Hot. Man. Cren. et seqq. — „MS. *perisse;* requirit versus. GRAEV. Douza edidit in Lucil. incert. lib. sat. *si farte potisset*, ex coniectura Ios. Merceri, qui in MSis [immo in veteribus libris, i. e. editionibus] repererat *petisset*, a quibus non longe abit Graevianum hoc *perisse.* Sed recte iam versus in vulg. [O facilem virum!] Ille etiam inexplicabilia illa, *vitiose ambo cola*, initium alterius Luciliani versus existimat." GARAT.

14. *capita*] Sic scripsi. — *cara* Princ. Berald. — *cala* Ald. et seqq.

Ibid. *Virgilius*] Aen. XI. 302 seq.

15. *Ante equidem*] *Aute quidem* Princ.

20. *calumniatares*] Princ. Berald. Lod. — *columniatianes* ceteri. — „*calumniatores* reposui ex MS. scilicet *dicunt.* Vulgo insulse *calumniationes.*" GRAEV.

22. *Hic*] Lod. et seqq. — *hinc* priores.

23. *Hortensii*] *hortensi* Princ.

Transigere] quod manifestum est; *expedire*] definiendum; *absolvere*] dividendum. An *transigere* est, quod aut confiteri non timeat aut negationem concludat; *expedire*, quod definitione solvatur; *absolvere*, quod per qualitatem licitum esse monstretur? [17]

Ipse profecto metuere incipies] Mire descripsit imperitum, cui persuaderi possit, verum dicere adversarium suum.

(§. 46.) *Ex illius invidia deonerare aliquid*] Hoc plus est quam socium criminis reddere.

Poterisne eius orationi subire] Translative dixit ut *magno ponderi subire.*

Praestringat aciem] Vel a praestigiatoribus transtulit verbum, vel a tironibus, qui ignari et rudes pugnae etiam vano armorum sonitu terrentur praestrictis luminibus . . . . Plautus in Milite glorioso:

> *Ut, ubi usus veniat, contra conserta manu*
> *Praestringat oculorum aciem in acie hostibus.*

1—4. Huic scholio praeposita sunt illa duo, quae sequuntur, *Ex illius* cet. et *Ipse profecto* cet. in Princ. Berald., prius duntaxat in Ald. Lod.

1. *Transigere*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Transigere. Transigere* Princ. Berald. Ald. Lod.

2. *transigere*] *transire* Berald.

3. *negationem concludat*] Princ. Berald. Ald. — *negationem excludat* Lod. — *negatione excludat* Lugd. Hot. Man. Cren. — „MS. *atque transigere quod aut confiteri aut timeat, aut negatione concludat.*" GRAEV.

Ibid. *definitione*] Berald. Lod. — *diffinitione* ceteri. — *defensione* Graevii MS.

4. *monstretur*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *monstratur* priores cum Graevii MS.

9. *orationi subire*] Princ. Berald. Lod. cum Graevii MS. Sic in codice suo legisse interpretem et alii monuerunt, et dubitari nequit. Sic etiam Nonium legisse indicarunt Garatonius et Orellius. Nihilo minus recentissimus Verrinarum editor hanc lectionem prorsus neglexit. Attamen integriore codice usum esse Pseudo-Asconium, quam sunt ii, e quibus nostrae editiones fluxerunt, ex multis locis apparet, et hic quoque veram Tullii manum nobis eum servasse arbitror. *Invidiae*, quam Caecilio excitaturus esset Hortensius, paucos ante versus iam meminit Tullius; inutilis igitur est repetita eius mentio. Metaphorice autem loqui h. l. Ciceronem, docent quae ad demonstrandam sententiam hac interrogatione expressam mox adduntur. Orationem Hortensii proponit tamquam ingentem molem, cui subire Caecilius non poterit, cui succumbet. Ob metaphoricam autem locutionem etiam insolentior structura verbi *subire* cum dativo a Cicerone praelata videtur. — *orationis subire invidiae* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. cum edd. Cic.

Ibid. *Translative dixit ut*] Sic scripsi ex Manutii coniectura. — *Quasi latine dixit ut* Lugd. Hot. Cren. — *Quasi latine dixit et* ceteri. — „Quid, si *Translative dixit, ut magno ponderi subire?* ut dicat, ita Ciceronem dixisse *Eius orationis subire invidiae*, quasi de magno pondere loqueretur. Sic Virgilius dixit, *Muroque subibant* [Aen. VII. 161.]; et, *Subiere feretro* [Aen. VI. 222.] Videtur igitur, si Asconium sequamur, legendum *invidiae*, non *invidiam*, ut est in impressis libris." MANUT.

11. *Praestringat*] *perstringat* Princ.

12. *vel a tironibus*] Lod. et seqq. — *vel latronibus* Princ. Berald. — *vel ab latronibus* Ald.

13. *praestrictis*] *perstricta* Princ.

Ibid. *luminibus* * *Plautus*] Princ. Ald. — *luminibus. Plautus* (lacuna non indicata) ceteri.

14. *in Milite glorioso*] Act. I. Scen. I. vs. 3.

16. *Praestringat oculorum aciem*] Berald. Ald. Lod. — *perstringat oculorum aciem* Princ. — *Oculorum praestringat aciem* Lugd. Hot. Man. Cren. cum vul-

(§. 47.) *Magister ludi*] Literarii ludi magister. Omnem enim scholam ludum dixere Romani, et magistri ludi dicuntur, qui primas literas docent. Ergo libellum veterem vult intelligi attulisse Caecilium, unde magister dictata pueris praebere consueviaset.

Cum subscriptoribus exercitatis et disertis] Ironia. Subscriptores autem dicuntur, qui adiuvare accusatorem causidici solent: quos oportet summissius agere quam dicit ille, quem sequuntur.

In omnibus enim rebus] Hic ratio redditur, quare dixit: *tametsi non est satis.* Nam supra ideo posuit: *Est aliquid hoc*, ut ostenderet, quod sine his nihil sit Caecilius.

Proximum subscriptorem] Secundum ab accusatore Caecilio.

(§. 48.) *Habet Alienum*]. Caecilius scilicet. ALIENUM autem volunt intelligi proprium nomen esse, quasi ab Alia, ut Virgilius:

[18] *Quosque secans infaustum intervenit Alia nomen.*

Alii ALIENUM non nomen proprium putant esse, sed *alienum*, et alterius iudicii, et non ex auditorio praetoris maiorumque causarum, sed *a subselliis*, hoc est, non a tribunalibus. Sunt enim subsellia tribunorum, triumvirorum, quaestorum et huiuscemodi minora iudicia exercentium, qui non in sellis curulibus nec tribunalibus, sed in subselliis, considebant.

Hunc tamen ab subselliis] Utrum hoc ad contemptum, an ad genus laudis pertinet? Ego quasi ad laudem dictum accipio, ut maior irrisio sit Caecilii, qui nec a subselliis fuerit aliquando.

---

gatis Plauti editionibos, contra metri leges et grammaticorum testimonia. Conf. Lindemannum, qui tamen in eo errat, quod perversum verborum ordinem a Pseudo-Asconio petitum putat.

5. *Cum subscriptoribus*] *Cum in scriptoribus* Princ.

6. *dicuntur*] *dicunt* Princ. 7. *dicit*] Princ. — *dicat* ceteri.

8. *In omnibus*] *Ut omnibus* Logd. — *Omnibus* (om. priori voc.) Man. com edit. Ciceronis, cui praepositio restituenda videtur.

Ibid. *dixit*] *dixerit* Hot. Cren. 11. *ab*] *ac* Princ.

11. *Caecilio*] Ald. et seqq. — *Caecilium* Princ. Berald.

12. *Alienum*] *Allienum* Ald. Logd. Man. Cren. com edit. Cic. praeter Zumpt. qui veram huius nominis scribendi rationem ex interprete nostro et Servio docuit.

Ibid. *ALIENUM*] *Allienum* Lugd. Man. Cren.

13. *Alia*] Princ. Ber. Ald. Lod. — *Allia* Logd. Hot. Man. Cren. Sic statim.

Ibid. *Virgilius*] Aen. VII. 717. ubi vulgo editur: *interluit Allia.*

15. *nomen*] om. Lod.

17. *sed a subselliis*] Lod. et seqq. — *sed subselliis* Princ. Berald. Ald.

19. *Sunt enim subsellia - - - exercentium*] „Ego *A subselliis* expono, qui versatus sit in iudiciis. nam subsellia non video qui probare possit Asconius eorum tantum fuisse, qui minora iudicia exercerent: cum pro omnibus iudiciis generaliter a Cicerone usurpentur, ut Epist. Famil. lib. XIII. ep. 20. et lib. II. de Oratore, et in Bruto, et alibi non semel." MANUT.

21. Hoc et sequens scholion infra posita sunt inter verba *vocem vel gestum* et *Quartum quem* cet. in Princ. Berald. Ald. Lod.

21. *ab subselliis*] Sic omnes Asconii edit. et sic recte edidit etiam in Cicerone Orellius, quem vide. Mira autem est Zumptii, qui alteram lectionem *a subselliis* reduxit, annotatio: „Asconii lemma (si recte correctum est, quod est in vett. *sed subs.*) et cod. 29. Lagom. *ab subselliis.*" Permutavit scilicet huius scholii lemma cum ipsius interpretis verbis l. 17.

23. *Caecilii, qui nec a subs. fuerit*] Lod. et seqq. — *Caecilii nec a subs. fuerint* priores.

In clamando quidem] Huiusmodi homines in libris de Oratore non *declamatores*, sed *clamatores* idem Tullius vocat.

Totum iudicium sustinebit] Quia tu nec partem iudicii sustinebis; hoc est enim totum iudicium et spes omnis.

Actoribus Graecis] Palliatarum scilicet fabularum. In his enim, etiamsi Latinae sunt, Graeca omnia servantur. Nam Latinae fabulae per pauciores agebantur personas, ut Atellanae, togatae et huiusmodi aliae; ac ideo actores Graecos dixit.

Saepe illum, qui est secundarum aut tertiarum] Comoedia quinque actus habet, hoc est, quinquies ducitur in scenam. Est ergo persona primarum partium, quae saepius actu regreditur, secundarum [et tertiarum], quae minus minusque procedunt. Terentius in Phormione:

Quia primas partes qui aget, is erit Phormio.

Quam ille primarum] Subaudi *partium.*

Multum submittere] Subaudi *vocem* vel *gestum.*

(§. 49.) *Quartum quem sit habiturus*] Duos dixit: quomodo quartum nominat? Scilicet ab accusatore, eum ipso Caecilio numerans proximum Alienum, quartum.

Ex illo grege moratorum] Obturbatores quosdam sordidosque [19] causidicos significat, qui adhibebantur ad moram faciendam, dum meliores advocati recrearentur et se denuo compararent ad dicendum. Et non recessit a translatione scenicorum, qui sunt tragici et comici, dicendo *quartum actorem* et *gregem.*

Cuicunque] Sive mihi, sive Caecilio.

---

1. *in libris de Oratore*] Lib. III. cap. 34. §. 138.

3. *sustinebit - - - sustinebis*] *substinebit - - - substinebis* Princ. Cren.

5. *Palliatarum*] *palleatarum* Princ.

7. *Atellanae*] Ald. Man. Hot. — *antellianae* Princ. — *Attellantae* Berald. — *Attellanae* Lod. Cren.

8. *ac ideo*] Sic scripsi. — Legebatur *An ideo.* „Hic aliquid desideratur: nam est locutio Pediano familiaris [*an ideo*], cum priore interpretatione haud plane contentus alteram adiungit." MANUT.

Ibid. *actores*] *authores* Berald. Lod. sed hic ad calcem praefationis: „*authores*, *actores* rectius."

9. *illum*] *illorum* Princ. Berald.

10. *ducitur in scenam*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *dicitur in scena* Princ. Berald. Ald. Lod. — „*Ducitur in scenam*] Danesii. Vetus, *dicitur in scena.*" HOT.

12. *et tertiarum*] add. Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *procedunt*] *procedit* Berald. Ald.

Ibid. *Terentius in Phormione*] Prolog. vs. 27.

14. *ille*] *ipse* Lod. cum edit. Ciceronis.

18. *Alienum*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Allienum* Hot. Cren. — *Appuleium* Lugd. Man. — „*Numerans proximum Apuleium*] Manutius pro *Alienum Apuleium* impresserat. sed *proximum* dicit, puto, ultimum, et eum, de quo proxime meminerat." HOT.

Ibid. *quartum*] om. Man. — Ceteri pessime cum sequentibus Ciceronis verbis iungebant sic: *Quartum ex illo grege oratorum.*

19. *moratorum*] Man. — *oratorum* ceteri. — „*Moratorum*] Sic legendum Pediani verba demonstrant, non, ut antea, *oratorum.*" MANUT. in edit. postr.

Ibid. *Obturbatores - - ad dicendum*] Haec sequentibus *Et non recessit - - gregem* postposuit Cren. omissa ante v. *non* particula *Et.*

22. *qui sunt tragici et comici*] Haec delenda videbantur T. Popmae.

23. *et gregem*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *et regem* priores.

(§. 50.) *Alienissimis hominibus*] Hinc apparet, etiam supra ALIENUM alieni iudicii hominem significari, et ideo de alienis, quasi exteris, per iocum dicit, tamquam peregrinantibus et advenis, aliquem hospitio esse recipiendum Caecilio.

Quasi praeteriens satisfaciam universis] Sufficiet, inquit, omnibus, quod ego velut praeteriens breviter dixero pro levitate eorum, quibus respondendum est.

De populo subscriptor addatur] Amare *subscriptor de populo*, quasi isti in vulgo numerandi sint, et *addatur* proprie, quasi invito et superbo; huiusmodi enim res *additae* dicuntur. Oblique autem Ciccro removere conatur Caecilium etiam a subscribendi spe, quod postea ille poposcerat secundarum munus. Sed inhumanissimum erat dicere, ne subscriptorem quidem idoneum posse esse Caecilium. Quare in summa sibi subscriptorem necessarium non esse † alibi mox ait: *Sed ne subscribendi quidem, cum id postularet, facerent potestatem.*

Ad columnam Maeniam] Maenius, cum domum suam venderet Catoni et Flacco censoribus, ut ibi basilica aedificaretur, exceperat ius sibi unius columnae, super quam tectum proiiceret ex provolantibus tabulatis, unde ipse et posteri eius spectare munus gladiatorum possent, quod etiam tum in foro dabatur. Ex illo igitur columna Maenia vocitata est: † causis eiusmodi soliti.

---

6. *velut*] Sic scripsi. Legebatur *vel.*

7. *respondendum est*] His annectebantur verba, quae nos aptius sequenti scholio asseruimus, *Oblique autem - - - facerent potestatem.*

9. *et addatur proprie, quasi*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *et addatur proprie quasi isti in vulgo numerandi sint. et addatur de populo quasi* Princ. — *et addatur proprie de populo quasi* Berald. Ald. Lod. — *et addatur proprie de quasi* Graev. qui nimis breviter annotavit: „MS. *de populo.*"

10. *superbo; huiusmodi enim res*] Sic scripsi. — *superbo quod huiusmodi enim res* Princ. Ald. — *superbo, quod huiusmodi nimirum res* Graev. a cod. suo. — *superbo quod huiusmodi res* ceteri. — „*Quasi invito et superbo*] Malim, *invito et superfluo*, duobus adverbiis." HOT.

13. *ne subscriptorem quidem*] „*ne* abest a MS." GRAEV.

14. *summa*] *summo* Man.

Ibid. *esse alibi mox ait*] Sic corrupte Princ. Berald. Ald. Lod. — *esse dicit. alibi mox ait* Lugd. Man. — *esse dicit. alibi (III. orat.) ait* Hot. Cren. „Similiter corrigendum putavi ut supra: quum in vetere scriptum esset, *mox:* hallucinante, puto, librario, quum in margine reperisset: *III. or.* Nam ex tertia Verrina [Act. II. lib. i. cap. 6. §. 15.] est hic locus." HOT.

15. *subscribendi*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *subscriptorum* antiquiores.

Ibid. *id*] om. Man.

Ibid. *facerent*] Lugd. Man. Graev. seqq. — *facerem* ceteri cum Graevii MS.

16—21. Scholion huc, quod post sequens legebatur, suo loco restituimus cum Graevio.

16. *Maeniam. Maenius*] Man. — *Meniam. Menius* ceteri. Sic et infra.

18. *exceperat ius sibi unius columnae*] „Plinius H. N. XXXIV. 5. ait C. Maenium triumphasse de Antiatibus aliisque priscis Latinis, et ea re illi columnam datam esse. POPMA. Haec fuit monumentum victoriae, ut illa C. Duillii. Fortasse duo Maenii, duaeque columnae admodum diversae fuerunt." GARAT.

Ibid. *proiiceret*] *proiceret* Princ. Berald.

Ibid. *ex*] Lod. Hot. Cren. — *et* Princ. Berald. Ald. — om. Lugd. Man.

19. *unde - - possent*] *inde - - possint* Princ.

21. *causis eiusmodi soliti*] Locus aperte corruptus, qui neque omisso v. *soliti* (Berald. Lod. Lugd.) neque legendo *solitis* (Cren.) sanari potest. Ne id quidem

Vestri ordinis reos] Reos vestra defensione condignos, velut fures [20] et servos nequam, qui apud triumviros capitales apud columnam Maeniam puniri solent. Aderant autem his reis moratores apti talibus negotiis.

(§. 51.) *Custodem, inquit, Tullio me apponite*] Subscriptorem non dixit, sed custodem, ut, quia acerbe responsurus erat, laccssitus convicium facere videatur. Nam subscriptores non solum chartarum causa neque iuvandi accusatoris adhiberi solent, sed etiam ut non facile corrumpatur.

De isto custode toto] Hoc est, de omni genere subscriptorum, id est, etiam si Caecilius subscriptorem se esse deposcat.

Nunquam tales viros commissuros] Male facturos, prave . . . . nam committi fraus dicitur atque peccatum.

[*Etenim fides mea* ect.] Sum enim et fidelis et diligens; et ideo nec custode indigeo, et speculatorem esse inter mea secreta non patior.

(§. 52.) *Verum ut ad te, Caecili, redeam*] Recte, quia ad subscriptores parecbasin fecerat.

(§. 53.) *Sed ceteri Siculi*] Saepe in Caecilium utitur hoc convicio, ut illum non Romanum, sed Siculum dicat.

(§. 55.) *Praefectus Antonii quidam*] M. Antonius curator tuen-

---

nobis constat, quo loco haec verba ponenda sint, quum quae iis vulgo addebantur *Aderant - - - negotiis* sequenti scholio tribuerimus. Aptius fortasse post verba *talibus negotiis* collocari poterant. — „*Causis eiusmodi soliti. aderant autem his rebus moratores apti talibus negotiis*] Hoc et depravatum est, et videtur abundare. potius ad illud pertinet, quod est paullo supra, *Ex illo grege moratorum.*" MANUT. Omnia haec verba, quae Manutio abundare videbantur, om. Schütz. — *soli aderant moratores* Graevii MS.

1. *velut*] Sic scripsi. — *vel* Princ. Ber. Ald. Lod. Man. — *ut* Hot. Cren.

3. *reis*] Sic scripsi. Legebatur *rebus*.

7. *chartarum*] *cartorum* Princ. „Recepi ex MS. *causarum*. Quid hic *chartae* faciant?" GRAEV. „Tamen praestat cum aliis legere *chartarum*, et in MSo Graev. mendum agnoscere. Quid hic *chartae* faciant, Cic. docet, *capsas* nominans." GARAT.

9. *corrumpatur*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *corrumpantur* Princ. Berald. Ald. Lod.

12. *Nunquam*] *Non esse hos* Lod. cum editt. Ciceronis.

Ibid. *tales*] *talis* Princ. Berald.

Ibid. *Male*] om. Lugd. Man.

13. *prave * nam*] Sic Princ. — *prave. nam* Berald. Ald. Lod. Lugd. Man. — *prave et iniqua ratione. nam* Hot. Cren. et seqq.

Ibid. *peccatum*] *pectatum* Princ.

14. *Etenim fides mea* ect.] Hoc lemma addidimus, ut sequentia interpretis verba haberent, quo referrentur. Nam ad praecedens scholion, quocum in omnibus editt. iuncta legebantur, minime pertinent.

16. *ad subscr.*] Sic scripsi. — *aut subscr.* Princ. Berald. Ald. — *in subscr.* Lod. et seqq.

17. *parecbasin fecerat*] Lod. — *parecbas infecerat* Princ. — *parabas infecerat* Ber. — *pa * infecerat* Ald. — *παρέκβασιν fecerat* Lugd. Hot. Man. Cren.

20. *Antonii*] *Antoni* Princ.

Ibid. *quidam*] Male hanc vocem interpreti tribuunt Ald. et seqq.; haud melius om. Graev. Schütz. „Tamen hoc [vocem *quidam* Ciceroni esse restituendam] monuerat Rutgersius III. var. 17., qui etiam emendabat *missus esset*. Imo utrumque iac. Gronovius ex illo receperat." GARAT.

Ibid. *M. Antonius*] Deerat praenomen, absorptum, ni fallor, a praecedente litera.

dae totius orae maritimae, qua Romanum erat imperium, non solum ipse nequam, verum etiam comitibus pessimis, rem inauditam invasit et indicto Cretensibus bello male re gesta ibidem periit, ante quam Pompeius contra piratas missus est. Sed de hoc alibi ait Tullius: *Post Marci Antonii infinitum illud imperium senserant.*

Quibus se in classe uti velle dicebat] Cani remigibus celeuma per symphoniacos solebat et per assam vocem, id est, ore prolatam, et, ut in Argo navi, per citharam. Sed quia hic *in classe* dixit, possumus intelligere, ad hoc symphoniacos capi solere, ut in classe pugnantibus classicum canant: unde ipsi tibiae classis nomen est positum [21] *classicum.*

(§. 57.) *Non Verres, sed Q. Mucius*] Scaevolam significat. Huius quaestor Rutilius Rufus damnatus est, quod cum praetore consenserit suo, ne publicani aliquid agerent in provincia sua. Quo cognito equites Romani (nam tum, ante Syllana tempora, iudicabant) damnarunt eum. Hic est Mucius, in honorem cuius Asiani diem festum *Mucia* nominabant.

Circes] Illa enim sues ex hominibus faciebat.

Redit ad se atque ad mores suos] Nota, redire ad se homines. *Redit* autem iam ad argumentum, non ad similitudinem pertinet. Vult enim innuere, quod recte fecit, alienum esse et parvissimi temporis, proprium vero et perpetuum, quod admisit.

---

3. *periit*] *proit* Princ.
4. *Sed*] om. Lugd. Hot. Man. Cren.
Ibid. *alibi*] Verr. Act. II. lib. II. cap. 3. §. 8.
5. *Post*] *Postquam* Lod.
Ibid. *senserant*] Lod. et seqq. — *senserat* priores.
6. *celeuma*] Ald. Lugd. Hot. Man. — *caelum a* Princ. — *celeusma* Berald. Lod. Cren.
7. *symphoniacos*] *symphonicos* Princ. Berald.
Ibid. *assam*] „vel *altam*" marg. Berald.
8. *et ut*] *et interdum ut* Lod.
10. *tibiae*] Princ. Berald. Ald. — *tubae* Lod. et seqq.
Ibid. *classis*] *classi* Princ. (An *cantui?* OR.)
12. *Mucius*] Scribebatur *Mutius*. Sic statim.
Ibid. *Scaevolam*] Ald. et seqq. — *scevola* Princ. — *Scaevola* Berald.
13. *Huius quaestor*] Non *quaestorem*, sed *legatum* Q. Scaevolae fuisse P. Rutilium monuit Beierus ad Fragm. orat. pro Scauro p. 132. Cf. Zumpt. ad h. l.
Ibid. *Rufus*] Princ. Man. — *Ruffus* ceteri.
14. *aliquid*] *aliquit* Princ.
18. Hoc scholion sequenti insertum est, post v. *homines*, in Princ. Berald. Ald. Lod.
Ibid. *Circes*] Princ. Berald. ut Ciceronis cod. Guelf. 2. — *Circe* Ald. — *Circeo* Lod. — *Circaeo poculo* Lugd. Man. cum editt. Cic. — *Circeo poculo* Hot. — *Circeo populo* Cren.
19. *Redit ad se* – – – *homines*] Haec sequentibus *Redit autem* – – – *quod admisit* postposuerunt Hot. Cren., his verbis cum superiori scholio iunctis. In Lugd. vero praeposita sunt praecedenti scholio.
20. *Redit*] *reddit* Princ. Berald.
Ibid. *iam ad argumentum, non ad*] *iam argumentum quod ad* Berald. — *iam ad argumentum quod ad* Lod.
21. *parvissimi*] *parcissimi* Berald. — *brevissimi* Lugd. Man.
22. *quod*] *quod mali* Schütz.
Ibid. *admisit*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *amisit* antiquiores.

(§. 58.) *Hic tu, si laesum te a Verre dicis*] Iniuria semper iniusta est; laedi etiam aliquis iuste potest: nam et qui iure damnantur laeduntur, sed non iniuria. Et recte contra *patiar defendam* posuit, contra *concedam negabo*. Et bene addit *negabo:* potuit enim aliter atque aliter intelligi defensio. Est enim hic finis, quid sit iniuria.

(§. 60.) *Quam ne in alio quidem probarent*] Qui et idoneus orator et integer quaestor accusandi Verris fuisset.

(§. 62.) *Quamobrem eum, cui quaestor fueris, accuses*] *Accuses* pro eo, quod est, accusare velis. An apud nos modo accuses, cum dicas, ab illo tibi iniuriam factam.

(§. 63.) *Itaque neque L. Philoni*] Omnia exempla sunt quaestorum, qui praetores suos non permissi sunt accusare.

Atque ille Cn. Pompeius] Propiora exempla et magis similia posteriora ponenda sunt. Strabonem autem dicit Pompeium, Cn. Pompeii patrem.

(§. 65.) *Etenim cum lex ipsa*] Vide, firmamenta argumentorum quotiens in oratione sine metu fastidii repeti solent.

(§. 66.) *Clarissimi viri nostrae civitatis*] Hoc rursum extra contentionem, quam contra Caecilium habuit, de suo officio, quemadmo- [22] dum coeperat, repetit, ne levius videretur ex defensore repente accusator factus.

---

1. *laesum te a Verre*] *laesum te a Verre esse* Cic. editt. invito orationis numero.

Ibid. *dicis*] *dices* Lod. Man. ut in Cicerone legebatur ante Zumptium, quem vide.

6. *Quam ne in alio quidem probarent*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *quam ne alio quidem probarent* Princ. — *quam nec alioqui probarent* Berald. Lod. — *quam ne alii quidem probarent* Ald.

Ibid. *Qui et*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *quod et* Princ. (per comp.) Berald. Lod. — *et quod* Ald.

7. *integer quaestor*] Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *integer et quaestor* ceteri.

Ibid. *accusandi*] om. Lugd. Man.

8. *Quamobrem eum, cui quaestor fueris*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Quam ob rem cum cui quaestor fueris* Princ. Ald. — *Quam ob rem cum eum cui quaestor fueris* Berald. — *Quam ob rem qui quaestor eius fueris* Lod. — Asconii lectionem, quae a nobis edita est, firmat Ciceronis cod. Lagom. 5. nec differt nisi ordine verborum minus simplice ed. Iunt., quam secutus est Orellius. Tamen Zumptius multo duriorem ceterorum codd. lectionem reduxit, quam etiam Pseudo-Asconio obtrudit Lodoicus.

12. *qui p. s. n. permissi sunt*] „Legendum videtur *quibus p. s. n. permissum fuit.*" Schützius, temere.

13. *Propiora*] *propriora* Princ.

14. *posteriora*] *posteria* Princ.

17. *quotiens*] Princ. — *quoties* ceteri.

18. *Hoc*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *hos* priores.

19. *contra Caecilium*] Sic scripsi. — *ante Caecilium* Princ. Berald. — *ante cum Caecilio* ceteri.

20. *coeperat*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *coeperit* Princ. Berald. Ald. — *coeperit accusare* Lod.

Ibid. *repetit ne*] Lod. et seqq. — *repetit enim ne* priores.

Ibid. *levius*] Princ. Berald. — *levis* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *levior* Lod.

M. Catonem illum Sapientem] Cato hic accusavit Sergium Galbam pro direptis Lusitanis et P. Furium pro iisdem, propter iniquissimam aestimationem frumenti.

(§. 69.) *Accusavit M.' Aquilium*] Hic M.' Aquilius de pecuniis repetundis accusatus est. Hic est igitur Lentuli Surae pater in carcere strangulati propter coniurationem.

L. Cottam in iudicium vocavit] Hunc P. Africanus post secundum consulatum et censuram dicitur accusasse.

(§. 70.) *Iudiciisque corruptis et contaminatis*] *Corrupta* iudicia sunt in iis, qui acceperunt pecuniam, *contaminata* in iis, qui offensione ordinis infamantur.

(§. 71.) *Requiret*] Amissum sentiet. Hoc est enim *nihil requiret;* non sentiet sibi deesse aliquid ex iis rebus, quas nunquam habuit.

(§. 73.) *Ego me dignitate superatum non arbitrabor*] Ero enim defensor, ut fui, et necessitatem accusationis evadam. Hoc quidem videtur plane dicere, sed latenter hoc significat, pravo de se indicio magis indicibus haesuram turpitudinem quam sibi.

---

2. *pro iisdem*] om. Lod.

3. *propter iniquissimam aestimationem*] Sic scripsi. — *propinquissima extimatione* Princ. Berald. Ald. — *pro iniquissima aestimatione* Lod. et seqq.

4. *Accusavit*] *Accusabat* Lod. Man. cum editt. Ciceronis.

Ibid. *M.'*] Man. — *M.* ceteri. Sic statim.

Ibid. *Aquilius*] *nequilius* Princ.

5. *Lentuli Surae pater*] „Immo *avus:* quod significat Dio lib. XLVI. [p. 463. ed. Reim.] Cicero in Catil. orat. IV. [c. 6. §. 13. conf. orat. III. c. 5. §. 10.] et Valerius [V. 5. Rom. 2.]: ut legendum sit fortasse: *Hic est avus Lentuli Surae praetoris* cet. nam et *praetor* et *pater* duabus litteris scribitur: et erat Sura, quo anno in carcere strangulatus est, praetor." MANUT. in edit. postr. — Robortelius Emendatt. p. 58. locum hunc sic legendum censet: *P. Lentulus*] *Avus hic est Lentuli Surae pr.* i. e. *praetoris.* „At praestat Asconium negligentem putare potius, quam tantopere ab eius MSis abire." GARAT.

7. *Cottam*] *coctum* Princ.

Ibid. *vocavit*] *vocabat* Lod. Lugd. Man. cum editt. Ciceronis.

Ibid. *post*] Lod. et seqq. — *ante* Princ. Berald. Ald.

9. *et contam.*] *ac contam.* editt. Ciceronis, quamquam etiam apud hunc in aliquot codd. bonae notae legitur *et.* Coniunctionem *ac* ante syllabam *con* positam ferri posse in Cicerone docuit Zumptius; at inde non sequitur eam etiam praeferri debere alteri particulae *et*, ubi haec auctoritate bonorum librorum firmatur.

12. *Requiret*] *Requirit* Lod. — *requiriet* (sic) Man.

Ibid. *sentiet*] *sentit* Lod.

Ibid. *Hoc est enim*] *hoc enim* Berald. — *hoc enim est* Lod.

13. *requiret* - *sentiet*] *requirit* - *sentit* Lod.

Ibid. *non*] *nec* Berald. Lod.

16. *plane dicere*] Lod. et seqq. — *placere* priores. — „*Videtur plane dicere*] Budaei. Vetus, *placere.*" HOT.

PSEUDO-ASCONIUS

IN

M. TULLII CICERONIS

PROOEMIUM PRIMAE ACTIONIS

IN

C. VERREM.

ARGUMENTUM.

Victo Caecilio et accusatione ad se delata Cicero, cum inquisitionis [23] tempus in Siciliam postulasset dies CX. et cum filio patrui sui Tullii totam provinciam colligendis literis in Verrem et denunciandis testimoniis peragrasset diebus L., quia pedestre iter ex Sicilia et propter fugitivos et propter Verris insidias devitabat, a Vibone transiit. Tam repente adveniens

---

In editione principe et Berald. index hic est: VERRINARUM LIBER PRIMUS FINIT. INCIPIT SECUNDUS.

ARGUMENTUM] add. Creu. 2. *filio*] *filia* Princ. Berald.

5. *devitabat*] Schützius e Graevii coni. — *dubitabat* priores. „Sed forte legendum etiam est, *a Vibone Veliam transiit.* Deest enim, quo transierit: Veliamque a Vibone se mari venisse, ipse testatur Cicero lib. II. in Verr. 40. *Pedestre iter ex Sicilia* illud est, quod ex Sicilia Romam euntibus a columna Rhegina per Bruttium et Lucaniam erat faciendum. Quod vero hic dicitur in causa fuisse, cur hoc iter Tullius vitaret, id vereor, ne Tullius ipse recuset. Locus ille II. 40. attendatur: *Si posset reus absente accusatore damnari, non ego a Vibone Veliam parvulo navigio inter fugitivorum ac praedonum ac tua tela venissem, quo tempore omnis illa mea festinatia fuit cum periculo capitis ob eam causam, ne tu ex reis eximerere, si non adfuissem ad diem.* Planum est, opinor, ea pericula mari non minus, ne dicam etiam magis, quam terra, Tullio fuisse parata, quod virum prudentissimum non poterat fugere, causamque illius consilii festinationem fuisse. A columna Rhegina, quo ex Sicilia solebat appelli, Romam erat rectum iter, quod in Antonini itinerario describitur ed. Wessel. p. 106. Iuxta hoc itinerarium, Tullius a columna Vibonem usque terra confecit M. P. XLVI. Tum se mari tradidit, Veliamque delatus, rectiori certe breviorique itinere ad summum paene caput viae Aquiliae pervenit, quam si per eandem continuum fecisset iter. Quod in tabulis ipsi facile oculi iudicabunt. Aquilia porro in Appiam ibatur, Capua petebatur. Convenit hoc probe cum eo, quod d. c. 2. Tullius narrat, *multas sibi a C. Verre insidias terra marique factas:* maritimasque has praecipue *diligentia*, quam memorat, sua devitatas arbitror, celeritate scilicet et parvulo illo navigio." GARAT.

Ibid. *Vibone*] Ald. et seqq. — *iubone* Princ. Berald. hic in margine: „vel *Vibone.*"

Ibid. *Tam*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *tum* Ceteri.

cum videret id agi, ut a [M'.] Glabrione praetore et ab iis iudicibus, qui tunc erant, ad alium annum aliumque praetorem res tota transiret criperetурque sibi reus patrocinio Hortensii ac Metelli, qui tunc consules futuri erant (per hos omnem Verres eludendi iudicii fiduciam sumpserat): hoc commentus est rationis, ut orationem longam praetermitteret neque in criminibus declamatione cumulandis tempus absumeret, sed tantummodo citaret testes ad unum quodque crimen expositum et eos Hortensio interrogandos daret: qua arte ita est fatigatus Hortensius, ut nihil, contra quod diceret, inveniret, ipse etiam Verres desperato patrocinio sua sponte discederet in exilium.

Hoc igitur laborat in oratione hac tota Tullius, ut ostendat non dolo nec astutia, sed necessitate, facere id, quod fecit, et magis adversariorum fraudibus occurrat, quam ut ipse sit captiosus. Vult enim, ut diximus, omne hoc tempus, quod est ante Kal. Ianuar. dispensare in totius causae actionem, ne ad alium praetorem aliosque iudices novis
[24] consulibus veniendum sit.

Toto igitur hoc libro exhortatio iudicum continetur ad vere iudicandum: minae in adversarios diriguntur omnia tentantes ad corrumpendum iudicium; et expositiones Ciceronis consilii sui iudicibus exhibentur, † quas intractans communiter; brevitasque obiiciendorum criminum mira arte conficitur.

Status: Quantum ad crimina causae repetundarum pertinet, coniectura multiplex inest omnibus libris; quantum ad specialem intentionem libri huius refertur, qualitas negotialis extra scriptum in particula iuris est constituta. Inducitur enim postulatio de agendi novo genere, siquidem petit permitti sibi non uti oratione perpetua, sed breviter crimina proponere et ad singula testes dare.

Sunt autem capita orationis haec: An talis reus, cuius damnatio

---

1. *a M'. Glabrione*] Schütz. — *a M. Glabrione* Hot. Cren. Graev. — *a Glabrione* (*omisso pracoomine*) priores.

Ibid. *praetore et ab*] Ald. et seqq. — *praetore ab* Princ. Berald.

4. *omnem*] Sio scripsi. — *omnes* Princ. Beraid. Ald. Lod. — *enim* Lugd. Hot. Mao. Cren.

5. *praetermitteret*] *praemitteret* Cren.

12. *et magis*] *ut magis* Beraid.

13. *quam ut*] Lugd. Hot. Mao. Cren. — *quamuis* priores.

15. *actionem, ne ad*] Ald. et seqq. — *actionem. Ad* Prioc. Berald. et Melaochthon, qui tamen margini adscripsit: „Opinor, *ne ad aliom.*"

18. *adversarios*] Ald. et seqq. — *adversario* Princ. — *adversarium* Berald.

19. *et expositiones - - - exhibentur*] Ald. et seqq. — *et expositione - - - exhiberetur* Prioc. — *et ut expositiones - - - exhiberentur* Berald.

20. *quas intractans - - - conficitur*] Sic corrupte Princ. Ald. Logd. Man. (oisi qood in Ald. Lugd. Man. legitur *brevitas quoque*). — *quas tractans communiter breviterque obiic. crim. miram artem conficit* Beraid. Lod. — *quasi inter eos tractentur communiter: ubi brevitas quoque obiic. crim. mira arte conficitur* Hot. Cren. „Sic reposui, cooiecturam capicos ex eo, quod dicit psulo post, *expositio consilii sui, ut cum iudicibus deliberatio* cet. Vetus, *quasi inter tractans communiter * brevitas* cet." HOT. Pro *obiiciendorum* „MS. *iudicendorum.* f. *iudicandorum.*" GRAEV.

23. *inest*] Ald. et seqq. — *est* Princ. Berald.

24. *qualitas*] *causa* Ald. Lugd. Man.

prosit rei publicae? An talia eius consilia ad corrumpendum iudicium? An talia et tam maoifesta crimina ad patrocinium desperandum? Ao huiusmodi ab eo et ab eius suffragatoribus et dicta et facta ad eludendam accusationem, ut novo genere sit agendum Tullio. Quarum rerum quasi per narrationem facit demonstrationem expositio consilii sui; et cum iudicibus deliberatio videtur inducta: in qua ostenditur, certandum cum Hortensio astutia, noo uteodo horis omnibus ad dicendum; tolleodam, si fieri poterit, comperendinationem; per testes crimina comprobanda. Facit hoc Cicero, ut haec res noo solum compendio moram ac brevitatem temporis tollat, sed etiam circa artificium diceodi breviter etiam io hac parte vim oratoris ostendat.

ENARRATIO.

(§. 2.) *Qui contionibus et legibus*] *Contionibus* Quintium dicit tribunum plebis, qui veoeficii reum Oppiaoicum Cluentio accusatore defendeos victus erat illo damnato; *legibus* autem L. Aurelium Cottam praetorem significat, qui legem promulgarat de restitueodis iudiciis [25] equestri ordini.

Peculatorem aerarii] Sub Carbooe coosule, cum quaestor esset. Peculator autem [est], qui furtum facit pecuoiae publicae.

Vexatorem Asiae atque Pamphyliae] Sub Dolabella, cum legatus ei et pro quaestore esset, mortuo Malleolo.

Praedonem iuris urbani] In praetura urbaoa, quam Siciliensis secuta est, de qua ounc accusatur.

(§. 3.) *Cum multae mihi a C. Verre terra marique insidiae*] Alias sigoificat iosidias, quae vitae eius factae suot, alias, quae inte-

1. *rei publicae*] *Ro. Po.* Ald.
3. *et ab eius*] *et eius* Berald. Lod.
Ibid. *eludendam*] *deludendam* Princ. — *eluendam* Ald.
5. *per narrationem*] *post narrationem* Graevii MS.
Ibid. *demonstrationem expositio*] Princ. — *demonstrationem. expositio* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *demonstrationem expositione* Berald. Lod.
Ibid. *et*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *ut* Lugd. Hot. Man. Cren.
6. *inducto*] Lod. et seqq. — *indicto* priores.
7. *tollendam*] Berald. Ald. Lod. — *tollendo* Princ. — *ad tollendam* Lugd. Hot. Man. Cren.
8. *poterit*] Princ. Berald. — *possit* Ald. et seqq.
Ibid. *comprobanda*] Pr. Ber. Ald. Lod. — *comprobando* Lugd. Hot. Man. Cren.
9. *compendio*] *e compendio* Berald.
10. *moram oc brevitatem*] *oc brevitate morom* Lugd. Hot. Man. Cren.
12. *ENARRATIO*] *INITIUM EXPOSITIONIS* Cren. — om. ceteri.
14. *veneficii*] *venefici* Princ. 16. *promulgorat*] *promulgaret* Man.
18. *Peculatorem*] *Depeculatorem* Lugd. Hot. Man. Cren. cum editt. Ciceronis.
19. *autem est, qui*] Sic scripsi. Deerat *est*.
20. *atque Pamphyliae*] Hot. Man. Cren. — *atque Pomphiliae* antiquiores. — om. Lugd.
24. *terra marique insidiae*] *insidiae terra marique* Lod. cum editt. Ciceronis. — Post haec verba in Princ. est compendium mihi iguotum *r̄s*.
25. *alias, quae*] Lod. et seqq. — *aliasque* Princ. Ald. — *alia quae* Berald.

gritati et existimationi: nam vult intelligi etiam praemia sibi praevaricationis ostentavisse Verrem, sed *terra marique* insidias factas significat.

(§. 4.) *Ordini*] Ordini insidiatur, ne dignitas indicandi ordinem sequatur detectis in corruptione iudicantibus.

Nomini senatorio] Ne senatori nomen honori sit, sed potius ignominiae. *Senatorio* enim bis subauditur, et senatorio ordini et nomini senatorio.

(§. 5.) *Semel ait se in vita pertimuisse*] Contumaciam Verris praecipitem: nam *semel* vicinum est ad *paene nunquam*. Ex eodem sensu est, „quod semel in vita risisse Crassum scribit Lucilius: unde Virgilius mihi videtur dixisse:

Tum primum nostri Cacum videre timentem.

(§. 5.) *Tum, cum a me reus factus est*] Quid est reum fieri nisi apud praetorem legibus interrogari? Cum enim in ius ventum esset, dicebat accusator apud praetorem reo: AIO TE SICULOS SPOLIASSE. Si tacuisset, lis ei aestimabatur ut victo; si negasset, petebatur a magistratu dies inquirendorum eius criminum et instituebatur accusatio.

[26] (§. 6.) *Diem*] *Dies* feminino genere tempus, et ideo diminutive *diecula* dicitur breve tempus et mora. Dies horarum XII. generis masculini est: unde *hodie* dicimus, quasi *hoc die*.

Invenit iste qui sibi in Achaiam] Alii hunc Rupilium, alii Oppium putant. Sunt qui Rupilium dicunt accusatorem, Oppium reum, alii Q. Metellum Nepotem accusatorem, Curionem reum. Petiit autem Tullius C. et X. dies; Rupilius, sive Oppius, suppositus a Verre, C. et VIII. petiit. Moris autem fuerat, ut agendi dies priori prior ordinaretur. Itaque si omni tempore postulato usus esset ad inquisi-

---

1. *existimationi*] Lod. et seqq. — *extimationi* priores.

Ibid. *nam vult - - - factas significat*] *nam UNO TEMPORE MIHI vult - - - factas suae vitae significat* Hot. Cren. „Locus hic nullo sensu sic antea legebatur, *Nam vult intelligi e. p. s. p. o. Verrem, sed t. marique insid. factas significat:* quem ex ipsius oratoris verbis restitutum ad senatum edidimus." HOT.

3. *Ordini. Ordini insidiatur*] *Ordini nomini insidiatur* Princ. Berald. Ald. (ap. quem est *insidiator*) — *Ordini insidiatur*] Lod. — *Ordini, nomini denique senatorio.*] *Ordini insidiatur* Lugd. Hot. Man. Cren.

5. *Namini*] om. Ald. Hot. Man. Cren.

Ibid. *senatorio*] om. Lugd.

Ibid. *Ne senatori nomen honori sit*] Ald. — *Senatori namen honori sit* Princ. — *Senatori nomen honari ne sit* Berald. — *Senatorum nomen honori ne sit* Lod. — *ne senatorium nomen honori sit* Logd. Hot. Man. Cren.

6. *bis*] *ius* Princ. Berald. 11. *Virgilius*] Aen. VIII. 222.

13. *cum a*] *cum primum a* Man. cum edit. Ciceronis.

Ibid. *a me reus*] *reus a me* Ciceronis editt. praeter Lamb. et Zumpt.

Ibid. *est*] *sit* Hot. Man. Cren. — om. Lugd.

16. *aestimabatur*] *extimabatur* Princ.

17. *petebatur*] Lod. et seqq. — *petebat* Princ. Berald. Ald.

21. *hoc die*] His annexa erant, quae nos proximo scholio restituimus, *Petiit autem - - - petiit.* 23. *putant*] *putat* Princ.

23. *Rupilium*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Racilium* antiquiores.

26. *C. et VIII. petiit*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *C. petiit* priores — „Addidi numerum octo dierum ex lib. III. in Verrem et ex ipso Asconio in hac eadem pag. et alibi." MANUT. 27. *ordinaretur*] *daretur* Lugd. Man.

tionem Tullius, futurum erat, ut prior locus ad agendum daretur ei, qui biduo l revinrem diem postulaverat: cuius accusationis interposita de industria mora, eum Verres ad alios consules distulisset.

(§. 7.) *Cum publicis auctoritatibus*] Publicis literis.

(§. 8.) *Perdita profligataque*] Peius voluit esse *profligata* quam *perdita*. Est enim *perditum*, quod inveniri potest, *profligatum*, quod non potest.

Tempus emisse] Id est, dilationem temporis impetrasse. *Iudicium suum* autem debemus intelligere sibi aptum, et e contrario ait: *alienum tempus offenderat.*

(§. 9.) *Quod si non modo in causa*] Per innocentiam.

Honesto praesidio] Per compensationem criminum auctoritate dicentis.

Vel alicuius eloquentia] Acerbe in Hortensium, quem corruptione iudicum, non eloquentia sua dicit esse confisum.

Gratia] Amicorum plurimorum, quibus defensoribus [uteretur].

Deligeretur ex senatu, qui reus fieret] Oppius vel Curio.

(§. 10.) *Hoc praetore*] Glabrione scilicet.

Hoc consilio] Lectissimorum ex omni numero senatus iudicum.

Quod populus Romanus in reiectione iudicum iudicavit] Ex iis, quos renuit, intellectum est eos iudices habere velle, quos corrumpi posse confideret. [27]

(§. 11.) *Nisi Cn. Carbonem*] Carbo Marianae partis dux idemque consul desertus Arimini est a quaestore suo Verre, spoliatus pecunia publica, quam quaestor in exercitu de aerario sumpserat, cum ad Syllam ille transiret proditor partium Marianarum.

Cuius legatio] Legatus per has provincias Dolabellae proconsuli

---

1. *futurum erat*] *furtu responderot* Princ.

Ibid. *prior*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *priori* antiquiores.

3. *eum*] *cum* Berald.

6. *Est enim*] Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *etenim* Princ. Berald. Lod.

Ibid. *perditum, quod inveniri potest, profligatum, quod non potest.*] Sic scripsi. Legebatur *perditum, quod inveniri non potest, profiigotum, quod potest.* „Immo contra: *Est enim perditum, q. inv. potest, profligatum, q. non potest;* ut ostendatur, quod iam dixit, peius esse *profligata*, quam *perdita.*" MANUT. in edit. postr.

Ibid. *profligotum, quod non potest*] „*profligotum quod potest*] Praestat autem esse nulla omnino iudicia, quam dissoluta et numaria. Obscurus locus." HOT.

7. *Tempus emisse*] Apud Ciceronem legitur: *tempus ipsum emisse.*

Ibid. *Iudicium suum autem*] Princ. Ald. — *iudicium autem suum* ceteri.

13. *Vel olicuius eloquentia*] Ald. — *vel aliqua re eloquentiae* Princ. — *vel alicuius eloquentiae* Berald. — *Aut in olicuius eloquentio* Lod. et seqq.

14. *sua*] *sica* Princ.

15. *plurimorum*] Lod. et seqq. — *plurimum* priores.

Ibid. *uteretur*] add. Lod. et seqq. 16. *Deligeretur*] *diligeretur* Princ.

16. *Oppius*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Appius* priores.

19. *populus Romanus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *proetor* antiquiores. Sed conf. quae infra leguntur p. 29. Hot. *Solet autem ex moribus ac famo iudicum illorum, quos out reiiciebant aut retinebant, de voluntate coniecturam facere populus, qui cousae suoe confidere, qui corrumpere iudices vellet.*

26. *legatio*] Ald. et seqq. — *legatus* Princ. Berald. Error ex sequente voc. ortus videtur.

Ibid. *proconsuli*] Sic scripsi. — *proconsul* Princ. Berald. Ald. — *procansulis* Lugd. Hot. Man. Cren. — In Lod. scriptum est *PROCOS.* per compendium.

fuit et pro quaestore, Malleolo mortuo, eiusdemque in iudicio, cum accusaretur, proditor fuit.

In invidiam suis maleficiis adduxit] Propter sua scelera, inquit, cum fecit invidiosum reum . . . .

Oppugnavit et prodidit] Peius est *prodere* quam *oppugnare*, propterea quod *oppugnare* inimici et hostis officium est, *prodere* gravius, cum ad eos, qui amici esse debent, referatur hoc verbum.

(§. 12.) *Cuius praetura urbana aedium sacrarum*] Quemadmodum hic dicit, sic divisa sunt crimina huius praeturae urbanae, scilicet iuris dicundi sartorumque tectorum.

Contra omnium instituta] Praetorum, in decretis interponendis diiudicandisque causis.

Ita vexavit ac perdidit] Nimirum *vexavit* ingentis calamitatis usum significat. Nam et ipse supra sic ait: *Populatae, vexatae, funditus eversae provinciae.* Virgilius:

Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates.

(§. 13.) *Ex aratorum bonis*] Aratores frumenti decimam dare populo Romano solent. Hos non una atque altera, sed tribus amplis decimis per mancipes a se subornatos, id est, publicanos, qui decumani vocantur, Verres exhausit.

Socii fidelissimi in hostium numero existimati] Hic locus cri-
[28] mina continet in ea oratione, quae inscribitur *De suppliciis.*

Absentes rei facti] Ut Sthenius et Heraclius.

(§. 14.) *Partim regum locupletissimorum*] Agathoclis aut Hieronis, Siciliae regum.

Nostrorum imperatorum] Scipionis et Marcelli. *Dedit* Marcellus, *reddidit* ex Africa Scipio.

In stupris vero et flagitiis] De Cleomenis uxore dicit.

---

3. *scelera, inquit, eum fecit invidiosum*] Sic scripsi. — *scelera in quietum fecit invidiosus* Prioc. — *scelera inquietum fecit invidiosumque* Berald. Lod. — *scelera inquietum fecit * invidiosus* Ald. — *scelera, inquit, tum fecit invidiosum* Lugd. Hoi. Man. Creo.

4. *reum*] Lacuosm, quae post boc vocabulum est io Prioc., omnea oeglexeruot praeter Aldum, apod qoem legitur: *rerum.* *

5. *opp. et prod.*] *opp. ac prod.* editt. Ciceronis.

Ibid. *Peius est prodere*] Sic scripsi. — *peiusque prodere* Prioc. Berald. — *peius prodere* ceteri.

7. *referatur*] *refertur* Prioc. Ald.

10. *sartorumque*] *sarctorumque* Prioc.

11. *Contra omnium instituta. Praetorum*] Prioc. — *contra omnium inusitata, quam Praetores urbani ante se fecerunt, sunt autem instituta Praetorum* Berald. — *Contra omnium instituta*] *qui praetores urbani ante se fuerunt. sunt autem instituta praetorum* Ald. et seqq.

13. *Ita vexavit*] *ita vastavit, vexavit* Zumptius eum aliis quibosdam editt. Cicerooia.

13. *perdidit*] *prodidit* Prioc.

15. *Virgilius*] Ecl. VI. 75. sq.

20. *id est*] *idem* Prioc.

23. *continet in*] *continet exposita in* Hot. Creo.

24. *Sthenius*] Lugd. Hot. Man. Creo. — *Stenius* aotiquiores.

25. *Agathoclis*] *agatoclis* Princ.

27. *Dedit Marcellus*] His lemma praeposuit *Aut dederunt, aut reddiderunt* Lod.

(§. 15.) *Proponit inania mihi nobilitatis*] Ut Curionis et Metellorum trium, Hortensii et Scipionis: hi enim Verri palam suffragabantur.

Aliud quid iam diu machinetur] Dilationem accusationis et corruptionem iudicii.

(§. 16.) *Redemptio est huius iudicii facta*] Sic quidam accipiunt, quasi hoc dicat Cicero: Corrupti sunt isti iudices. Non hoc dicit, sed ait artifices quosdam corrumpendorum iudicum pactos esse cum Verre et redemisse semel omnem procurationem iudicii corrumpendi suo periculo absolutionisque praestandae.

Ea mansit in conditione atque pacto] Hic est sensus: De pacto, inquit, et promissione † non iudicum: sed postquam reiecti sunt iudices, displicuit totum negotium redemptoribus et resiluerunt a conditione ac pacto.

Renunciata est tota conditio] Renunciatio dicitur recusatio eius rei, quae in pacto et promissione convenerat.

(§. 17.) *Libelli nominum vestrorum*] Moris erat, celebrata iudicum reiectione et haberi in officio praetoris et in arca reponi nomina iudicum delectorum. Reiectio autem idcirco dicitur, quia, cum multi iudices in consilium a praetore suo advocandi essent, qui quaestor fuisset in publica causa, verbi gratia repetundarum, ambitus, maiestatis, necesse fuerat eos primum de decuria senatoria conscribi, cum

---

1. *ut*] *ne* Princ. 2. *Metellorum*] Lod. et seqq — *Marcellorum* priores.

4. *quid iam diu*] Princ. Berald. Ald. cum Graevii MS. — *quiddam iam diu* Lod. — *quiddam diu* Lugd. Hot. Man. Cren. — Sic ut nos in Pseudo-Asconio edidimus optima auctoritate ducti, in Cicerone legendum esse coniectura assecutus est Ernestius: cui nemo adhuc obtemperavit.

9. *redemisse semel*] *redemisse se semel* Berald. Lod.

11. *conditione*] Ald. et seqq. — *contione* Princ. — *concione* Berald.

Ibid. *de pacto*] Lod. et seqq. — *de palcito* Princ. — *de placito* Berald. Ald.

12. *promissione non iudicum: sed*] Sic corrupte Princ. Berald. — *promissione iudicum: sed* Ald. Lod. Lugd. Man. — *promissione corrumpendorum iudicum non est recessum: sed* Hot. Cren. — „*promissione iudicum*] Nihil mutatum est. Videtur aut *hoc* deesse, aut huiusmodi quippiam." MANUT.

13. *resiluerunt*] Princ. Ber. Ald. Lod. — *resilierunt* Lugd. Hot. Man. Cren.

14. *ac pacto*] Lod. et seqq. — *ac placito* priores.

15. *conditio*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *conductio* Lugd. Hot. Man. Cren. cum quibusdam editt. Ciceronis.

16. *in pacto et promissione*] Lod. — *in placito et promissione* Princ. Berald. Ald. — *in pactum et promissionem* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *convenerat*] Sic scripsi. Legebatur *venerat*.

18. *in officio*] „i. e. *in Actis*, quae significatio voc. *officii* passim occurrit in Digestis." SCHUETZ.

19. *delectorum*] Princ. Berald. Ald. — *selectorum* Lod. et seqq.

20. *in consilium a praetore suo advocandi*] Lod. — *in consilium praetore suo iudicandi* Princ. Berald. — *in consilium praetore suo iudicaturi* Ald. — *in consilio cum praetore suo iudicaturi* Lugd. Hot. Man. Cren.

21. *quaestor fuisset*] Princ. Berald. — *quaesitor fuisset* Ald. et seqq. — „Porro rectius *quaesiturus esset*." MANUT. in ed. poster.

Ibid. *in*] add. Lod. et seqq.

22. *maiestatis*] Lod. et seqq. — *maiestatum* priores.

Ibid. *de decuria*] Hot. Cren. — *de curia* priores. — „Sic restitui ex multis locis, sed praesertim ex orat. pro Cluent." HOT.

senatus indicaret; deinde in urnam sortito mitti, ut de pluribus neces-[29]sarius numerus confici posset; tertio, id est, post urnam, permitti accusatori ac reo, ut ex illo numero reiiciant quos putaverint sibi aut inimicos aut ex aliqua re incommodos fore. Solet autem ex moribus ac fama iudicum illorum, quos aut reiiciebant aut retinebant, de voluntate coniecturam facere populus, qui causae suae confidere, qui corrumpere iudices vellet. Reiectione celebrata et in eorum locum, qui reiecti fuerant, subsortito praetore alios, quibus ille iudicum legitimus numerus compleretur (prima enim *sortitio* dicebatur): his perfectis iurabant in leges iudices, ut obstricti religione iudicarent. Cum iurassent omnes praeter ipsum praetorem, nomina eorum libellis, ut supra diximus, continebantur et ubique habebantur, ne pro selectis iudicibus, ut fit in multitudine, aliqui suppositi corruptissimi iudicarent, † itaque et praetoris tribunal ut considerent indicatur praetori suo.

Nulla nota, nullus color, nullae sordes] Etsi haec Cicero, quia contra Hortensium prosunt, saepissime repetat, tamen in qua causa et a quo et quomodo haec facta sint, meminimus in Divinatione narrasse. Illud factum tamen animadvertendum, quod adlini sordes non tabulis, sed sententiis figurate dixit.

Ex alacri atque laeto] *Alacris* sive *alacer* (utrumque enim dicitur) is, qui integris est sensibus universis; quod est indicium erecti

---

1. *sortito*] *sortitio* Princ.

2. *posset*] Berald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *possit* Princ. Ald. Lod.

Ibid. *post*] *per* (compendio) Princ. — om. Graevii MS.

4. *inimicos*] *iniquos* Hot. Cren. Graev. contra cod. suum.

Ibid. *aliqua*] *alia* Hot. Cren.

Ibid. *incommodos*] *incomodosos* Princ. Ibid. An *solebat?* Or.

5. *iudicum illorum*] Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *iudicum ex illorum* Princ. Berald. Lod.

6. *retinebant, de voluntate*] Sic scripsi. — *retinebant ind. voluntate* Princ. Berald. Ald. Lod. — *retinebant, voluntatis* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *populus*] *praetor* Lod.

7. *qui - - qui*] Pr. Ber. Ald. Lod. — *quis - - quis* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *Reiectione celebrata*] *Reiectione autem celebrata* Lod.

Ibid. *et*] om. Lod. et seqq.

8. *subsortito praetore*] Princ. Berald. — *sub sortitor praetor* Ald. — *subsortiebatur praetor* Lod. et seqq.

9. *compleretur*] *compleretur sufficere* Berald.

12. *continebantur*] *consignabantur* Lugd. Man. — „*Continebantur* maluimus veterum librorum auctoritatem secuti, quam *consignabantur*, quod reposuit Manutius, tum propter verbum, ut dixi, tum quod *nomina libellis consignari* latine, ut mea fert opinio, non dicitur." HOT.

Ibid. *selectis*] *selestis* Princ.

13. *corruptissimi*] Princ. Berald. Ald. — *corruptique* Lod. — *corruptissime* Lugd. Hot. Man. Cren.

14. *itaque et - - - praetori suo*] Sic corrupte Princ. Berald. Ald. Lod. (apud hunc est *indicatur*) Lugd. Man. — *itaque ad praetoris tribunal considerent ut iudicaturi cum praetore suo* Hot. Cren. „Hoc ex iis, quae modo dixit, restituimus." HOT.

21. *dicitur*] *dicimus* Hot. Cren.

Ibid. *qui integris est sensibus*] Sic scripsi. — *qui ingentis sensibus* Princ. — *qui viget sensibus* Berald. Ald. Lod. Lugd. Man. — *qui intentis est sensibus* Hot. Cren.

Ibid. *indicium*] *iudicium* Princ. Ald. Man.

animi atque sublimis; nam e contrario *lacer* dicitur amputatis corpore sensuum membris, hoc est, auribus oculisve. Quod ad animum saepe transfertur, ut plerumque afflicto animo sensibus non utamur erectis. Sic *alacer* dicitur is, cui omnis sensus in loco suo quisque † degat ni sunt et intenti ut vultu indicet adesse animum non sincerum sensibus suis. Qua re cognita illud quoque intelligitur, aliud 'esse *alacrem*, aliud *laetum*. Sunt qui *alacrem* festinantem et properum dici putant, quasi *alis acrem*. [30]

Ecce autem] Proprium hoc Ciceronis est in rebus improvisis. Quod cum cura Virgilius et legit et transtulit, ut:

Ecce autem gemini a Tenedo.

Comitiis consularibus] Sunt etiam aedilitia et praetoria et tribunitia comitia.

Eadem illa vetera consilia] Corrumpendi iudicii.

Per eosdem] Per supra dictos redemptores conductoresque facinoris istius.

(§. 18.) *C. Curio, quem ego*] Quaeri solet, cur hoc de Hortensio, cur de aliis non dicat. Quia non solebant precari veniam veteres de eorum compellatione nuda, quos negotium tangeret. Curionem autem patrem dicit.

Tam aperte palamque dixisset] *Aperte* ad verba pertinet non obscura, *palam* ad praesentium multitudinem et qualitatem frequentis loci.

(§. 19.) *Ad ipsum fornicem Fabianum*] Fornix Fabianus arcus est iuxta regiam in sacra via Fabio censore constructus, qui de victis

---

1. *lacer*] *olocer* Prioc. Ibid. *corpore*] *a corpore* Hot. Cren.

2. *Quod*] Sic scripsi. — *quae* Prioc. (comp.) Berald. Ald. Lod. Lugd. Man. — *quae significatio* Hot. Cren.

3. *trnnsfertur*] *transferuntur* Lod Lugd. Mao.

Ibid. *ut plerumque - - utomur*] *Ut enim plerumque - - utimur* Hot. Cren.

4—6. *cui omnis sensus - - - sensibus suis*] Locum corruptissimum depinximos ex edit. Princ. a qua oon discrepant nisi voce *indicent* Ald. Lugd. Man. — *cui omnis sensus in l. s. q. degit. Vi sunt et int. ut v. indicet od. an. non sinc. sens. suis* Berald. — *cui omnis sensus in l. s. q. degit: Lacer vero, qui sic est offectus, ut v. indicet ad. an. non sync. sens. suis* Lod. — *cui omnes sensus in loco quisque suo vegeti sunt et intenti. Laeti vero qui vultu indicont adesse ahimum syncerum sensibus suis* Hot. Cren.

9—11. Hoc scholioo sequenti postpositum est io Princ. Berald. Ald. Lod. Logd. Man.

10. *Virgilius*] Aen. II. 203. 15. *Per eosdem*] om. Berald. Lod.

18. *Quia non solebant*] Sic scripsi. — *qui nemo solebant* Prioc. — *qui nemo solebat* Ald. — *quio nemo solebat* Berald. Lod. et seqq.

Ibid. *veteres*] Princ. Ald. Lugd. Man. — *opud veteres* ceteri. — „*Veniam veteres*] *Apud veter*[illegible]rectius legeretur et apertius." HOT.

19. *de eorum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *decorum* Princ. Ald. — *deorum* Berald. — *eorum* Lod.

21. *palamque*] Lod. et seqq. — *palam* Princ. Berald. Ald.

24. *Fornix Fabianus*] De hoc vid. Zumpt. ad h. l. et Spalding. ad Quintil. VI. 3, 67.

25. *via Fabio*] Princ. Berald. Ald. — *via a Fabio* Lod. et seqq.

Ibid. *de victis*] Sic scripsi. — *devictis* Prioc. Berald. Ald. — *a devictis* Lod. et seqq.

Allobrogibus [Allobrogicus] nominatus est, ibique statua eius posita propterea est.

(§. 20.) *Aperte iam ac perspicue nulla*] Non ex sua persona hoc dicit Tullius; nam esset offensum . . . .

Quod tota Sicilia] *Omnes Siculi, omnes negotiatores*, et quidquid subiectum est, ἐπεξήγησις intelligitur eius esse, quod dixit *tota Sicilia.*

In unius potestate] Hortensii scilicet.

Non tenebimus iudicia] Finxit dicere, *non tenebimus iudicia*, mollius scilicet, quam populares fingeret dicentes: Auferemus a senatu iudicia.

(§. 21.) *Hominis perditi laetitia*] Verris.

Hominis amplissimi gratulatio] C. Curionis.

His diebus paucis, cum praetores designati sortirentur] Accusatio occepta est Nonis Augustis, et comitia consularia fuerunt VI. Kal. August. nec multo post sortitio praetorum fuit celebratis eorum-
[31] dem comitiis.

Et M. Metello obtigisset, ut is de pecuniis repetundis] Sorte

---

1. *Allabrogibus Allabragicus nam. est*] Sic scripsi. — *Allabrogib. naminatus est Allobragicus* Lod. — *Allabrogibus Allobrox cagnaminatus est* Lugd. Hat. Man Cren. — Cognomeo am. Princ. Berald. Ald. at potest sane etiam cagitatione suppleri.

Ibid. *statua*] Lod. et seqq. — *scuta* priores. — „*ibique statua*] Budael. Vetus, *Ibique scuta eius pasita propter est.*" HOT.

2. *propterea*] Lugd. Hat. Man. Cren. — *prapter* antiquiares.

3. *aperte iam*] Posterios voc. apud Ciceronem delavit in annotatione Zumptius; at in textu intactum reliquit.

Ibid. *ac perspicue*] *et perspicue* Mao.

Ibid. *Nan*] add. Lad. et seqq.

4. *affensum*] Lacunam, quae est post hoc voc. in Princ., neglexerunt ceteri. — *affensum* ἐπεξήγησις Ald.

6. *negatiatares et quidquid*] Sic scripsi. — *negatiatares, ut quicquid* Princ. Berald. Ald. — *negotiatares* ἐπεξήγησις, *ut quicquid* Lod. et seqq.

Ibid. ἐπεξήγησις] επεξηγησ . . . Princ. — am. ceteri.

Ibid. *intelligitur*] Princ. Berald. Ald. — *intelligatur* Lod. et seqq.

8. *Hartensii*] *hartensi* Princ. Berald.

9. *Finxit dicere*] *Finxit senatares dicere* Hot. Cren.

10. *quam pap. fingeret*] Princ. Berald. Ald. — *quam pop. fingere* Lod. — *quam si pop. fingeret* Lugd. Hot. Man. Cren.

12. *Haminis*] Princ. Berald. Ald. — *Istius* Lod. et seqq., qui Orellium in errorem induxerunt, ut voc. *hominis* ab interprete nastro alienum diceret.

Ibid. *perditi laetitia*] *perditi subita laetitia* Lod. cum editt. Ciceronis.

14—17. Hoc schalian pasitum est infra ante varba *A quodam* in Princ. Berald. Ald. Lod. Lugd. Mao.

14. *His diebus paucis*] *Illis ipsis diebus paucis* Lod. — *Illis diebus paucis* Lugd. Man. — *illis ipsis diebus* (am. *paucis*) editt. Ciceronis, apud quem supra (§. 17.) sine lectionis varietate legitur: *Ecce autem repente, his diebus paucis*, cet.

15. *occepta*] Sic scripsi. — *accepta* Princ. Berald. Ald. Lod. — *coepta* Lugd. Hat. Man. Cren.

Ibid. *Augustis*] *August.* Lod. — *Augusti* Cren. et seqq. — „Scribere Asconius debebat [at non Pseudo-Asconius]: *Sextilis*, nondum enim huic mensi nomen *Augusti* erat." SCHUETZ.

16. *August.*] Sic per compend. (i. e. *Augustis*) Princ. Berald. Ald. Lod. — *Augusti* Lugd. Hat. Man. Cren. parum recte.

18. *repetundis. Sarte*] *repetundis. Pravincia sarte* Lod.

obveniebat unicuique praetori. Hic ergo M. Metellus amicus Verris successurus Glabrioni fuerat.

(§. 22.) *Fiscos complures*] Sportae, sportulae, sportellae nummorum sunt receptacula, et sacci, sacculi, saccelli, et crumenae, et vellereae et scorteae, et manticae et marsupia. Ita fisci, fiscinae, fiscellae, spartea sunt utensilia ad maioris summae pecunias capiendas. Unde, quia maior summa est pecuniae publicae quam privatae, ut pro censu privato, aerarium dicitur pro loculis et arca thesauri, pro saccello fiscus. Unde fiscus pecunia publica et confiscare dici solet.

A quodam senatore ad equitem Romanum] Hoc homines inepte quaerunt, quasi certum sit, quod dicitur, et non de industria fingatur a Tullio ad invidiam adversariorum et sui defensionem, quia cogitur novo modo causam agere horis breviorihus, quam mos est accusatoribus. Itaque suspicantur senatorem alii Crassum, alii Hortensium; equitem Romanum alii neminem proferunt, alii Publicium quendam, temporibus illis in dividenda pecunia populo famosissimum. *Pecunia Siciliensis* est ex Sicilia ex praedationibus capta.

---

1. *obveniebat*] Lod. Lugd. Hot. Cren. — *adveniebat* Princ. Berald. Ald. — *obtingebat* Man.

Ibid. *Metellus*] Lod. et seqq. — *Marcellus* antiquiores. Cfr. ad p. 131. l. 2.

4. *nummorum*] Sic scripsi. — *munerum* Princ. — *nummum* cetert.

Ibid. *sacci*] *sacri* Princ. Ibid. *saccelli*] *sacelli* Princ.

5. *et vellereae, et scorteae*] *aut vellereae, aut scorteae* Robortellus Annott. pag. 61.

Ibid. *vellereae*] *vellere* Princ. — *velleae* Ald. Lod. (cum Graevii MS.) Hic in calce praefationis: „*crumenae et velleae, vulgae* seu *bulgae* quidam legunt."

Ibid. *fiscinae, fiscellae*] *fistine fistellae* Princ.

7. *ut pro censu*] *ut P. R. censu* Man. — *et Po. Ro. census* Robortellus Annott. p. 64.

8. *privato*] *populi Romani* Popma.

Ibid. *aerarium dicitur - - - dici solet*] Sic Princ. Ald. (sed *archa* et *sacello*) Berald. (*sacello*) Lod. (addito *ita* post v. *thesauri*) Lugd. Man. — *loculos et arcam et saccellos dicimus, sic pro publico thesauro aerarii dicitur fiscus* Hot. Cren. — Post haec verba apud Lod. leguntur haec: *Cum pecunia Siciliensi*] *Pecunia Siciliensis est a Siciliae praedationibus capta.* Vide sequens scholion extremum. — „*Privato loculos*] Locum sic castigavimus, ut et vestigiis haereremus antiquae lectionis, et sententiam idoneam locus haberet. Est autem sensus, Vasa pecuniae privatae *loculi* dicuntur et *arcae*: publicae vero *fisci*. Cicero Verr. 5. *Quaternos* HS, *quos mihi senatus decrevit et ex aerario dedit, ego habeo et in cistam transferam ex fisco.* Vetus codex scriptum ita habebat: *ut pro censu privato aerarium dicitur: pro loculis et arca thesaurus* [sic], *pro saccello fiscus, unde cet.*" HOT. — „De his *vasis repositoriis* est Isidori XX. Orig. caput 9." GARAT.

11. *Hoc homines inepte quaerunt*] Princ. — *Hoc homines inepte* (om. *quaerunt*) Berald. Ald. Lod. — *Horum nomina nonnulli ponunt, inepte* Lugd. Man. — *Horum nomina quidam inepte quaerunt* Hot. Cren.

Ibid. *et non de industria fingatur*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *et de industria figuratur* antiquiores.

12. *quia*] Lugd Hot. Man. Cren. — *qua* priores.

13. *novo modo*] *modo novo* Lod.

15. *equitem Romanum*] Haec male pro lemmate exhibent Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *Publicium*] *Publium* Ald. Lugd. Man.

16. *Pecunia - - capta*] Haec om. h. l. Lod. Vide var. lect. ad praecedens scholion.

17. *ex Sicilia ex praed.*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *ex Siciliae praed.* Lugd. Hot. Man. Cren.

Comitiorum meorum nomine] Ut ego aedilitate deiicerer, quam petebam. Post consularia enim et praetoria comitia aedilitia sequebantur. *Comitiorum* autem *meorum nomine* addidit, ut ostenderet, excepta hac pecunia totam ad corruptionem iudicum destinatam esse.

Divisores omnium tribuum] Utrum legitimos habent omnes tribus divisores suos, quos Plautus magistros curiarum in Aulularia vocat his verbis:

Nam noster, nostrae qui est magister curiae,
[32] *Dividere argenti nummos dicit in viros.*

an *divisores* criminis nomen est? Sed si hoc esset, non sibi [unum] ex iis carum esse dixisset.

(§. 23.) *Qui se omnia mea causa debere arbitrabatur*] Locutio pro plena habetur; sed si quaeras, quod integrum est, deest *facere*, ut sit: *omnia facere*. Et bene *omnia* praetulit, ut haec proditio secreto actae rei propter amicitiam videatur esse suscepta.

Cum ipse praeturam petisset] Ostendit Verrem non gratis factum fuisse praetorem urbanum, et alterum Metellum, praetorem Siciliae, pecunia Verris similiter meruisse praeturam.

Q. Verrem Romilia] *Q. Verrem* nomen est proprium. *Romilia*

---

4. *totam ad corrupt. iudicum destinatam*] Hot. Cren. — *totam corrupt. iudicum destinatam* Princ. Berald. — *totam corrupt. iudicum destitutam* Ald. Lod. Man. — *totam corrupt. iudicii destitutam* Lugd.

5—9. Hoc scholion sequenti postposuerunt omnes ante Cren.

5. *Utrum legitimos habent* cet.] „Mirum est Asconium ignorasse *divisores* proprie esse diribitores tabellarum in comitiis, quorum deinde opera utebantur ii, qui pecunia corrumpere cives vellent vel ad obtinenda suffragia vel ad certos candidatos magistratu quem peterent deiiciendos." SCHUETZ.

6. *in Aulularia*] Act. I. Sc. 2. vs. 29. sq.

9. *Dividere argenti nummos dicit*] *divideret argentinum. mox dicit* Princ. — *divideret argenti numos dicit* Ald. *dividere argenti dixit nummos* editi. Plauti.

Ibid. *dicit*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *dixit* Lugd. Hot. Man. Cren. cum editt. Plauti.

10. *an divisores criminis - - - esse dixisset*] Haec Hotomanus tamquam separatum scholion posuit, inter verba *esse suscepta* et *Cum ipse*, sic: *An divisores*] *A criminis* cet. inepte.

11. *unum ex iis*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ex his unum* Lod. — *ex iis* (om. *unum*) priores.

12. *arbitrabatur*] Man. — *arbitrabantur* Princ. Berald. Ald. Lod. Lugd. — *arbitrantur* Cren.

14. *praetulit*] Princ. Ald. — *protulit* ceteri.

18. *et alterum Metellum, praetorem Siciliae pecunia*] *et alterum Metellum, praetorem urbanum, alterum praetorem Siciliae pec.* Hot. Cren. „Desiderantur in aliis [immo in ceteris] haec verba [*praetorem urbanum, alterum*], quae ex argumento Divinationis sumpta sunt, et a nobis hoc loco restituta." HOT. — *et alterum Metellum scilicet praetorem, pec.* Graev. Schütz. „Sic emendavi ex MS. cum corrupte legatur in editis: *et alterum Metellum praetorem urbanum alterum praetorem Siciliae, pecunia*. ex *scilicet* natum *Siciliae*, cetera sunt perperam ex praecedente versu repetita." GRAEV.

Ibid. *meruisse*] *me fuisse* Princ.

Ibid. *similiter meruisse praeturam*] „Nimirum eo pertinet *praetoriis comitiis*; quod autem etiam ait *se proximis consularibus comitiis eos liberaliter tractasse*, intelligitur pecunia data, ut Hortensio amico suo ac patrono consulatum conciliarent in proximum annum." SCHUETZ.

19. *Q. Verrem Romilia. Q. Verrem*] Man. — *C. uerrem. Romiliaci uerrem* Princ. — *C. Verrem. Romilia Verrem* Berald. — *C. Verrem* (omissis ceteris)

nomen est tribus, ablativi casus, ut sit *ex Romilia.* Tribus enim urbanae rusticaeque omnes XXXV. numerantur, ex quibus aliquam necesse est, cuiusque ordinis fuerit, civis Romanus obtineat. Moris autem fuit, ut, cum aliquis civis Romanus ostendendus esset, significaretur aut a praenomine suo, aut a nomine, aut a cognomine, aut a cognatione, aut a tribu, in qua censeretur, aut a curia, aut † a censura, aut, si erat senator, eques Romanus, a curia sua. Sic alibi ait *C. Claudium Palatina.*

Ex optima] Ironia est.

Patris istius discipulum] Tamquam divisorum magistri, Verris senis scilicet.

(§. 24.) [*Urgebant comitia*] Hae sunt res maximae.]

Urgebant comitia — instabat iudicium — fisci minabantur.] Exquisite dictum.

Agere, quod ad iudicium pertinebat, libere] Vel occupatione in petendo honore, vel quia accusatio libertatem et minas exigat, petitio blandimenta et preces.

Minari denique divisoribus ratio non erat] Cur enim . . . . minarer, inquit, † accusatoribus vel diviso-

---

Ald. — *Q. Verrem Romilia. Verrem* Lod. — *C. Verrem Romilia. C. Verrem* Logd. Hot. Creo. — Pro *Romilia* Zuoptius apud Ciceronem ex uno cod. edidit *Romulea.* (*Romilia* ooica reetum. Cfr. *Inscr.* meas *Lat.* T. 2. p. 16. Or.)

3. *aliquam - - civis*] *aliqua - - cuius* Prioc.

4. *Moris autem* oet.] „Vide fragm. legis Serviliae apod Gruter p. 506." GARAT.

Ibid. *fuit, ut cum*] Hot. Man. Creo. — *fuit, cum* priores.

5. *aut a praenomine*] Lugd. Hot. Man. Creo. — *aut praenomine* priores.

Ibid. *aut a nomine*] *aut agnomine* Berald.

6. *a cognatione*] „Vide quae de hac voce disserit Perizonios quadam epistola Tom. IV. Syllog. Burmaon. p. 767. ubi huoe illustrat locom, atque hinc sese adiuvari ceoset ad expeiiendom ab veteribus Romaois *agnomen.* Quod sane verbum io Tullio II. de Ioveot. 9. suppositum iam dio viris doctis videbator." GARAT.

7. *aut a censura - - - a curia sua.*] Sic corrupte Prioc. Berald. Ald. Lod. — *aut a censu, ut, si erat senator, equesve Romanus* (ceteris omissis) Lugd. Hot. Mao. Cren. — „*Ut si senator*] Daoesii. Vetus, *Aut si e. s. e. Romanus a curia sua.*" HOT.

Ibid. *alibi*] Verr. Act. II. lib. II. cap. 43. §. 107.

8. *C. Claudium*] Mao. — *L. Claudium* ceteri.

9. Hic versus seqoenti postpositus est in Princ. Berald. Ald. Logd. Mao.

Ibid. *Ex*] *et* Prioc. Berald.

10. *istius*] Lugd. Hot. Mao. Crao. — *sui* priores.

Ibid. *divisorum*] Lod. et seqq. — *divisorem* antiquiores.

11. *Verris senis scilicet*] Lod. — *Verri seni scilicet* Prioc. Berald. Ald. — *Istius*] *Verris scilicet* Logd. Hot. Mao. Cren.

12. *Urgebant comitia. Hae sunt res maximae*] om. Prioc. Berald.

13. *Urgebant comitia*] om. Lod.

Ibid. *fisci minabantur*] *fisci Sicilienses minabantur* Lod. cum editt. Ciceronis.

15. *quod - - pertinebat*] *quae - - pertinebant* Lod. cum aditt. Cicerois.

Ibid. *libere*] Lod. et seqq. — *L.* aotiquiores.

16. *quia*] Lod. et seqq. — *qua* priores.

Ibid. *et minas*] Hot. Creo. — *vel minas* priores.

19. *enim * mirarer*] Lacunam editioois principis praeter Ald. oemo sigoificavit.

Ibid. *accusatoribus*] Vox meodosa. — *corruptoribus* Hot. Creo.

ribus, quos accusatione Verris impeditus accusare non possem, id [33] ipsumque illi callidi homines intelligerent?

Districtum atque obligatum] *Districtus* potest et sine vinculis in diversum manu ducentium ferri; *obligatus* etiam nodis vinculorum in loco intelligitur. Plus est ergo *obligatum* esse quam *districtum*.

(§. 25.) *Qui quamobrem arcesserentur*] Bene interpusuit haec ad causam non veniendi. Nam sine hac ad designatum consulem Siculos non venisse contumaciae videretur. Sane et hic et in primo capite Verrinarum animadvertitur inconsequens locutio similisque soloecismi, si quidem *non venisse* legeris: nam si *non venissent* legeris, error non erit.

Caeterorum hoc anno] Criminose, ut supra diximus, in Hortensium Metellosque.

Cum filio blando et gratioso] Feminis ac maxime meretricibus blanditiae conveniunt. Gratia vero quae potest in adolescentibus [esse] sine infamia? Gratiam enim amicorum copiam modo dicit.

Appellare] Quasi familiares.

Et convenire] Quasi de promissorum debito.

Intellectum et animadversum] Intelligitur aliquid argumentis, animadvertitur sensibus praesenti animo utentibus. Plerumque animadvertimus rem aliquam oculis aut quovis sensu corporis sine animi intentione. Ergo plus est *animadversum* quam *intellectum*. An ab aliis intellectum, ab aliis animadversum intelligi possit? Quod si est, rursus plus erit intelligere quam animadvertere.

---

3. *Districtum - - Districtus - - - districtum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Destrictum - - destrictus - - destrictum* priores.

4. *ferri*] *fieri* Princ.

Ibid. *nodis*] *novis* Princ. (F. *obligatus autem.* Or.)

5. *in loco intelligitur*] „Fortasse legendum *illigatus in loco intelligitur.*" SCHUETZ.

6. *arcesserentur*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *arcesserentur, cum intelligerent* Lod. — *arcessentur* Princ. Berald. Ald.

Ibid. *Bene interposuit*] Ald. et seqq. — *bene in te posuit* Princ. — *Bene intelligerent posuit* Berald.

9. *inconsequens*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *insequens* antiquiores. — „Reposui *inconsequens locutio*, quomodo et ipse loquitur [pag. 43. init. Hot.] et Charisius grammaticus aliique praeterea." MANUT.

11. *erit*] Berald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *erat* Princ. Ald. Lod.

14. *Feminis*] Lod. et seqq. — *Finis* priores.

15. *blanditiae*] Hot. Man. Cren. — *amicitiae* priores. — *Blanditiae* legendum videtur esse potius, ut ad Ciceronis utrumque verbum utraque interpretatio referatur." HOT. „Recte *blanditiae* reposuit Hot. idque Popma probavit et antea Robortellus, quem de h. l. vide l. Adnot. 39." GARAT.

Ibid. *esse*] add. Lod. et seqq.

20. *animo*] *anima* Hot. Cren.

21. *Plerumque animadvertimus*] Sic scripsi. — *Plerumque enim animadvertimus* Graev. Schütz. — *Plerumque enim advertimus priores.*

23. *possit*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *posset* antiquiores.

24. *plus erit intelligere quam animadvertere*] *plus erit quam intelligere, animadvertere* Hot. Cren. — „Loqui videtur pugnantia, putatque Theodorus Beza positam non suo loco particulam *Quam* atque ita potius legendum, ut correximus." HOT. — „Verum est, quod in superioribus edit. erat. *Rursus est contra.*" MADV.

Ut cuius divitiae me] Magna emphasi *divitias* dixit, et significat breviter, etiam sibi praemia praevaricationis oblata, sed frustra.

(§. 26.) *Sed etiam Q. Metellum*] Subaudi *consulem*, et ne error sit in nominibus, tenere vos oportet, tres Metellos esse, unum [consulem] cum Hortensio, alterum in urbe constitutum de pecuniis repetundis, tertium Siciliae praetorem.

Dedit enim praerogativam suae voluntatis eiusmodi] Dilogia [34] dicitur figura, cum ambiguum dictum duas res significat. Nam praerogativa † si praeter eius integrum beneficium aut dicto aut facto aliquid significat liberalius ab eo, qui nobis bene facturus est. Et rursus praerogativae sunt tribus, quae primae suffragium ferunt ante iure vocatas. Mos enim fuerat, quo facilius in comitiis concordia populi firmaretur, bina † domo de iisdem candidatis comitia fieri, quorum tribus primae praerogativae dicebant, quos vellent consules fieri, secundae iure vocatae: quod in his, sequente populo, ut saepe contigit, praerogativarum voluntatem, iure omnia complerentur. Hoc igitur dicit Cicero, vocando ad se Metellum Siculos, et eos minis deterrendo ab accusatione Verris, prope omne beneficium corruptarum a se tribuum Verris pecunia [persolvisse. Vult enim illum Verris pecunia] consulem factum intelligi.

---

3. *Subaudi consulem*] „Nempe *designatum.*" SCH.

4. *nominibus*] *omnibus* Princ. Ald.

5. *unum consulem cum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *unum cum* (om. *consulem*] priores.

Ibid. *constitutum*] Princ. Berald. Ald. Lod. cum Graevii MS. — *quaesitorem* Lugd. Hot. Man. Cren. — „*In urbe quaesitorem*] Danesii. Vetus *constitutum.*" HOT. „Cur non admittamus utrumque, *quaesitorem constitutum?* Possemus etiam *constitutum* ad ultimum verbum *praetorem* referre: sed hoc durum Hot. et Graevio visum puto." GARAT.

9. *si*] Princ. Ald. — om. ceteri.

Ibid. *praeter eius integrum beneficium*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *propter eius integrum beneficium* Graevii MS. — *praeter iustum integrumque beneficium* Lugd. Hot. Man. Cren. — „*Nam praerogativa*] Danesii. Vetus, *Nam praerogativa si praeter eius integrum b. aut dicto aut facto al. s. lib.*" HOT. — „Vide Drakenb. ad Liv. III 51." GARAT.

Ibid. *aut dicto aut facto*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *aut dictum aut factum* Lugd. Hot. Man. Cren.

10. *liberalius*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *liberalis* Princ. Ber. Ald. — *liberius* Lod.

12. *vocatas*] Lod. et seqq. — *vocatis* Princ. — *vocatos* Berald. Ald.

13. *bina domo*] Sic corrupte Princ. Berald. Ald. — *bina denuo* Lod. — *bina omnino* Lugd. Hot. Man. — *bina omnia* Cren. — „*Bina omnino*] Vetus, *Bina domo.* Item, *Quod primae rognrentur* eiusdem [Danesii]." HOT. F. *bina modo.* Or.

14. *dicebant, quos*] Lod. — *dicebantur quos* Princ. Berald. Ald. — *dicebantur, quod primae rogarentur, quos* Lugd. Hot. Man. Cren.

15. *quod in his - - - iure omnia complerentur*] „Immo potius, ut Gronovius obss. IV. 1. vidit, quod illae iam iure, hoc est, legitimo ordine, non classium modo, sed ipsarum etiam centuriarum, quo in censorum quive census egerant tabulis descriptae essent, non sorte praelatae postpositaeve ad suffragium ferendum citarentur. SCHUETZ.

Ibid. *contigit*] Lod. et seqq. — *contulit* antiquiores.

16. *voluntatem*] Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *voluntate* Princ. Ber. Lod.

17. *vocando ad se Metellum*] *Metellum vocando ad se* Hot. Cren.

19. *persolvisse. Vult enim illum Verris pecunia*] om. Princ. Berald.

20. *intelligi*] *intellihi* Princ. — *intelligit* Berald.

(§. 27.) *An me taciturum*] Est hic epitherapeusis, ubi non emendatio dicti atrocissimi, at confirmatio ponitur recte dixisse, causa subiecta cum quadam . . . .

Arcessit alter consul designatus Siculos] Hic est praerogativa, quam Metellus Verri pro praerogativis reddidit, nam huius rei fuerat dilata narratio.

Provisum] Quo modo, si comitiorum sors atque fortuna est? Sed vult totum pecunia Siciliensi, hoc est, corruptis a Verre tribubus, esse confectum.

(§. 29.) *Te non fato ut caeteros ex vestra familia*] Dictum facete et contumeliose in Metellos antiquum Naevii est:

Fato Metelli Romae fiunt consules.

Cui tunc Metellus consul iratus versu responderat senario hypercatalecto, qui et Saturnius dicitur:

Dabunt malum Metelli Naevio poëtae.

[35] De qua parodia subtiliter Cicero dixit: *Te non fato ut caeteros ex vestra familia.*

Quaesitor] Praetor de pecuniis repetundis quaestionem exercens. Nam proprie quaesitores dicuntur criminalium quaestionum, ut Virgilius:

Quaesitor Minos urnam movet.

Duo autem consules: Hortensius, Q. Metellus; quaesitor: M. Metellus.

Nimium diligentem] Haec est artificiosa laudatio iudicis sine suspicione assentationis, et tamen efficax ad benevolentiam. Quia autem diligentem vituperare non potuit, pro crimine addidit *nimium*. Terentius in Andria: *Ne quid nimis.*

M. Caesonius] Designatus aedilis cum Tullio et ideo non indi-

---

1. *Est*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *et* antiquiores.
2. *at*] Sic scripsi. — *ac* Princ. Berald. Ald. — *sed* Lod. et seqq.
3. *cum quadam* *] Sic mance Princ. Berald. Ald. — *cum quadam acrimonia* Lod. et seqq.
4. *Hic*] *Haec* Lod.
9. *Sed vult - - - esse confectum*] „Atqui de iudicio hic agitur, non de comitiis." GARAT.
10. *vestra*] *nostra* Princ.
11. *Naevii*] Ald. et seqq. — *neni* Princ. — *Neuii* Berald.
12. *Romae*] Lod. et seqq. — *Roma* priores.
14. *hypercatalecto*] *hipercatalecto* Princ. — *hypercatalectico* Lugd.
15. *Naevio*] *nevio* Princ. — *Neuio* Berald.
17. *vestra*] *nostra* Princ. Berald.
19. *Virgilius*] Aen. VI. 432.
21. *Duo autem consules*] Princ. Berald. Ald. — *Duo igitur consules* (pro lemmate) Lod. et seqq.

Ibid. *quaesitor*] Hanc quoque vocem tamquam lemma exhibuerunt Lod. et sqq.

Ibid. *Metellus*] Lod. et seqq. — *Marcellus* priores. Cfr. ad pag 135. l. 1.

23. *ad benevolentiam*] Lod. et seqq. — *a benivolentia* Princ. Berald. Ald.
24. *Quia autem*] Sic scripsi. Legebatur *qui antem*.
25. *Terentius in Andria*] Sic scripsi. — *terentianne* (corruptum ex *terent. i. andr.* Princ. — *Terentius* (simpliciter) ceteri. — Locus est Act. I. Sc. I. vs. 34.
26. *Caesonius*] *Cesonius* Princ. Berald. Ald. Sic et infra.

Ibid. *Designatus aedilis*] „Qui tamen magistratum non gessit, vel valetudine impeditus, vel alio magistratu avocatus. gessit autem cum Tullio aedilitatem C. Antonius is, qui eiusdem collega fuit in consulatu." MANUT.

caturus, quia et aedilis et iudicis [partes] sustinere non poterat uno tempore. Ut sagacem integritatem eius ostenderet, non dixit *quod corrumpamus*, sed *conemur corrumpere*, et non *aperta et plana corruptione*, [sed *aliqua ratione*,] id est, vel exigua.

Iuniano consilio] Iunius quaestionis iudex fuit in Cluentii causa Verre praetore: in qua cum Oppianicus damnatus esset, defensor Oppianici tribunus plebis Quintius rem in invidiam duxit, cum diceret pecuniam in iudicio fuisse versatam, et cum incertum esset, ex qua parte esset profecta corruptio, non credidit ab Oppianico datam, quia damnatus erat; et errore multorum in falso crimine Cluentius fuit. Hic ergo Caesonius damnatis aliis iudicibus non modo innocens pronunciatus est, sed etiam ex iis fuit, qui illa crimina Staieni et Bulbi et Guttae et caeterorum iudicum detexerunt, cum Verres quoque turbatus subiectos iudices esse diceret et interpolatos libellos sortitionis iudicum: quos libellos ipse obsignaverat.

(§. 30.) *Magistratum ineat oportet Nonis Decembribus*] Eo die tribunum plebis futurum. [36]

Ex acerrima equestri illa familia] Novo modo laudem ab ignobilitate quaesivit more suo laudans equites Romanos et maxime quia, cum iudicarent, sine infamia se gesserunt.

L. Cassius cum ad caeteras res] Inde sunt leges Cassiae tabel-

---

1. *partes*] om. Princ. Ald.

2. *tempore. Ut*] Princ. Berald. Ald. — *tempore. Quod conemur*] *Ut* Lod. — *tempore. Ut autem* Lugd. Hot. Man. Cren.

4. *sed aliqua ratione*] Lod. — om. Princ. Berald. Ald. — *sed aliqua* (omisso substantivo) Lugd. Hot. Man. Cren.

5. *quaestionis iudex*] Sic scripsi. — *questor iudex* Princ. — *quaestor iudex* Berald. — *quaesitor iudex* Ald. Lod — *quaesitor* (omisso altero nomine) Lugd. Hot. Man. Cren. Ibid. *Cluentii*] *Cluenti* Princ.

7. *Quintius*] Lod. et seqq. — *qui notius* Princ. Berald. Ald.

Ibid. *duxit*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *adduxit* Lugd. Hot. Man. Cren.

9. *profecta corruptio, non cred.*] Sic scripsi. — *profecta corruptionem cred.* Princ. Berald Ald. Lod. (Hic ad calcem praefationis scripsit: „*credidit non ab Oppianico natam*, ex Cluentiana Ciceronis, et fide historiae legendum putarim.") — *profecta, populus Romanus non cred.* Lugd. Hot. Man. Cren. „*Populus R. non credit.*] Danesii. Vetus, *Corruptionem credidit.*" HOT.

11. *ergo*] *ego* Princ.

12. *iis*] *is* Princ. Ibid. *Stalenus*] Sic scripsi. — *Stalenus* priores.

13. *detexerunt*] *deduxerunt* Princ.

14. *interpolatos*] Lod. et sqq. — *interpollatos* Pr. Ald. — *interpellatos* Ber.

Ibid. *sortitionis*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *sortitione* priores.

15. *obsignaverat*] Lod. et seqq. — *obligaverat* antiquiores.

16. *oportet*] Princ. Berald. Ald. — *necesse est* Lod. et seqq. cum plerisque editt. Ciceronis; Zumptius autem recte alterum reduxit.

Ibid. *eo die*] Lod. et seqq. — *hodie* Princ. Berald. Ald.

17. *futurum*] Princ. Berald. Ald. — *futurus* Lod. et seqq.

18. *equestri illa*] *illa equestri* Lod. cum editt. Ciceronis.

21. *L. Cassius cum ad caeteras res. Inde*] *L. Cassius ex familia cum ad caeteras res, tum ad iudicandum severissima*] *Inde* Man. cum editt. Ciceronis, in quibus tamen vulgo legitur *tum* pro *cum*. Veram lectionem restituit Zumptius.

Ibid. *Inde sunt leges Cassiae*] „Latorem Cassiae legis cum hoc tribuno ab Asconio confundi, quos inter anni minimum LXVII. numerantur, perperam Corradus putat ad Brut. p. 179. *Inde* valet *ex ea familia*, non *ex L. Cassio*. Quod verbum infra est restituendum, ut legas, *inde ille Cassius*. Facilis et certa emen-

lariae de suffragiis libere ferendis non voce, sed tabula. Inde ille Cassius, qui in cognoscendis criminalibus causis in primis quaerendum esse dicebat: *Cui bono?*

Homines veteres] Graves et severi; et vide figurate singulis additam laudem ex ore adversarii veluti ostendentis, cur sibi isti omnes displiceant.

Tribuni militares] Tribunorum militarium duo genera: primum eorum, qui *Rufuli* dicuntur: hi in exercitu creari solent: alii sunt *comitiati*, qui Romae comitiis designantur.

Subsortiemur etiam] Mire ostendit securitatem rei, tamquam ipse sit omnia facturus.

(§. 31.) *Nonae Sextiles*] *Sextiles*, Augustae; *Quintiles*, Iuliae. Nondum enim nomina de imperatoribus sumpserant: propter quam mutationem nominum Virgilius ait:

Et incipient magni procedere menses.

Hac tota argumentatione significat Cicero, bis accusare se non posse; si accusandi consuetudinem servare voluerit, non servire brevitati.

Ludos votivos] Hos Pompeios voverat, si Sertorium superasset.

Deinde continuo Romani sequentur] Romani ludi sub regibus instituti sunt magnique appellati, quod magnis impensis dati: tunc primum ludis impensa sunt ducenta millia nummûm. Alii ideo magnos ludos vocatos putant, quod [Conso], consiliorum secretorum deo, id

---

dario, quam tamen omnes facara neglexerunt, Sigon. I. Emend. 21. [p. 19.] nequidquam monente." GARAT.

1. *tabellariae*] *bellae erariae* Princ.

2. *Inde ille Cassius*] Man.* Conf. praecedentem Gratonii notam. — *ille Cassius* Berald. Lugd. — *ille ille Cassius* ceteri.

Ibid. *qui in cagnoscendis*] Deerat praepositio.

4. *vide*] Lod. et seqq. — *inde* priores.

5. *isti*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *iusti* priores.

7. *duo genera*] *duo sunt genera* Hot. Cren.

9. *Romae*] *famae* Princ.

12. *Augustae; Quintiles*] *Augustae: ut Quintiles* Man.

14. *Virgilius*] Eclog. IV. 12.

16. *bis accusare*] „Infra ad cap. 11. [p. 37. Hot.] *ad bis accusandum Verrem.* Cicero I. accus. 9. *bis dicere*, ubi vide Hotomanum. Menardus h. l. *bis* ait superfluare. Forte vox loco mota, at fuit *si bis accusandi.* Tamen claritatis causa non mota ibi est." GARAT. — *accusare* (om. *bis*) Schütz.

17. *voluerit*] „Ita rescripsi sensus causa. Vulg. [i. e. in una Graevii editione errore typographico] *noluerit.*" SCHUETZ.

18. *voverat, si*] *noverat ac si* Princ. — *voverat ac si* Ald.

19. *sequentur*] *sequuntur* Man. — *consequentur* Hot. Cren. et seqq. cum editt. Ciceronis.

Ibid. *ludi*] *regi* Princ.

20. *dati*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *dati sunt* Lugd. Hot. Man. Cren.

21. *tunc primum*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *tunc enim primum* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *Alii idea magnos*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Alii magnos* Lod. — *adeo magnos* antiquiores.

22 *vocatos*] Sic scripsi — *factos* Princ. Berald. Ald. Lod. — *dictos* ceteri.

Ibid. *Conso*] add. Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *deo*] *ideo* Princ.

est, Neptuno, laticum regi et rerum conditarum, et dis magnis, id est laribus, urbis Romae, dati sunt: quibus aiunt raptas Sabinas esse, ut videatur propter hoc dicere Virgilius:

Magnis Circeusibus actis. [37]

Et circenses ludi sunt.

Deinde se ducturos] *Ducturos*, dilaturos, moram facturos.

Dice do] Longa oratione.

Excusando] Cur interdum non dicant. Admittebantur enim excusationes multae etiam pro reo, aut occupationis alicuius, aut malae valetudinis.

Ad ludos Victoriae] Hos Sylla instituit bello civili victor.

Secundum quos] Plebeii ludi, quos exactis regibus pro libertate plebis fecerunt, aut pro reconciliatione plebis post secessionem in Aventinum.

Quem ego hominem] M. Metellum scilicet, in cuius locum subsortiendum iudicem ex persona Verris supra dixerat, qui praetor futurus sit ex Kal. Ian., qui nunc in iudicum numero est.

(§. 32.) *Malo enim iurato suam*] Cum iudex sit Metellus, tabellam iudiciariam iuratus accipit; cum praetor fuerit, et non iurabit, quia non est iuris, et in potestate habebit tabellas omnium iudicum.

Id enim consilium mihi taciti dabitis] Sermocinatio ista non decet iudicum gravitatem; ideo *taciti* dixit. Sic agit autem, ut ostendat se non debere horis legitimis abuti ad bis accusandum Verrem, cum possit pro una actione testimoniis uti tantum.

---

1. *laticum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *lati: cum* Princ. — *lati. tum* Berald. Ald. et Lod. qui post praefationem frustra proposuit legendum *lati. tum et regi.*
Ibid. *dis*] Princ. Ald. — *diis* ceteri.
3. *Virgilius*] Aen. VIII. 636.
5. *Et circenses ludi sunt*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Nam et Circenses ludi sunt* Lugd. Man. — *Nam et Magni et Circenses iidem sunt* Hot. Cren. — „Adversus totum hunc Asconii locum solide Mazochius disputat ad tab. Heracl. p. 357." GARAT.
6. *ducturos. Ducturos, dilaturos*] Berald. Ald. Lod. — *dicturos. dicturos dilaturos* Princ. — *ducturos*] *Dilaturos* Lugd. Hot. Man. Cren.
11. *Hos Sylla instituit* cet.] „Vide Menard. et interpretes ad Vellei. II. 27." GARAT.
12. *Plebeii ludi*] Lugd. Man. — *plebei ludi* Princ. Berald. Ald. Lod. — *plebeios ludos* Hot. Cren.
15. *M. Metellum*] Praenomen add. Hot. Cren.
17. *indicum numero*] *iudicium nunc* Princ.
18. *Malo enim*] Princ. Ber. Ald. — om. Lugd. Man. — *Malim et* (cum editt. Ciceronis) Hot. Cren. — Lodoicus autem lemma hoc ita auxit: *Ut eo iudice quam Praetore, hanc rem transigi malim, et iurato suam, quam iniurato aliorum.*
19. *accipit*] Princ. Berald. Ald. — *accipiet* Lod. et seqq.
Ibid. *fuerit, et non*] *fuerit, non* Lod.
Ibid. *iurabit*] Lod. et seqq. — *iuravit* antiquiores.
20. *iuris*] *moris* Hot. Cren.
21. *consilium mihi taciti*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *consilii mihi profecto taciti* Lugd. Hot. Man. Cren. cum editt. Ciceronis
23. *ad bis accusandum*] Hot. Cren. — *ab his accusandum* Princ. — *ad accusandum* Berald. Lod. — *his ad accusandum* Ald. — *bis ad accusandum* Lugd. Man.
24. *pro una*] *prima* Lugd. Man.

Conficiam, ut nemo unquam paratior] Quam ego venerim. Nunc illud est, quod postea dicet:

(§. 33.) *In alia tempora reservemus*] In secundam actionem.

Auctoritatibus] Confirmationibus eloquentiae scilicet.

Ex istius tempore et causa] Seusus est: Non ingenii tui est, quod contra me malitiose exis, sed hoc ita expetit tempus huius, hoc est, periculum Verris et mala causa, quam suscepisti.

(§. 34.) *Secundum binos ludos*] Post binos ludos, votivos ac Romanos.

Ante primos ludos comperendinem] Id est, me et te dixisse [35] profitens comperendinationis iudicibus faciam potestatem.

Astuta] Urbana: etenim urbs *astu* dicitur. Terentius: *An in astu venit?*

(§. 35.) *Cupiditas*] Corruptionem iudicum significat.

In quibusdam iudiciis] Terentii Varronis: ubi discoloribus ceris usus est, et ubi, ut supra diximus, elusit nobiles pueros.

(§. 36.) *Assiduum*] Molestum, additum.

---

1. *Conficiam*] Prioc. Berald. Ald. — *Perficiam* Lod. et seqq. cum edit. Ciceronis. Altera tamen lectio, immerito neglecta, multo melius quadrat verbis *ex accusatione.*

ibid. *unquam paratior*] Lugd. Man. — *contra aliter* Princ. Berald. Ald. Lod. — om. Hot. Cren. — „Vetus, *Conficiam ut nemo contra aliter quam ego velim, nunc illud est quod postea dicet.* quod mendum ex illo loco orationis tertiae sustulimus: *Et ne aliter quam ego* cet. Hortensius enim abstinuisse Ciceronem ab accusatione perpetua dicebat, alio consilio nullo, nisi ut nullam ei dicendi facultatem relinqueret." HOT.

Ibid. *quam ego venerim*] Sic scripsi. — *quam ego venerim, scilicet* Lugd. Man. — *quam ego velim* Princ. Berald. Ald. Lod. — om. Hot. Cren.

2. *dicet*] *dicet: Et ne aliter quam ego velim, meum laudet ingenium* Hot. Cren.

3. *reservemus. In*] *reservemus, id est, in* Lugd. Man..

Ibid. *secundam actionem*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *secunda actione* priores.

4. *Confirmationibus eloq. scilicet*] „Quid hae auctoritates fuerint, et per se patet, et ex c. 3. huius orat. Fortasse nota haec pertinet ad verba: *in explicandis criminibus.* GARAT. *Auctoritates* sunt testimonia sive publica sive privata, quorum *auctoritate* aliquid probatur. Eae hic opponuntur *literis* s. *tabulis.*" SCHUETZ.

5. *istius*] Lod. et seqq. — *ipsius* antiquiores.

6. *malitiose exis, sed hoc ita exp.*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *malitiose exisset. hoc autem exp.* Princ. Ber. Ald. — *egisti malitiose. hoc autem exp.* Lod.

7. *mala causa*] Lod. et seqq. — *malum causa* Princ. Berald. — *malum causae* Ald.

10. *comperendinem*] *cum per ordinem* Princ.

Ibid. *et te*] *et a te* Princ.

11. *profitens*] Lod. Lugd. Hot. Cren. — *proficiens* Princ. Berald. Ald. — *profitentes* Man.

12. *astu*] Princ. Berald. Lod. — *ἄστυ* ceteri, contra interpretis sententiam.

12. *Terentius*] Eunuch. Act. V. Sc. 6. vs. 17.

13. *Terentii*] *terenti* Princ. Berald

Ibid. *discoloribus*] Ald. et seqq. — *discordibus* Princ. Berald.

16. *ut supra diximus*] Ad Divinat. §. 24.

17. *additum*] *aditum* Berald. — *addictum* Hot. Cren. — „Vetus, *additum.* Sic [*addictum*] restituendum putavimus. HOT. Vide Drakenb. ad Liv. VI. 15." GARAT. Vocabulum *additum*, quod est etiam in Graevii codice, optima se habet

Ex eo loco, ex quo] De Rostris scilicet.

Hoc munus aedilitatis] Allusit ad ambiguitatem muneris et Verris nomen bestiae praeferentis.

Qui aut deponere] *Deponitur* in sequestri; *accipitur* ab *eo*, qui corrumpitur; *recipitur*, id est, promittitur, ab eo, qui pro iudicaturo spondet; *pollicetur*, qui apud se dicit aut praemium aut sententiae potestatem esse. *Sequestres* sunt, apud quos pecunia deponitur; *interpretes*, per quos indicitur pactio.

(§. 37.) *Inter X. annos*] Recte dixit: hoc enim tempus, quo senatus iudicat, victore Sylla ab ordine equitum Romanorum transferente iudicia.

(§. 38.) *Annos prope quinquaginta*] Tanto enim fere tempore equester ordo iudicavit lege Sempronia.

Sublata potestate populi Romani] Scilicet sublata provocatione ad populum, hoc est, ad tribunos plebis.

Q. Calidius damnatus dixerit, minoris sestertiûm tricies] Q. Calidius, M. Calidii oratoris pater, ex praetura Hispaniensi accusatus a Gallio, pro quo postea Cicero dixit, atque damnatus, cum sensisset iudicibus pecuniam contra se datam, in eos iudices, qui parvo pretio corrupti se damnaverant, exclamavit: „Vel idoneam, inquit, mercedem pro meo capite paciscі debuistis. Hoc satis honestatis esset in vobis, ut hominem praetorium non vili pretio venderetis." Et *honeste* ironice dictum est.

Lis aestimata sit] Hoc est, pecunia, de qua lis fuit, et propter [19]

---

addictum pessime. *Additus* enim idem fere est atque *molestus*. Vide interpretes ad Virg. Aen. VI. 90. et Pseudo-Asconium ad Divinat. XVI. 50. ubi *additas* res eas esse dixit, quae alicui invito obtrudantur.

5. *bestiae*] *bestiam* Schütz. — „Ineptissimum hoc est Asconii commentum, quasi Cicero dixisset, se, ut aediles solebant munera populo dare, et feras bestias, quae in circo depugnarent, producere, sic in aedilitate sua Verrem, tamquam Porcum masculum, muneris loco editurum." SCHUETZ.

Ibid. *praeferentis*] *proferentis* Princ. Ald.

5. *promittitur ab eo, qui pro iudicaturo spondet*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *promittitur id est pro iudicato respondet* Princ. Berald. Ald. — *promittitur, id est, pro iudicato respondetur* Lod. — „*Recipere* dicit Asconius eum, qui pro iudicaturo spondet, quod in hac verborum oppositione verum non est. Mihi quidem *recipere* videtur sequester ab eo, qui *deponit* pecuniam. Itaque ne ordinem quidem verborum muto, quamquam *accipere aut recipere* Lagom. 29. et edit. Lambini exhibet, hic quidem secundum Asconium." ZUMPT.

8. *indicitur*] Princ. Berald. Ald. — *inducitur* Lod. et seqq.

9. *Inter*] *Intra* Lod. Man.

10. *ordine equitum*] *ordine qui tum* Princ.

Ibid. *Romanorum*] Princ. Berald. Lod. — om. ceteri.

12. *fere*] *ferre* Princ.

15. *ad tribunos plebis*] Hot. Man. Cren. — *a tribunis plebis* antiquiores.

16. *sestertiûm*] *sextertium* Princ. Berald. Ald. ubique.

Ibid. *tricies*] *tricies honeste n. p. d.* Hot. Man. Cren. Haec et duo praecedentia vocabula om. Lugd.

17. *Calidii*] *calidi* Princ. — De hoc oratore vide quae congessit Henr. Meierus in Fragm. orat. p. 199. seq.

Ibid. *pater*] *patre* Princ.

21. *satis*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *saltem* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *vobis*] Hot. Cren. — *vocabulis* antiquiores.

quam condemnatus est, in summam redacta, quae de eius rebus exigeretur. Duae res enim consequebantur damnationem: † pertinebat, qua vel simplex vel duplex vel quadruplatio ducebatur: altera exilii.

(§. 39.) *Qui ambo peculatus damnati sunt*] Quid hoc, inquiet quispiam, ad iudicium corruptum pertinet? Respondebimus, litis aestimationem [fieri] non solum ex titulo propositi criminis, sed etiam ex aliis probationibus, quae ex ante actis rebus apud indices constiterint. Hi, peculatus crimine proposito, etiam quas indicando pecunias ceperant reddiderunt. Similiter solvitur etiam illud, quod supra de pecuniis repetundis positum est.

Qui C. Verre praetore urbano sortiente] Sic hoc criminose dicit, quemadmodum supra Hortensio praetore.

Praetore urbano sortiente] Totum hoc magis invidiose quam vere dicitur. nam ipse Verres pro testimonio dixit in Iuniano iudicio adulteratas fuisse tabellas suas, in quibus suppositi indices essent ad sententiam corruptam proferendam, cum causam ante non audissent. Significat autem C. Fidiculanium Falculam, qui ad complendam Oppianici damnationem dicebatur esse suppositus.

Quod inventus est senator] Staienum dicit ab utraque parte fuisse corruptum: quod adversus eum recitatum postea in Cluentiana oratione vix purgat, ubi dicit a solo Oppianico sestertiûm DCXL. C. Aelio Staieno iudici data pro numero iudicum, qui corrumpendi essent.

---

1. *de eius rebus*] *de rebus eius* Hot. Cren.

2. *Duae res enim*] *Duae enim poenae rei* Lugd. Man.

3. *damnationem: pertinebat - - - ducebatur*] Sic corrupte et mance Princ. Berald. — *damnationem * pert. qua vel s. vel d. vel quadrupli ratio ducebatur* Ald. — *damnationem. Pecunia: quae v. s. v. d. vel quadrupiatio dicebatur* Lod. — *damnationem, pecuniae altera; in qua vel simpli, vel dupli, vel quadrupli ratio ducebatur* Lugd. Man. — *damnationem. Altera redditio pecuniae iis, ad quos pertinebat: in quo vel simpli, vel dupli, vel quadrupli ratio ducebatur* Hot. Cren. „Hoc modo lacunam replevimus, et locum correximus, qui in antiquo libro sic scriptus est: *Duae r. e. c. damnationem * pertinebat, in qua* cet." HOT.

4—10. Haec sequenti scholio postposita sunt in Princ. Berald. Ald. Lod.

4. *inquiet quispiam*] Lod. et seqq. — *inquit quisquam* priores.

6. *fieri*] om. Princ. Berald. Ald. Lod.

7. *constiterint*] Ald. et seqq. — *constituerint* Princ. Berald.

8. *Hi*] Lod. et seqq. — *Hic* antiquiores.

9. *quas indicando pecunias ceperant reddiderunt* Lod. et seqq. — *quae ind. pec. caeparant (caeperant* Berald.) *reddere reddiderunt* Princ. Berald. — *qui ind. pec. coeperant reddiderunt* Ald.

11. *Qui C. Verre*] Ald. et seqq. — *quod cum Verre* Princ. Berald.

Ibid. *Sic*] Ald. et seqq. — *si* Princ. Berald.

13. *Praetore urbano sortiente*] om. Lugd. Hot. Man. Cren. — In Princ. et Berald. pro *sartiente* est *sentiente*.

Ibid. *Totum*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Et totum* ceteri.

16. *ad sententiam*] *adolescendam* Princ.

Ibid. *proferendam*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *ferendam* ceteri. Conf. p. 81. Hot. *ad venales sententias proferendus.*

Ibid. *cum causam* cet.] Haec verba in Lugd. Hot. Man. Cren. et seqq. novi scholii initium efficiant, praemisso lemmate: *Quem incognita causa condemnarent.*

17. *Falculam*] *Falcuculam* Hot. Cren. 19. *Staienus*] Sic scripsi. — *Stalenus* Edd.

20. *in Cluentiana oratione*] cap. 24. seq.

21. *DCXL C. Aelio*] Hot. Cren. — *cccc. C. cecilio* Princ. Berald. Ald. Lod. — *DC. C. Aelio* Lugd. Man. — „Ex oratione pro Cluentio [§. 69.] restitui *DCXL*." HOT. 22. *Staieno*] Ut supra.

(§. 40.) *Ut discoloribus signis*] Iam supra dictum est. Signa autem alii ceratas diverso colore tabulas, alii ab iudicibus appositas tabulas ceratas diversi coloris aiunt, ut hoc signum esset ad voluntatem rei sententiae scriptae. [10]

Iuratorum hominum] Iudicum scilicet, qui in leges ante quam iudicarent iurare consueverant.

Se habere hominem potentem] Hortensium vult intelligi. Scit enim hoc mire valere ad minuendam eius auctoritatem.

(§. 41.) *Apud M'. Glabrionem*] Praetorem praesentis anni, quique praeesset huic iudicio.

(§. 44.) *Neque ullam aliam ob causam populus Romanus*] Per annos continuos tres populus Romanus illo tempore tribuniciam potestatem flagitabat. Hoc Cicero utitur ad invidiam iudiciorum et infamiam senatu indicante.

Qui Cn. Pompeio] In invidia tunc Pompeius fuit, quod consul redderet populo tribuniciam potestatem. Sed totum Tullius ad sui temporis commodum refert, ut etiam Catuli sententiam in senatu demonstret.

(§. 45.) *Cum primam concionem ad urbem consul designatus*] *Ad urbem*, in urbe. Et sic dici solet de iis, qui cum potestate pro-

---

1. *signis*] Ald. et seqq. — *ceris* Princ. Berald.

Ibid. *Iam supra dictum est*] Ad. Divinat. §. 24.

3. *tabulas ceratas*] Princ Berald. Ald. Lod. — *tabulis ceras* Lugd. Hot. Man. Cren. — „*Tabulis ceras*] Danesii. Vetus, *Tabulas ceratas.*" HOT.

4. *sententiae scriptae*] om. Lod.

5. *Iuratorum hominum*] *Iuratorum hominum sententiae notarentur* Lod.

6. *consueverant*] *consueverunt* Berald.

7. *Se*] Lod. et seqq. — *Sed* antiquiores.

Ibid. *potentem* om. Lod.

8. *mire*] Sic scripsi. — *minus* Princ. Berald. Ald. — *nihilominus* Lod. — *nimis* Lugd. Hot. Man. Cren.

9. *M'. Glabrionem*] Man. — *M. Glabrionem* ceteri.

10. *praeesset*] Ald. et seqq. — *praeessent* Princ. Berald.

11. *Neque ullam aliam*] Princ. Berald. Ald. — *Neque enim ullam aliam* Lod. et seqq. cum editt. Ciceronis. At vide, ne apud ipsum Ciceronem particula causalis melius absit.

Ibid. *populus Rom.*] *populus Romanus potestatem tanto studio requisivit* Lod. a Cicerone.

12. *Per annos continuos*] om. Lod.

Ibid. *tres populus Romanus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *tr. pl.* Princ., unde: — *Tri. ple.* Berald. Ald. — om. Lod.

13. *flagitabat*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *flagitabant* priores.

14. *et infamiam*] Ald. et seqq. — *infamiam* (om. *et*) Princ. Berald.

19. *Cum primam concionem*] Ald. — *tum primam contentionem* Princ. Berald. — *Cum primum concionem* Lod. et seqq. cum editt. Ciceronis.

20. *Ad urbem, in urbe*] „Aut prorsus erravit Asconius, si dixit *ad urbem* esse i. q. *in urbe*; aut verba *in urbe* interpolatori tribuenda sunt. Certum est enim qui ex provincia cum imperio redissent urbem ingredi haud potuisse; nisi imperium deponerent. Itaque qui triumphum sperabant sibi decretum iri, *ad urbem*, i. e. *ante urbem* manebant cum lictoribus ac fascibus, donec triumphantes urbem ingrederentur, triumphoque peracto imperium deponerent." SCHUETZ. „Deest aliquid, ipso Asconio indicante, qui ad II. Accus. 8. [§. 21.] hanc suam respicit adnotationem." GARAT.

Ibid. *iis*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *his* priores.

vinciali [aut nuper e provincia revertissent,] aut nondum in provinciam profecti essent. Pompeius autem pro consule de Hispania Sertorio victo nuper venerat, et statim habuerat concionem de restituenda tribunicia potestate Palicano tribuno plebis.

(§. 46.) *Homines in speculis sunt*] Scilicet equester ordo et urbana plebs et omnes, qui favent tribuniciae potestati.

Observant] Modo speculantur, alias venerantur. Virgilius:

Praeterea regem non sic Aegyptus et ingens
Lydia nec populi Parthorum aut Medus Hydaspes
Observant.

Post legem tribuniciam] Ex quo lex fertur de tribunicia potestate restituenda.

Unum hominem vel tenuissimum] Pauperem, qui unde iudices [41] corrumperet, non habet. Dolabellam autem significat.

Quod tametsi non reprehendunt] Potuit enim dici: Quid ergo? noxius, si pauper sit, non est damnandus?

(§. 47.) *Non gratia*] Vult amicum videri Hortensii Verrem, sed tantummodo praedae participatione sociatum.

Non cognatione] Hoc ad Metellum collegam Hortensii pertinet, qui illum, tamquam si sit cognatus, defendit.

Mediocri vitio] Vitia sustinebit, si quis nimia servitute patrocinium meruerit, aut assentatione aliqua defendi meruerit.

(§. 48.) *Investigare*] Ratione, via. Hoc totum ad terrendos a corruptione iudices dicitur.

---

1. *aut nuper e provincia revertissent*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *reversi* Lod. — om. Princ. Berald. Ald. — „*Nuper e. p. r.*] Eiusdem [Danesii]. quum esset in manu scripto lacuna." HOT.

Ibid. *nondum*] *nundum* Princ. 2. *pro consule*] *proconsul* Man.

4 *Palicano*] Ald. et seqq. — *publicano* Princ. Berald.

5. *Scilicet*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Nisi* Pr. Ber. Ald. — *Hi sunt* Lod.

7. *Virgilius*] Georg. IV. 210. sqq. 9. *Hydaspes*] *hiclaspes* Princ.

12. *lex fertur de trib. potest. restit.*] „Recte: Menardum enim Sullanam legem intelligentem Tullius ipse refellit c. 13. senatores aliquot post eam legem damnatos referens, nec tamen omnes." GARAT.

13. *hominem*] *senatorem* Lod. Lugd. Man. cum editt. Ciceronis praeter Lamb.

14 *habet*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *haberet* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *Dolabellam autem significat*] „Vid. Manut. [ad Ciceronem]. Nam hic Asconius fallitur certissime: neque Dolabella tenuissimus homo umquam putabitur." GARAT.

16. *damnandus*] Lod. et seqq. — *damnatus* antiquiores.

17. *Vult*] *Non vult* Hot. Cren. et seqq. At enarratoris sententia haec videtur: Vult Tullius amicum quidem videri Hortensii Verrem, verum non gratia illi coniunctum, sed tantummodo praedae participatione sociatum.

Ibid. *Hortensii*] *hortensi* Princ.

20. *tamquam si sit cognatus*] „Respicit locos II. Accus. 26. 56. An illuc etiam Tullius respexerit, valde dubito." GARAT.

21. *Mediocri vitio. Vitia sustinebit, si*] Princ. Berald. Ald. — *Mediocri vitio tot tantaque eius vitia sublevata esse existimabuntur.*] *Ut si* Lod. — *Mediocri vitio*] *Mediocria vitia sustinebit, si* Hot. Cren. — *Mediocri vitio*] *Ut si* Lugd. Man.

22. *defendi meruerit*] Lod. et seqq. — *defendendi meruerit* antiquiores.

23 *Investigare. Ratione, via. Hoc*] Princ. Ald. — *investigare rationem, hoc* Berald. — *Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum*

(§. 49.) *Post haec constituta iudicia*] Senatoria iudicia dicit per hos X. annos Syllae legibus constituta.

(§. 50.) *Qui iam pridem inventus est*] Verrem dicit.

(§. 51.) *Qui sis*] Praetor.

Quo loco] In tribunalibus.

Fac tibi paternae legis Aciliae] Manius Acilius Glabrio legem Aciliam tulit de pecuniis repetundis severissimam: in qua ne comperendinari quidem licet reum.

(§. 52.) *Fortissimum patrem tibi*] Manium Acilium Glabrionem.

Sapientissimum avum] Scaevolam dicit, iuris peritissimum, qui cum L. Pisone consul fuit, quo anno Ti. Gracchus occisus est.

Gravissimum socerum fuisse] Scaurum significat.

Scauri constantiam] Inde subiecit, quid sit constantia. Et animadvertendum, hanc esse artificiosam laudationem iudicum ad benevolentiam, quae tamen ab assentationis suspicione semota est.

Ad suspicionem criminis] Quod multum rapuit.

Rationem salutis] Ut corruptis iudicibus reservetur.

---

conatus investigare et cansequi possim.] *Hoc* Lod. — *Investigare.*] *Ratione. Consequi.*] *Via. hoc* Lugd. Hot. Man. Cren.

4. *Qui sis. Praetor.*] Madvigius. — *qui sis rectar* Princ. Berald. Ald. — om. ceteri. — Verba *qui sis* absunt a codd. Ciceronis, legebantur autem in edd. inde a Victorio, Rursus eiecit ea Zumptius, cui temere huc translata esse videntur ex Divin. VI. 20. Sed nituntur, *si* non alia, saltem interpretis *nostri* auctoritate.

5. *Quo loco. In tribunalibus*] Madvigius. — *Qui loco in tribunalibus* Princ. Berald. Ald. — *Cogita quo laco sis.*] *In tribunalibus.* Lod. — *Quo loco sis.*] *In tribunali* Lugd. Hot. Man. Cren.

6. *Aciliae*] *Aciliae veniat in mentem* Lod.

Ibid. *Manius*] Man. — *manus* Princ. Berald. — *Manlius* Ald. Lod. — *M.* Lugd. Hot. Cren.

7. *in qua - - licet*] Princ. Berald. Ald. — *in qua - - - licebat* Lod. — *ut qua - - liceret* Lugd. Hot. Man. Creo.

8. *ne comperendinari quidem*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *nec comperendinari quod* Prine. — *nec comperendinari quidem* Berald. Ald. Lod.

9. *Fort. patrem tibi. Manium Acilium*] Sic scripsi. — *fort. patrem. Tibi manilius acilium* Prioc. — *fort. patrem. Titu manilius Acilium* Berald. — *fart. patrem Titum Manlium Acilium* Ald. — *fort. patrem.*] *T. Acilium* Lod. — *fort. potrem*] *M. Acilium* Lugd. Hot. Cren. — *fort. potrem.*] *M'. Acilium* Man. — Ordo verborom in Ciceronis editt. hic est: *fortissimum tibi patrem.*

11. *L. Pisone*] Sic scripsi. Legebatur *Cn. Pisone.* „Ex antiquis lapidibus, hoc est, e testimonio veritatis minime dubio, legendum esse constat: *cum L. Pisone.*" MANUT. in edit. postr. „Emenda *Lucio* cum Menardo ex Fast. Capit. et lege Thoria agraria ap. Goes. p. 329. et Grut. CCII., ex qua etiam praenomen Scaevolae *Publius* eruitur, quod in Fast. Capitol. periit. Imo ipse Tullius IV. in Verr. 49. *P. Mucio, L. Calpurnio Coss.*" GARAT.

Ibid. *Ti. Gracchus*] Logd. Hot. Man. Creo. — *C. Gracchus* antiquiores. — „Si rationem temporis et ordinem consulum spectes, hoc loco *L. Pisone* et *Tib. Gracchus* legendum erit. Caius enim periit Mario et Valerio Coss. Qui error fere in omnibus Coss. [an *Codd.?*] apud Asconium obrepsit." LOD.

13. *Inde*] Ald. et seqq. — *male* Princ. Berald.

15. *semota*] Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *sumeta* Princ. — *summota* Berald. Lod.

16. *Quod*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *quia* priores.

17. *Rationem solutis. Ut corr.*] *rationem salutem in corr.* Princ. Berald. —

(§. 53.) *Servi designatorum consulum*] Mentionem facit illius rei, quam de Metello supra monstraverat, quod Siculos domum arcessitos iam ante conterruit.

(§. 54.) *Quadraginta diebus interpositis*] Iis, qui sunt per binos ludos, votivos atque Romanos, quos alii bini consecuturi erant, Vi-
[42] ctoriae atque plebeii.

Cum haec frequentia totius Italiae Roma discesserit] Frequentiam dicit plebis rusticae, cui noluit ignotam esse integritatem suam. Convenerat autem ex municipiis cuiuscunque modi multitudo, aut propter comitia suffragiorum causa, aut ludorum votivorum, Romanorum, Victoriae, plebeiorum, aut ut censeretur apud censores Gellium et Lentulum, qui tunc erant.

Huius laudis fructum et offensionis periculum vestrum] Figura zeugma; ad singula enim subaudiendum est: *puto esse oportere.*

(§. 55.) *Faciam hoc non novum, sed ab iis, qui nunc principes nostrae civitatis sunt, ante factum*] Verum dicit; etenim L. Lucullus et item M. Lucullus, ambo consulares, Marcus vero et triumphalis

---

ratio saltem in corr. Ald. — *Ad rationem salutis*] *Ut a corr.* Lod. — *Ad rationem salutis*] *Ut corr.* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *reservetur*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *reus reservetur* Lugd. Hot. Man. Cren.

2. *supra*] IX. 27. 2. *monstraverat*] *monstraverit* Princ.
3. *domum arcessitos*] *domum ad se accersitos* Lod.
4. *Iis*] Lugd. Hot. Man. Creo. — *his* priores.
Ibid. *per*] Lugd. Hot. Mau. Cren. — *post* priores.
6. *plebeii*] Hot. Man. Cren. — *plebei* priores.
7. *Roma*] Ald. et seqq. — *Romam* Princ. Berald.
8. *cui noluit ignotam esse*] Sic scripsi. — *cui noluit iudicis notam esse* Princ. — *cui voluit iudicii notam esse* Berald. Ald. Lod. — *cui voluit iudicii exitu notam esse* Lugd. Hot. Man. Cren. — Vox *iudicis*, quae legitur in Princ., orta videtur ex duabus literis initialibus verbi IGNOTAM a librario pro compendio sumptis. Nimis enim artificiosum nunc videtur, quod olim volueram: *cui noluit iudici ignotam esse.*
9. *convenerat autem*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *convenerat aut* Princ. Berald. Ald. — *Convenit*] *aut* Lod.
11. *aut ut censeretur* cet.] „De censu municipum peragendo egregia lex est in tabulis Heracl. Vide ibi, quaeso, Mazoch. p. 455. nam inde locus hic non mediocriter illustratur." GARAT.
Ibid. *censores*] Lod. et seqq. — *censorem* priores.
13. *Huius laudis*] Princ. Berald. Ald. — *Huius iudicii et laudis* Lod. et sqq. cum editt. Ciceronis.
14. *zeugma*] *Zeugma* Princ. 15. *non*] om. Princ. Berald. Ald.
Ibid. *nunc*] Lod. et seqq. — *hinc* Princ. Berald. Ald.
17. *L. Lucullus et item M. Lucullus*] Sic scripsi. — *L. Lucilius et item M. Licinius* Princ. Berald. Ald. — *L. Licinius et item M. Licinius* Lod. et seqq. „*L. Licinius et item*] Budaei: quum in manoscripto *Lucilius* legatur. Fuit autem L. Licinius M. Aurelii Cottae in consulatu collega. Plut. Lucullo." HOT. „Bis debet edi *Lucullus*, tum quia inter tot Licinios ita illi distinguebantur, tum quia *Licinius*, quod a Budaeo est, paullo plus distat a MSis, in quibus est, Hot. teste, *Lucilius*. Marci adoptionem adde, ex qua dici Terentius debuit, ut in fastis Capitolinis in lapide Murator. CCXCI. 3. et a Cicerone ipso I. Accus. 23. dicitur. Fistulae vero Gruterianae CLXXXII. 11. quae *συγχρονη* [immo *σύγχρονος*] videri posset eumque tamen Licinium appellat, praeter eos, quos modo citavi, testem praestantissimum oppono, certeque *σύγχρονον* terminalem

fuit. Hi, cum accusarent L. Cottam, non usi sunt oratione perpetua, sed interrogatione testium causam peregerunt.

Illud a me novum cognoscetis] In eo se dicit novi aliquid allaturum, in quo diligentius crimen expositurus est, quam qui ante ipsum breviter accusaverunt.

Ut ubi interrogando] Apparet ex hoc dicto, testes suos etiam ipsum accusatorem interrogare consuesse.

Argumentandi dicendique sit] *Argumentari* est argumentis uti ad rem probandam, *dicere* amplificatione uti ad delectandum commovendumque auditorem oratione perpetua.

Si quis erit qui perpetuam orationem] Vides, quod argumentis se usurum non negat iam modo, quamquam perpetuam orationem se neget habiturum in hac actione, quae prima est.

Si quis erit qui perpetuam orationem accusationemque] Bene haec separavit, ut ostenderet etiam sine perpetua oratione accusationem tamen esse, ut intelligi posset, ut res non una, sed ut duae sint. [45]

Nunc id, quod facimus, ea ratione facimus] Inconsequens locutio et obscura non minus est, quam illa in fine orationis pro Ligario, nisi forte *facimus* semel ponitur.

(§. 56.) *Cum multa libidinose, multa crudeliter in cives atque*

---

lapidem Murator. CDLXXXVI. 4. Optime is habet lapis: M. TERENTIUS. M. F. VARRO. LUCULLUS. Quod extra omnem controversiam est, fratres hi ambo ubique *Luculli* vocantur." GARAT.

Ibid. *et*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *etiam* Lugd. Hot. Man. Cren.

1. *triumphalis fuit*] „Explico ante bano habitam orationem: nam celeberrimum Lucii triumphum, Cicerone ipso cos., ignotum Ascunio numquam putabo." GARAT.

Ibid. *Hi, cum accusarent L. Cottam*] „Opportune Asconius L. et M. Lucullos appellat, quos accusatione laudem meruisse ipse Cicero de Offic. II. 14. et Acadd. IV. init. tradidit. Sed quod addit grammaticus, L. Cottam ab iis accusatum esse, falli videtur: Plutarchi auctoritas certior est Servilium Augurem fuisse narrantis, quod iudicium Pighius ad a. 92. a. Chr. refert. Cf. Spaldingium ad Quintil. XII. 7, 4." ZUMPT.

5. *cognoscetis*] Ald. et seqq. — *cognoscatis* Princ. Berald.

6. *Ut ubi int.*] Princ. Berald. Ald. — *Ubi int.* Lod. — *Ut ubi id int.* Lugd. Hot. Man. Cren.

8. *sit*] Lod. et seqq. — *sint* priores.

9. *uti ad delect.*] Sic scripsi. — *uti ad rem ad delect.* Princ. Berald. Ald. Lod. Lugd. Man. — *uti ad rem dilatandam et ad delect.* Hot. Cren. „Deerat antea omnibus in libris verbum *dilatandam.*" HOT. — Verba *ad rem* e superiori versu male a librario repetita videntur.

11. *quod*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *quia* priores.

13. *actione*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *oratione* Princ. Berald. Ald. Lod. — „*hac actione*]. Danesii. Vetus, *oratione.*" HOT.

16. *ut intelligi posset*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *et intelligi posset* Hot. Man. Cren. — om. Lugd.

Ibid. *sed ut duae*] *sed duae* Lod.

Ibid. *sint*] Lod. Lugd. Man. — *sunt* ceteri.

17. *quod facimus*] Ald. et seqq. — *quod faciamus* Princ. Berald.

19. *facimus*] Lod. et seqq. — *faciemus* antiquiores.

20. *in cives*] *in cives Romanos* editt. Ciceronis.

socios] A specie coepit et subiunxit genus dicendo postea *in deos atque homines*. Sed non est vitium, quod sub auxesi positum, non pro ratiocinatione est.

Sestertiûm quadringenties] Diximus de hac quaestione summae variae. In Divinatione enim *sestertiûm millies* dixit. Quod solvimus, quod adhuc non erat insinuata criminum ratio Ciceroni, et, quod ex persona Siciliae loquebatur, augere voluit veritatem, et quoniam spe duplae vel quadruplae repetitionis quantumvis accusatori progredi licuit. † Nam quamvis sestertiûm septuagesies tantum dupli nomine exigi iussus est, ° ad gratiamne Hortensii an suam an etiam conniventia Ciceronis ipsius, parum comperimus.

Dixi] Moris veterum fuit, cum satis visum esset fluxisse verborum, hanc sibi necessitatem finiendae orationis imponere, ut dicerent ad ultimum: *Dixi:* quod etiam, ab utraque parte oratione consumpta, ut in consilium dimitterentur, praeco soleret pronunciare: *Dixerunt*.

---

1. *atque socios*] *atque in socios* vulgo apud Ciceronem; sed Zumptius cum optimis codd. praepositionem delevit.

Ibid. *genus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *senus* Prine. — *socios* Ber. Ald. Lod.

Ibid. *in*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ad* priores.

2. *sub*] Prine. Berald. Ald. Lod. — *pro* Lugd. Hot. Man. Cren.

3. *ratiocinatione est*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ratiocinatione* (om. *est*) antiquiores.

4. *Sestertiûm quadringenties*] *quadringenties sestertiûm* editt. Ciceronis.

Ibid. *Diximus de hac quaestione*] Supra ad Divinat. §. 19. pag. 106. l. 16.

7. *voluit*] *noluit* Berald. Lod.

Ibid. *spe*] Ald. et seqq. — . . *pse* Prine. — *ipse* Berald.

8. *duplae vel quadruplae*] Prine. Berald. Ald. Lod. — *dupli vel quadrupli* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *quantumvis*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *quantum ius* antiquiores.

9. *Nam quamvis - - - iussus est*] Sic corrupte et mance Prine. Berald. nec differunt ab hac lectione Ald. et Lod, nisi quod in illa pro *septuagesies* legitur *septuagies*, in hac *septingenties*. — *nam quamvis sestertium quadringenties a Verre petitum esset, septuagies tamen, dupli nomine, exigi iussus est* Lugd. Man. — *nam quamvis sestertium octingenties dupli nomine exigi usus est, sestertium tamen quadringenties tantummodo repetitum est* Hot. Cren. „*HS. octogenties*] Sententia ita legi postulat, si ad dupli rationem spectemus, et ad mentem Asconii, qui minus exactum esse aperte significat. Vetus, *Nam quamvis HS. septuagies d. n. e. u. est ad gratiam ect.* Fere tamen dupli rationem secutus est Plutarchus. scribit enim *septingenties et quinquagies HS.*" HOT. — „Hotomanus non recte ita supplevit, ut dicatur, quamvis octingenties dupli nomine exactum sit, tamen *tantummodo* quadringenties repetitum esse: qui poterat plus? Dixit scholiastes minus exactum esse, quam duplum eius, quod in oratione repetatur. Nec sane *usus* fuit exigere certam summam. Fuit fere: *nam quamvis sestertium* [*quadringenties repetitum est, tamen sestertium*] *septingenties* (sic enim sane legendum est) *tantum dupli nomine exigi iussus est*, sc. Verres. Sic enim loquebantur extrema aetate, *Verres hanc summam exigitur*, *exigi iubetur*, reducto, ut in aliis, antiquissimi temporis loquendi usu, de quo vid. Plaut. Trin. II. 4, 6. Gell. qui Caecil. Metell. et Quadrigarium laudat, XV. 14. Non. Marcell. p. 294." MADV.

10. *conniventia*] Lod. et seqq. — *convenientia* priores.

15. *dimitterentur*] „Scil. *iudices*, quod vocabulum hic forsan excidit." SCH.

Ibid. *praeco*] Sic scripsi. Legebatur *praetor*. „*Praeco* legendum potius existimem ex hoc praesertim Ciceronis loco, lib. accusat. 2. [XXX. 75] *Dicit unus et alter breviter. Nihil interrogatur. Praeco dixisse pronuncint.* Malim tamen, *Dimitterentur iudices a praetore, praeco soleret.*" HOT. Conf. Quintil. Inst. Orat. I. 5, 43. et Spalding. ad VI. 4, 7.

Bene ergo Tullius denuncians adversariis compendium brevitatis hoc verbo usus est: *Dixi.*

Non autem ibi finitur prima actio. Inducentur enim dehinc a Tullio testes, quorum verba in oratione conscribere nullius elegantiae fuit. Multis autem diebus prima actio celebrata est, dum testes Verris producuntur criminum diversorum, dum recitantur publicae privataeque literae: quibus rebus adeo stupefactus Hortensius dicitur, ut rationem defensionis omitteret, adeo perculsus Verres, ut abiret in exilium sua [44] sponte. Nec quid amplius in iudicio gestum est, nisi quod Tullius metuens, ne tantum negotium paene tacitum praeteriret, finxit Verrem comperendinationi praesto fuisse, ut bis defensus accusaretur iterum. Et quemadmodum victoriae consuluerat brevitate dicendi, ita laudem eloquentiae tamquam repetita accusatione est consecutus reliquorum conscriptione librorum, qui caeteros consequuntur.

---

3. *Non autem ibi*] Sic e coniectura Melanchthonis Hol. Cren. — *Non autem hic* Lugd. Man. — *non ante mihi* priores.
9. *Nec quid - - gestum est*] Lugd. Hol. Man. Cren. — *ne quid - - gestum esset* Princ. Berald. — *nec quid - - gestum esset* Ald. Lod.

PSEUDO-ASCONIUS

IN

M. TULLII CICERONIS

ACTIONIS SECUNDAE IN C. VERREM

LIBRUM PRIMUM.

ARGUMENTUM.

Deinceps haec omnia non dicta, sed scripta sunt contra eum, quod [ita] factum est: Fingit Cicero adesse in iudicio Verrem comperendinatum, respondere citatum et defendi. In caeteris enim orationibus defensor futurus accusationis officium his libris, qui Verrinarum nomine nuncupantur, compensare decrevit, et, quoniam accusare multos indecorum Tullio videbatur, in una causa vim huius artis et eloquentiae demonstrare. Nam et bene intelligentes omnem virtutem oratoriam, quaecunque in criminationibus constituta est, hic expressam vident, et contra ex hoc defensionum vim in caeteris orationibus et nervos eius ex hac virtute cognoscunt, quae in opprimendo exprimitur reo. Igitur rerum scena sic facta est, ut dicit Tullius, non ut acta res est. *Adest*, inquit, *Verres*, *respondet*, *defenditur*. Ergo cum prima actione accusatus sit ac defensus Verres, nunc velut defensus iterum (sic enim mos erat) in altera actione accusatur ad ultimum rursus oratione per-

---

In Princ. et Berald. titulus est: ARGUMENTUM ACCUSATIONIS.

2. *ita*] add. Ald. et seqq.

5. *comperendinatum*, *respondere*] Princ. Berald. Lod. — *comperendinatum et respondere* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *enim*] Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *vero* ceteri.

5. *decrevit*] *decreverint* Princ.

Ibid. *et*] add. Lod. et seqq.

6. *indecorum Tullio*] *indecorum Marco Tullio* Lod.

Ibid. *videbatur in*] *videbatur et in* Lod.

7. *demonstrare*] *demonstraret* Ald.

11. *non ut acta*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *non autem acta* Lugd. Hot. Man. Cren.

14. *accusatur*] *accusator* Princ.

Ibid. *ad ultimum rursus*] „Nimirum putavit hic enarrator, in altera actione conversum fuisse dicendi ordinem, prioremque dixisse defensorem, post eum

petua. Crimina repetundarum et alia pleraque ante acta vita saepe firmantur. Snmitur etiam hinc saepe defensio. Omnis enim confirmatio ab attributis [personae et] negotio sumi solet. Ergo attributa personae maxime in ante acta vita quaeri solent, negotio in ipso crimine. [46] Libros igitur pro qualitate criminum Tullius dividens ante actis unum dedit, hunc scilicet solum, crimini ipsi repetundarum IIII. unum de iure dicendo, alterum de re frumentaria, tertium de signis, quartum de suppliciis. Ad banc enim similitudinem poëta Virgilius *Minoem*, iudicem apud inferos, tamquam si praetor sit rerum capitalium, *quaesitorem* appellat; dat ibi sortitionem, ubi *urnam* nominat; dat electionem iudicum, cum dicit: *consilium vocat;* dat cognitionem faciuorum, cum dicit: *vitasque et crimina discit.* Ergo bic liber, qui de ante acta vita est, statum necesse est coniecturalem habeat. Capita autem, quae ipse Tullius fecit dividendo totam hanc accusationem † in legatione, vicem quaesturae, tertio in praetura urbana., nam cum omnes eius actus quaesturae nomine, legationis, praeturae urbanae, praeturae Siciliensis, quae quadripartita librorum divisione cognoscatur: ante acta enim omnia hoc libro comprehensa sunt ad eorum fidem, quae post dicuntur. Prooemia sane huius libri in simulatione constituta sunt quasi verae

---

ultimo loco accusatorem. Vide eiusdem annotationem ad huoc libr. 1. 9, 26. Sed falsam esse haoc opinionem ex male intellecto loco modo laudato ductam probavit M. Aot. Ferratius Epistol. lib. I. 9. quae est de comperendinatione." ZUMPT.

1. *ante acta vita*] Princ. Ald. — *ante actae vitae* Berald. Lod. — *ex ante acta vita* Lugd. Hot. Man. Cren.

2. *hinc*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *hic* antiquiores.

Ibid. *enim confirmatio*] *enim et confirmatio* Princ.

3. *personae et*] om. Princ. Berald. Ald. Lod.

4. *personae maxime*] Lod. et seqq. — *personae et maxime* priores.

Ibid. *negotio*] Lugd. Hot. Man. — *negotii* Princ. Berald. Ald. Lod. — *negotium* Cren. — „*negotio* Hot. sed melius Verburg. *negotium:* quod recepit Olivet. flagitante sententia. GARAT. At *negotio* etiam ante dativo casu dictum puto." ZUMPT.

6. *hunc*] Ald. et seqq. — *nunc* Princ. Berald.

7. *re*] add. Lugd. Hot. Man. Cren.

10. *sortitionem*] Hanc vocem bis deinceps posuerunt Princ. Berald.

11. *consilium vocat*] Princ. Berald. — *consiliumque vocat* Lod. et seqq.

12. *liber*] *libere* Princ.

14. *quae*] *quattuor*] Lugd. Man.

15. *accusationem - - - praetura urbana*] Locus corruptus sic legitur in Princ. Berald. In Ald. et Lod. est *vice* pro *vicem.* — *accusationem (occasionem* Man.) *in ea, quae commisit Verres primo in quaestura, deinde in legatione, tertio in praetura urbana, postremo in praetura Siciliensi* Lugd. Man. — *accusationem, sunt haec: primum in quaesturam, deinde in legationem et vicequaesturam, tertio in praeturam urbanam, quarto in praeturam Siciliensem* Hot. Cren.

Ibid. *nam cum*] *cum autem* Lugd. Man.

17. *urbanae - - - cognoscatur*] Sic corrupte Princ. Berald. Lod., apud quam tamen est *cognoscantur.* — *urbanae Siciliensisque quadrip. libr. divis. cognoscantur* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren.

18. *enim*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *eius* Lugd. Hot. Man Cren.

Ibid. *dicuntur*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *dicentur* Lugd. Hot. Man. Cren.

19. *Prooemia*] *Prohoemia* Princ.

Ibid. *in simulatione*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *insinuatione* priores.

accusationis in Verrem audentem adesse atque defensum, in exhortatione iudicum ad recte iudicandum, tum in minis contra adversarios, et in exhibenda ratione officii sui, cur ita maluerit accusare, ut prima actione tantum testibus uteretur: quae omnia eiusmodi sunt, ut non tam nova dicere, quam dicta libri superioris instaurare videatur. Post haec omnia ipsius Ciceronis per honores Verris cum criminibus iunctos divisio per ordinem temporum currit.

ENARRATIO.

[47] (§. 1.) *Neminem vestrum ignorare arbitror iud.*] Hoc totum figmentum est Ciceronis, ut sequentium librorum vera actio videatur: nam Verres iam sua sponte elegit exilium.

(§. 2. *Respondet*] Recte dictum est *respondet:* nam apud veteres et iudices et rei et accusatores et defensores ciebantur a praecone praetorio.

Patior, iud.] Cum dolere debuerit, resisti sibi, *pati* se et aequo animo ferre dicit, ut pugnam victoria consequatur.

(§. 4.) *Neque enim salus ulla reipublicae maior est*] Eadem repetit, quae in prima actione dicta sunt, e re publica esse damnari Verrem.

Diligenter reiectis] *Reiectos* indices pro *electis* intelligi convenit. Ibi enim reiectio iudicum, ubi et retentio continetur. In reiectione autem accusatoris vel fides accusationis, vel praevaricatio, ut supra dixi, apparet.

---

1. *quasi verae accusationis*] Lod. et seqq. — *quas vere accusationis* Princ. — *quas verae accusationis* Berald. — *quasi vera accusatione* Ald.

Ibid. *defensuin in exh.*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *defensum exh.* priores.

2. *tum*] om. Man.

7. *iunctos divisio*] *uinctos diuiso* Princ.

8. *ENARRATIO*] *Figmentum Ciceronis* Princ. Berald. — INITIUM EXPOSITIONIS Cren. — om. ceteri.

9. *totum*] om. Lod.

10. *figm. est Ciceronis*] *figm. esse Marci Ciceronis* Berald. Lod. — *figm. esse Ciceronis* Ald.

13. *ciebantur*] Sic scripsi. — *dicebantur* Princ. Berald. Ald. Lod. („Fortasse *ducebantur*." LOD.) — *citabantur* Lugd. Hot. Man. Cren.

14. *praetorio*] Princ. Berald. Ald. Lod. cum Graevii MS. — *praetoris* Lugd. Hot. Man. Cren.

15. *Patior iud. Cum dolere*] Lod. et seqq. — *Patior iudicium dolore* Princ. Berald. — *patior iudices: dolere* Ald.

Ibid. *resisti*] Princ. Berald. cum Graevii MS. — *restitit* Ald. et seqq.

Ibid. *se*] om. Graev. cum codice suo.

17. *ulla reip maior est*] *ulla maior Reipublicae hoc tempore inveniri potest* Lod. cum edit. Ciceronis. — *ulla maior reip.* (om. *est*) Lugd. Man.

22. *praevaricatio*] Sic scripsi. — *praevaricationis* Princ. Berald. Ald. Lod. — *praevaricationis perfidia* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *supra*] Ad Act. I. §. 17.

23. *dixi*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *dixit* antiquiores.

(§. 5.) *Ac prope depositam*] Desperatae salutis. Sic et Virgilius:

Ille ut depositi proferret fata parentis.

Postremo ut esset hoc iudicatum] Subauditur *accessi* ἀπὸ κοινοῦ ad omnia, quibus hoc verbum in hac sententia convenit.

(§. 6.) *Homo est nocentissimus*] Terentius: *Et habet quod det et dat nemo largius;* et de persona: *Fatuus, insulsus, tardus, stertit.*

Impie nefarieque commisit] *Nefandum* est *non fandum; nefarium*, quod sacra polluit farre pio solita celebrari. Ergo *nefarii*, sacrilegi.

(§. 7.) *Agunt eum praecipitem*] Proprium Ciceronis, et in orationibus, et in dialogis, et in epistolis eandem saepe sententiam dicere et uti eloquentiae diversis modis, iisdem sententiis tamen ab aliqua occasione repetitis. Nam et hic repetitio † Verris, in qua videtur insaniae Verri causa velle monstrari. Est enim hic locus de suppliciis [58] irrogatis, ubi ostendit cives Romanos Verrem pro praedonibus occidisse.

Religiones vero caerimoniaeque] De signis. De furtis tacet modo, quasi idoneis ad furorem avaritiae.

(§. 8.) *Supplicio communi*] Aestimatione litis, exilio.

(§. 9.) *Cui damnari expediret*] Quia minor in damnatione poena, quam in concione populi Romani et in eorum animadversione.

---

1. *Ac prope*] *Et prope* Lugd. cum editt. Ciceronis.
Ibid. *depositam*] Lod. et seqq. — *depositum* priores.
Ibid. *Desperatae*] *desperare* Princ.
Ibid. *Virgilius*] Aen. XII. 395.
2. *fato*] Cren. et seqq. — *facta* priores.
5. *Homo est noc.*] Princ. Berald. Ald. — *Reus est enim noc.* Lod. Lugd. Man. — *Homo est enim noc.* Hot. Cren. — Apud Ciceronem legitur *Reus est enim nocentissimus*, quam lectionem ex interprete nostro sic immutatam exhibuit Lambinus: *Reus est enim homo nocentissimus.* Sed si quid mutandum putarem, mallem legi: *Reus enim homo est nocentissimus.*
Ibid. *Terentius*] Eun. Act. V. Sc. 9. vs. 48. 49.
9. *sacrilegi*] *sacrilegii* Princ.
11. *et in dialogis*] Hot. Cren. — *et dialogis* ceteri.
Ibid. *eandem saepe sententiam dicere*] Sic scripsi. — *eandem septam quam dicere* Princ. — *eandem sententiam quam dicere* Berald. — *eandem sententiam dicere* Ald. — *eandem sententiam saepe dicere* Lod. — *saepius eandem sententiam dicere* Lugd. Hot. Man. Cren.
12. *eloquentiae*] *eloquentia* Hot. Cren. Graev., qui tamen codicis sui lectionem *eloquentiae* veram habuit.
Ibid. *iisdem sent.*] *iisdemque sent.* Berald. Lod. — *in iisdem sent.* Hot. Cren.
Ibid. *ab*] om. Man.
13. *repetitio - - - monstrari*] Locus corruptus sic legitur in Princ. Berald. — *repetitio Verris, in qua videtur insaniae Verris causam velle monstrare* Lod. — *repetitio furoris, in quo vid. ins. Verris causam velle monstrare* Lugd. Hot. Man. Cren.
15. *pro*] om. Princ. Berald.
16. *caerimoniaeque*] Lod. et seqq. — *caerimoniae* (om. *que*)] Princ. Ber.! Ald.
Ibid. *De furtis*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *et furtis* Lugd. — *et de furtis* Hot. Man. Cren.
17. *quasi idoneis*] Princ. Berald. Ald. — *quasi non idoneis* Lod. — *quasi minus idoneis* Lugd. Hot. Man. Cren.
18. *Aestimatione*] *extimatione* Princ. Berald. Ald.
Ibid. *litis, exilio*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *litis et exilio* ceteri.

Non istum] Non modo Verri, sed subtiliter etiam iudicibus comminatur.

(§. 10.) *Non is reus*] Qui est nocentissimus.

Non id tempus] Quod invidiosum senatui est.

Non id consilium] Quod ex optimis viris lectum tale est, ut, si quid in ipso culpae fuerit, † se pariti melius esse natum me.

Ne actor quidem] Tullius scilicet, in quo omnia ad vincendum parata.

(§. 11.) *Ad aliud iudicium*] Populi scilicet et equitum Romanorum.

Alieno nomine] Quaestores urbani aerarium curabant eiusque pecunias expensas et acceptas in tabulas publicas referre consueverant. *Alieno* autem *nomine* dicit Carbonis nomine vel exercitus eius. Nam consulis vel militum eius nomine pecunias ex aerario sumptas avertit conversus ad Syllam bellis civilibus.

Alieno nomine] Ad frumenti emptionem, quod Siculis non persolvit.

De capite] Hoc in Sicilia fecit gratiosius in decumanos, ut frumentum in auctione promissum ab decumanis usibus populi Romani cum illi refragarentur † a plicito de summa detraxerit, minusque eos inferre passus sit annonae populo Romano, quod illicitum probatur multis documentis.

[49] *M. Marcelli et P. Africani monumento*] Signa concessa et reportata Siculis a M. Marcello et Scipione Africano. Nam Marcellus donavit, quae victis Syracusis asportare iure belli potuerat; Africanus victa Carthagine reportavit, quae victis Siculis ademerant Poeni.

(§. 12.) *Meditetur de ducibus hostium*] Hic crimen de suppliciis esse cognoscitur: in hoc enim libro haec latius explicantur.

---

1. *Non istum. Non modo Verri, sed subt.*] Sic scripsi. — *non istum modo terret subt.* Princ. Berald. Ald. — *non istum modo terret, sed subt.* Lod. — *Non istum maius in sese scelus etc.*] *Subt.* Lugd. Man. — *Non istum maius in sese scelus etc.*] *Non istum modo terret sed subt.* Hot. Cren.

3. Hic versus sequenti postpositus est in Princ. Berald. Ald. Lod. Lugd.

Ibid. *Non is reus*] *Non is est reus* editt. Ciceronis.

Ibid. *est*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *et* antiquiores.

6. *se pariti melius esse natum me*] Sic corrupte Princ. Berald. Ald. Lod. — *sperari melius ex senatu non possit* Lugd. Hot. Man. Cren.

10. *Alieno nomine*] *Alieno nomine a quaestoribus urbanis* Hot. Cren.

12. *nomine vel exercitus*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *nomine et exercitus* Lugd. Hot. Man. Cren.

13. *consulis vel militum*] Sic scripsi. — *consulis militum* Princ. Ald. Lod. — *consiliis militum* Berald. — *consulis et militum* Lugd. Hot. Man. Cren.

15. *Alieno*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Vel alieno* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *Ad frumenti emptionem* cet.] „Altera haec interpretatio h. l. non est admittenda." SCHUETZ.

19. *cum illi refragarentur a plicito de*] Locus corruptus. — *cum illi freti Verris gratia licerentur quam plurimo, de* Hot. Cren. „Divinatio haec quidem est: nam in manuscripto ita legitur, *Refragratularentur a plurito.* sed cui notus erit totus ille quartae orationis locus, is si non videat vestigia nos huius lectionis secutos errorem in ipso, ut dicitur, cubili deprehendisse, magnopere nos opinione nostra falli atque induci fatebimur." HOT.

Ibid. *minusque*] *utriusque* Berald. 24. *donavit*] *damnavit* Cren.

24. *potuerat*] *poterat* Lod. 25. *Poeni*] *penni* Princ.

Quos in eorum locum subditos] Captis praedonum ducibus Verres illos quidem remisit accepto praemio; pro illis autem mercatores innocentissimos partim trucidavit, partim domi suae privatim reservavit, quod diceret timuisse se, sibi ne crimini daretur, eos a se pecunia liberatos esse.

Usque dum per me licuerit] Quantum in ipso fuerit, ad hoc domi suae privatus, quod est maiestatis crimen, hosies publicos habere poterat. Sed finem fecit huius audaciae me cogente, qui instití, ut de eius domo in publicam custodiam ducerentur.

Quo me iam pridem vocat populus Romanus] Se dicit, quia aedilis est factus, ut defendat libertatem populi Romani.

(§. 13.) *Qui cognitores homines*] Hoc genus defensionis in iure *cognitor* dicitur, maxime cum de alicuius statu agitur. Ipsemet alibi: *Cognitorem iuris sui.*

(§. 14.) *Quinque et XXX.*] Ac per has totus populus Romanus. Principio tres fuerunt: Tatienses unus, a Tatio rege; Ramnes altera, a Romulo; Luceres tertia, a Lucumone sive Lucretino, sive a luco, quem lucum Asylum vocaverat Romulus: post de nominibus Sabinarum plures factae, quibus precatricibus parentum bellum maritorumque finitum est: ad postremum XXX. et V. factae. Obtinuerunt autem nomen aut a tributo dando, aut quia primo tres fuerunt, unde etiam tribuni dicti.

---

4. *quod*] Ald. et seqq. — *quo* Princ. Berald.

Ibid. *timuisse se, sibi ne crimini daretur*] Sic scripsi. — *timuisses et ibi nec criminaretur* Princ. Berald. — *timuisse et ibi nec criminaretur* Ald. — *timuisse se, ne sibi crimini daretur* Lod. et seqq. — „*Timuisse n. s. c. d.*] Budaei. Vetus, *Timuisse et se tibi nec criminaretur eos ab se p. l. e.*" HOT.

Ibid. *eos a se*] Sic scripsi. — *eos ipse a se* Princ. Berald. Ald. — *eos ab se* Lod. cum editt. Ciceronis. — *eos ipsos a se* Lugd. Hot. Man. Cren.

6. *Usque dum per*] Lod. et seqq. — *eosque dum pro* Princ. Berald. — *Usque dum pro* Ald.

7. *fuerit, ad hoc domi*] Princ. Berald. Ald. — *fuerit. Hoc in illo*] *Quod domi* Lod. — *fuerit. An hoc? domi* Lugd. Hot. Man. Cren.

8. *habere poterat*] Princ. Berald. Lod. — *habere non poterat* Ald. — *habere non dubitavit* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *instití*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *institui* priores.

11. *Quia aedilis est factus*] „Nullus hic est ad aedilitatem respectus. Nihil aliud ait orator, quam se iam ad id crimen accedere, quo libertatis et iura civitatis Verres infregisse arguatur, de quo iudicium sit penes populum." SCH.

12. *defensionis*] *defensoris* (Lod. coni. in praefat.) Hot. Cren.

13. *Ipsemet*] Sic scripsi. — *ipsi me* Princ. — *ipse* ceteri.

Ibid. *alibi*] In Divinat. cap. 4. §. 11.

15. *has*] Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *hos* Princ. Berald. — *hoc* Lod.

16. *Principio*] *Tribus principio* Hot. Cren.

Ibid. *Tatienses*] Sic scripsi. — Legebatur *Tatiensis.*

Ibid. *Ramnes*] Princ. Ald. cum Graevii MS. „Recte. Sic Horat. et alii." GRAEV. — *Rhamnes* Berald. Lod. — *Ramnensis* Lugd. Hot. Man. Cren.

17. *tertia*] Sic scripsi. — Legebatur *altera.*

Ibid. *Lucumone*] Lod. et seqq. — *luco monte* Princ. Ald. — *Lucomone* Berald.

18. *lucum*] om. Berald. Lod.

19. *factae*] *fuere* Lugd. Man. — *fecere* Ald.

Ibid. *precatricibus*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *deprecatricibus* ceteri.

20. *est*] om. Lod.

Religionem] Quia iurati testes dicebant.

[*Lautumiis*] *Lautumiae*, carcer Syracusis; Lautumiae autem lingua [50] Siculorum lapicidinae dicuntur, loca caesis lapidibus exsecta.

De loco superiore] De Rostris, quippe qui aedilis sum factus.

(§. 15.) *Quo in numero e vobis complures fuerunt*] Alia enim sortitione nunc sedent, illa in divinatione constituendi accusatoris alia fuit.

Inimicitias iustas] Ad aliud argumentum victoriam suam interpretatus simpliciter fatetur, quod in Divinatione expugnaverat, non idoneam fuisse causam accusandi Verris Caecilio commentitiam simultatem. An *iustas* inimicitias *magnas* dicit? ut e contrario Virgilius:

Iniusto sub fasce viam dum carpit.

Cum id postularet] Bene addidit, quia in Divinatione huiusce rei mentio facta non erat.

(§. 16.) *Vim inquirendo tantam habui*] Dicit plura crimina inveniri potuisse, quam inventa sunt, si vellet Tullius non ad legem repetundarum inquisitionem facere, sed ad universa, quae commiserat Verres. Nam certe quantum abstulerit ex Sicilia Verres, non quantum flagitii commiserit, dicere accusatorem causa compellit.

(§. 17.) *Ne quis de mea fide*] Et Verris pecuniosi rapinis invidiosum, et apud iudices plurimum, ut non sine causa de eorum substantia Cicero dubitare videatur. Et valet ad suspicionem magnopere

---

2. *Lautumiis*] om. Princ. Berald. Ald. Lod. — *Latumiis* ceteri.

Ibid. *Lautumiae*] Princ. Ald. — *Latumiae* ceteri.

3. *Lautumiae autem lingua Sic. lapicidinae dic.*] Sic Hot. Cren. nisi quod *Latomiae* scribunt pro *Lautumiae*. — *linguae Sic. Lautumiae autem lapidicines dic.* Princ. — *lingua Sic. Latumiae* (*Lautumiae* Ald.) *autem lapidicinae dic.* Berald. Ald. Lod. — *Latomiae autem Sic. lingua, id est, lapicidinae dic.* Lugd. et (omissis ineptis vocibus *id est*) Man. — „*Lapicidinae dic.*] Recte, et ita vetus lapis apud Manut. orth. p. 479. Vulgo corrumpebatur haec vox." GARAT.

Ibid. *dicuntur, loca*] *dicuntur, id est, loca* Hot. Cren.

Ibid. *exsecta*] *et secta* Princ. Berald. — *exacta* Hot.

5. *in numero*] Apud Ciceronem editum est *e numero* a Steph. Lamb. et Zumptio: quod minime placet.

Ibid. *fuerunt*] *fuere* Man. cum plerisque editt. Ciceronis, cui *fuerunt* restituit Zumptius.

6. *sedent*] om. Graevii MS.

Ibid. *illa in divinatione*] Graevii MS. — *illa divinatione* Princ. Berald. Ald. — *alia in divinatione* Lod. et seqq.

Ibid. *accusatoris alia fuit*] Princ. Berald. Ald. — *accusatoris fuit* (om. *alia*) Lod. et seqq.

8. *Inimicitias*] *propter inimicitias* Berald.

11. *An*] om. Ald. Lod.

Ibid. *magnas*] *magna* Princ. — *non magnas* Lugd. Man.

Ibid. *Virgilius*] Georg. III. 347. ubi vulgo aditur *viam cum carpit.*

15. *Vim inquir.*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Vim in inquir.* Lugd. Hot. Man. Cren. cum editt. Ciceronis.

16. *vellet*] *vellem* Graevii MS.

20—22. *Et Verris - - - videatur*] Locus corruptus sic legitur in Princ. Berald. — *Ex* pro *Et* habent Ald. Lod. — *valet* post *plurimum* inseruerunt Lugd. Hot. Man. Cren. — *constantia* pro *substantia* legitur in Lod. et seqq.

22. *magnopere nummo redempti*]. Sic scripsi. — *magnopere immo redempti* Princ. Berald. Ald. — *magnopere corrupti immo redempti* Lod. —

nummo redempti Hortensii et fautorum Verris ad defensionem eius, quod se quoque e suspicione hominum non excepit Tullius.

Sciebam in reiiciendis iudicibus] Multi, inquit, ita subtiles fuerunt praevaricatores, ut in tota actione fideles actores esse viderentur, qui tamen non effugerunt suspiciones hominum, cum in reiiciendis iudicibus versarentur. Reiiciens enim malos et retinens bonos verus accusator intelligitur. Qui vero contra facit, † et sit inpedi- [31] mento caeteris astu tegat, de hoc intelligitur, quod praevaricator existat. † Et bona accusatio cum causa laudantis iudicis orituris.

(§. 18.) *Post hunc statum rei publicae, quo nunc utimur*] Quinto est per decem annos, ex quo Sylla vicit, ex quo iudicat senatus.

Quam iste laudem] Vitat argumentum, quod in primo rhetoricorum reprehendit et *commune* appellavit.

Qui cum P. Galbam iudicem reiecisset] Bonum.

M. Lucretium retinuit] Malum scilicet. Sed tamen scire vos convenit hunc Lucretium a Cicerone esse reiectum: neque enim praesentem iudicem vituperare fas fuit.

Reiici passus esset] Ac per hoc reiecisset ipse.

(§. 19.) *Contra fidem meam nihil potuisset*] * * *

* * * Quia non sum aedilitate deiectus.

(§. 20.) *Deinde reliquis diebus*] Apparet multis diebus prima actione accusatum productis testibus Verrem.

---

magnopere, immo opinionem, vel potius fidem redempti Lugd. Hot. Man. Cren. — „Haec verba, *immo opinionem vel potius fidem*, in MS. desunt." GRAEV.

1. *fautorum*] *faucorum* Princ. — *fautorem* Cren.

2. *quod*] Sic scripsi. — Legebatur *quo*.

5. *cum*] om. Princ. Berald. Ald. Lod. Addendam esse hanc vocem primus viderat Melanchthon.

7. *verus*] Ald. et seqq. — *versus* Princ. — *versutus* Berald.

8. *et sit - - - tegat*] Sic corrupte Princ. et (*impedimento*) Ald. Man. — *ut sit impedimento caeteris astuque tegat* Berald. Lod. — *et ut sit impedimento caeteris, astu tegat* Lugd. (Malim *et ut sit impedimento caeteris, astute agit.*) — *ut sit impedimento caeteris, etsi rem astu tegat, facile tamen* Hot. Cren.

9. *Et bona - - orituris*] Locus corruptus sic legitur in Princ. — In Ald. pro *orituris* legitur divise *oritur is*, in Berald. et Lod. simpliciter *oritur*. — *et est bona accusatio cum causa laudandi iudices oritur* Graevii MS. — *Et est bona occasio cum causa laudantis* (*laudandi* Hot. Creo.) *iudices oratoris* Lugd. Hot. Man. Cren.

10. *rei publicae*] *Ro. Po.* Ald.

Ibid. *quo nunc*] *qui in hunc* Princ.

13. *quod in primo rhetoricorum*] Sic scripsi. — *quod ipm rhetoricorum* Princ. — *quod ipsum in libris rhetoricorum* Berald. — *quod ipse rhetoricorum* * Ald. — *quod ipse in libris rhetoricorum* Lod. Lugd. Man. — *quod ipse rhetoricorum primo* Hot. Cren. — Significari videtur locus de Invent. I. c. 18. §. 26.

16. *Lucretium a Cicerone*] *Lucretium Ciceronem* Princ. — *Lucretium retinuit, Ciceranem* Graevii MS.

19. *Contra fidem meam nihil potuisset*] Sic scripsi e Cicerone. — *Contra fidem meam nihil potuisse* Princ. Berald. Ald. Lod. — *contra honorem meum nihil posse debere* Lugd. Man. et (omisso *debere*) Hot. Cren. — Apparet locum mancum esse, et lemmati nostro interpretationem, interpretationi vero, quae sequitur, lemma deesse.

20. *Quia non sum*] *quod non sit* Graevii MS.

Ibid. *deiectus*] *ductus* Princ.

(§. 21.) *Non enim spolia C. Verris*] Ut quadruplator, qui de condemnati bonis ipse aliquid sumam.

Sed existimationem] Ut bonus civis.

Cum causa] Cui rei contrarium est *sine causa.*

Defensorem provinciae constitui et deligi] * * *

Ostendere] Subaudiendum est ad omnia *meum fuit.*

Abstulerit] Pro suo; habuerit persuasum sibi.

(§. 22.) *Quanto periculo venturi* [*simus*] *ad eos iud.*] Vult intelligi, metuendum esse senatui, ne equites Romani iudicent, quos non solum pro integris, sed etiam pro inimicis nobilitatis vult populus Romanus iudices esse.

(§. 23.) *A porta subito retraxisset*] Hoc comminiscitur Cicero, ut credamus veram fuisse secundam actionem, quae secundum veram gestorum fidem non dicta, sed scripta est.

Non sine causa] Corruptis iudicibus scilicet.

(§. 24.) *Nunc ne novo querimoniae genere*] Astutia Ciceronis
[52] haec fuit utendo testibus, ut nihil reliqui esset Hortensio, nisi ut eos interrogare posset. Dicendi autem facultatem nullam ei dedit nihil ipse dicendo. Etenim metuebat, ne, si locum dicendi invenisset Hortensius, brevitatem temporis longa oratione consumeret, ut secunda actio ad alios iudices, qui corrumpi possent, aliumque praetorem post Kal. Ian. perveniret, consulibus futuris se et Metello, fautoribus Verris. Haec

---

3. *existimationem*] *extimationem* Princ. Berald.

3—4 *Ut bonus civis. Cum causa*] Sic scripsi. — *ut bonarum civis cum causa* Princ. — *ut bonorum cuius cum causa* Berald. — *ut bonarum civium causa* Ald. — *Ut bonorum civium. Cum causo* Lod. — *Ut bonus civis existimarer. Cum causa* Lugd. Hot. Man. Cren.

5. *Defensorem provinciae constitui et deligi*] Lod. (Apud Ciceronem verba sic leguntur: *a tam illustri provincia defensorem constitui et deligi*) — *defens. provinciae const. et delegi* Princ. Berald. Ald. Huic quoque lemmati deest interpretatio; quare om Lugd. Hot. Man. Cren.

6. *Ostendere*] Hoc lemma erui ex sequentis scholii voce corrupta *ostenderit.* — *Reip. consulere* Lugd. Hot. Man. — om. ceteri.

Ibid. *Subaudiendum - - fuit*] om. Cren.

Ibid. *est*] Lugd. Hot. Man. — *et* Princ. Berald. Ald. — om. Lod.

7. *Abstulerit. Pro suo; habuerit persuasum sibi.*] Sic scripsi. — *Sustulere pro suo hobuerit persuasum sibi ostenderit* Princ. — *Sustulerit pro suo hab. pers. sibi ostenderit* Berald. — *Abstulerit*] *Pro suo hobuerit, persuasum sibi ostenderit* Ald. Lod. — *Abstulerit*] *Pro suo sustulerit, persuasum sibi habuerit, et crediderit* Lugd. Man. — *Abstulerit*] *Pro certo habuerit, persuasum sibi crediderit* Hot. Cren. — Locutione *persuasum mihi habeo* etiam boni scriptores usi sunt, certe Caesar B. G. III. 2, 5., ubi offendit Vossius.

8. *simus*] om. Princ. Berald.

Ibid. *ad eos iud.*] *adeo iud.* Princ. Berald.

11. *populus Romanus*] Lod. et seqq. — *pater* Princ. Berald. — *praetor* Ald.

12. *subito retraxisset*] *subito ad iudicium retraxisset* Lod. Lugd. Man. cum editt. Ciceronis.

16. *novo querimoniae genere*] Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *nova querimonia egere* Princ. Berald. — *novo querimoniae genere uti possit* Lod.

17. *reliqui esset*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *reliquisset* antiquiores.

19. *etenim*] Ald. et seqq. — *enim* Princ. Berald.

Ibid. *invenisset*] *invenisse* Princ.

20. *ad*] Lod. et seqq. — *apud* priores.

ita sunt, quemadmodum dicimus. Sed Cicero sic proponit querelam Hortensii, ut et iniusta et ridicula esse videatur; et est ordo: *Nunc ne novo querimoniae genere uti possit Hortensius: morem illi geram.*

(§. 25.) *Hic tu fortasse eris diligens*] Apostropha ad ipsum Hortensium, qua ostendit non posse se cogi uti oratione perpetua et omnibus horis suis, si nolit uti. Et mire *horis* dixit, cum dies sint plurimi, ut ostendat nimiam diligentiam, et eas horas dicentis dictione esse complendas. Veteres praeterea [horas] generaliter dicebant more Graecorum.

Quod mihi lex mea causa dedit] De commodo proprio licet unicuique detrahere, praesertim cum † eo de adversario nihil possit esse commune.

Ea re quidem] Ut quaestionem propositam infirmaret, causam propositionis affinxit, quae sibi solutionem propositi, quam volebat, afferret.

(§. 26.) *Adimo enim comperendinatum*] *Comperendinatum* pro *comperendinatione* posuit, et est sensus: Aufero vobis molestiam bis dicendi. Sed quid? dices utile esse bis dicere? Et mihi ego denego hanc utilitatem: in qua re cur me accuses, non habes. Aut enim comperendinatio propter me magis quam propter te est instituta, aut non magis propter te quam propter me. Si enim numerum dicendi consideres, ex aequo res est; si ordinem, ego sum prior. Nam si accu- [53] sator dixerit, respondet prima actione defensor: et rursum comperendinato iudicio dicit prior defensor, et defensionem tamquam duplicem in medio positam obruit ultimus accusator.

---

3. *ne*] *de* Berald. Ald.
Ibid. *possit*] Lod. et seqq. — *posset* priores.
4. *Apostropha*] *Apostrophe* Man.
6. *nolit*] *noluit* Princ. (Malim: *noluerit*. Os.)
7. *nimiam*] *miram* Graevii MS.
8. *dicentis dictione esse complendas. Veteres*] *dicentis dictionem esse. Veteres* Graevii MS.
Ibid. *horas*] om. Princ. Ald.
10. *dedit*] *det* Lod. cum editt. Ciceronis.
Ibid. *licet*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *dicere* Princ. Ber. — *licere* Ald. Lod.
11. *eo de*] Locus corruptus. Sic Princ. Berald. — *et de* Ald. — *de eo* Lod. — *inde* Lugd. Hot. Man. Cren.
12. *commune*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *incommodi* Lugd. Hot. Man. Cren.
14. *affinxit*] *effinxit* Graevii MS.
15. *afferret*] Post hanc vocem in Princ. Berald. Ald. Lod. leguntur, quae pertinent ad §. 27. *In hoc quidem genere causarum. Coniecturali scilicet.*
16. *Adimo enim comperendinatum. Comperendinatum pro*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *admodum enim comperendinatum pro* Princ. — *adimo enim comperendinatum. pro* Berald. Ald. Lod.
18. *Et*] *at* Lod.
19. *Aut enim*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *et enim* priores.
22. *res*] om. Cren.
Ibid. *prior*] Pr. Ber. Ald. Lod. — *prior et ultimus* Lugd. Hot. Man. Cren.
Ibid. *si*] Princ. Ber. Ald. Lod. — *simul* Hot. Man. Cren. — *simul ac* Lugd.
23. *respondet*] Sic, praeeunte Melanchthone, Lod. et seqq. — *responde* priores.
Ibid. *et*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ut* Princ. Berald. Ald. Lod.
24. *comperendinato*] *comperendinatio* Princ. Ald.

Glaucia primus tulit] Ante legem Glauciae de comperendinatione aut statim sententia dicebatur, si absolvendus esset reus, aut AMPLIUS pronunciabatur, si videretur esse damnandus, cum dixissent iudices NON LIQUET, hoc est, Obscura causa est. Itaque ea pars interposita dilatione dicebat, in cuius peroratione videbatur obscuritas. Comperendinatio vero utriusque partis recitatio est. Alii sic adnotant: Comperendinatio est secunda actio. Item: Comperendinatio est ab utrisque litigatoribus invicem sibi denunciatio in perendinum diem. Namque cum in rem aliquam agerent litigatores et poena se sacramenti peterent, poscebant iudicem, qui dabatur post trigesimum diem: quo dato deinde inter se comperendinum diem, ut ad iudicium venirent, denunciabant. Quo cum esset ventum, ante quam causa ageretur, quasi per indicem rem exponebant: quod ipsum dicebatur *causae coniectio*, quasi causae suae in breve coactio. Alii sic: Inter comperendinationem et ampliationem hoc interest, quod comperendinatio ex una tantum † repetitur, cum ante index non intelligeret. Et omnino, si videbatur iudicibus bona causa, absolvebant reum; si mala, non statim damnabant, sed hac excusatione parcebant. Nam cum condemnandi nota esset C litera, absolvendi A, ampliandi signum N. L. dabant, quod significabat, non liquere: unde ampliatio nascebatur.

Iudicari] Dici sententia absolutionis. Hoc significat id, quod sequitur.

Cito absolvi] Iudicari.

Tarde condemnari] Ampliari.

---

1. *Ante legem* cet.] Robortellus (Annot. p. 92.) hunc locum frustra sic restituere conatur: *Ante l. Gl. de comperendinatione statim s. dicebatur, si aut abs. esset reus, aut si videretur esse damnandus. Aut Amplius pronunciabatur, cum dixissent iud. N. L. h. e. Obsc. c. est. itaque ea p. prior int. dil. dic. in cuius oratione vid. obsc. Comp. autem utriusque partis est.*

Ibid. *Glauciae*] Sic scripsi. Legebatur *Glauciam*. „Leges non appellantur a cognominibus, sed a familiis. Itaque legendum puto *Glauciae* pro *Glauciam*: cuius leges omnes ab eius nomine *Serviliae* dictae sunt." MANUT. in ed. poster.

2. *sententia dicebatur*] *sequentia dicebantur* Berald.

3. *dixissent iudices*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *dixisset ius* Princ. Berald. Ald. — *dixisset iudex* Lod.

6. *recitatio est*] *recitationem* Princ.

10 *iudicem*] Lod. et seqq. — *indicem* Princ. Berald. Ald.

11. *se comperendinum*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *se in perendinum* Lugd. Hot. Man. — *se perendinum* Cren. — Cf. Gaii Inst. l. IV. §. 15. unde noster locus desumptus videtur. Pro *causae coniectio* apud Gaium est *causae collectio*.

13. *indicem rem exponebant*] *iudicem rem exponebat* Lod.

16. *repetitur cum ante*] Sic corrupte Princ. Berald. Ald. Lod. — *re dabatur cum causam* Lugd. Hot. Man. Cren. — „Nonnulli codd. Asconii habent *reo*, quod etiam ostendit, lacerum esse et mancum contextum." Robort. Annot. p. 95.

17. *si videbatur*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *suadebatur* Princ. — *si suadebatur* Berald. Ald. — *si persuadebatur* Lod.

Ibid. *reum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *eam* Princ. Ald. — *eum* Berald. Lod.

19. *esset C*] Lod. et seqq. — *esse. k.* Princ. Ald. *esset. th.* Berald.

Ibid. *absolvendi A*] *absolvendom* Princ. — *absolvendi* * Ald.

20. *N. L. dabant, quod significabat*] Lod. — *N. L. quod dabant quod significabat* Princ. Ald. — *N. L. quod significabat* Berald. — *NL. dabont, quo significabont* Lugd. Hot. Man. Cren.

24. *Tarde*] Lod. et seqq. — *tardo* priores.

Aciliam legem] Acilii Glabrionis, patris huiusce praetoris, de [54] quo etiam supra dixit; quae lex neque comperendinationem neque ampliationem habet.

Itn mittam in consilium] Id est, perorabo. Nam mittere indices in consilium est dimittere indices ad sententiam dicendam, ubi allegatis omnibus argumentis orator dixerit: Dixi.

(§. 27.) *In hoc quidem genere causarum*] Coniecturali scilicet.

Sestertiûm quadringenties] In Divinatione *millies* dixit. Sed cur ita variaverit fidem summae, iam in superioribus diximus.

(§. 28.) *Nomina sua exegisse*] Tituli debitorum *nomina* dicuntur, praesertim in iis debitis, in quibus hominum nomina scripta sunt, quibus pecuniae commodatae sunt. Cui rei contrarium est, mutuas accepisse. Ergo *nomina*, debita vel debitores.

Haec eadem se audisse dicerent] Apud antiquos et de auditione testimonium dicebatur.

(§. 29.) *Ut in testibus interrogandis*] Tenere debemus, interrogationes testium et accusatoris et defensoris esse, et eius, qui producit, et eius, contra quem producuntur.

Sed etiam populus Romanus] Qui circum subsellia coronam fecit.

(§. 30.) *Interposuistis accusatorem*] Qui iste sit accusator, vel quem accuset, in priore libro iam notavimus. Quod autem dicit, *Menses mihi tres cum eripuissetis*, hoc dicit, Centum et X. dies inquirendi in Sicilia postulavi. Consequens erat, ut etiam, si quinquagesimo die redissem, ut redii, statim accusarem. Quod ne possem facere, interposuistis accusatorem quendam cuiusdam ex Achaia rei, qui sibi C. et VIII. peteret: et ita factum est, ut quamvis ego festinato redierim, ille adhuc proficiscatur, non potuerim tamen agere, donec

---

1. *Acilii*] *acili* Princ.

2. *quae lex*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *de quo quae lex* Princ. Ald. — *de quoque * lex* Berald. Lod. — Sententiam sic corrigit Robortelius (Annot. p. 93): *Quae lex compereudinationem habet.*

4. *comp. neque ampliationem habet. Ita mittam in consilium*] Sic scripsi. — *comp. ampliotianem habitam et consilium* Princ. Berald. — *comp. ampliotionem. * Mittom in consilium* Ald — *comp. ompliationem habitam. Mittom in consilium* Lod. — *comp. neque ampl. habet. Mittam in consilium* Lugd. Hot. Man. Cren. 5. *dimittere*] *demittere* Princ. Ald.

10. *dicuntur*] *dicantur* Princ. Ald. 11. *iis*] *his* Lod.

12. *cammadotne*] *mutuoe datae* Lugd. Man.

13. *debitores*] *debitoris* Princ.

17. *esse*] om. Berald. Lod. 20. *Qui*] *quis* Berald. Lugd.

22. *eripuissetis*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *eripuisset* antiquiores.

Ibid. *Centum et X.*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *C autem et X* Princ. Berald. Ald. Lod.

23. *si*] om. Princ. Berald. Ald. Lod.

24. *Quod ne possem*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *quod passim* antiquiores.

25. *cuiusdam*] *eiusdem* Man. Ibid. *rei*] *res* Princ.

26. *peteret et ita*] Pr. Ber. Ald. Lod. — *peteret. ita* Lugd. Hot. Man. Cren.

27. *festinato redierim*] Ald. Lod. consentiente Melanchthone. — *festinatore dierum* Princ. — *festinator dierum* Berald. — *festinato redussem* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *proficiscatur*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *proficisceretur* Lugd. Hot Man. Cren.

complerentur illo absente C. et VIII. dies. Sic enim erat a praetore [55] legibus ordinatum, ut, si intra centum et octo dies ille inquisitor Achaicus advenisset, priore loco ageret. Ita factum est, ut prope tres menses sine ludorum impedimento ad agendum appositos sine causa Tullius amisisset adversariorum dolo. Centum enim et octo dies plus quam tres menses sunt.

Ut cum horis nostris usi] *Horis nostris*, XX. diebus scilicet. Hi enim dabantur ad accusandum legitimi totidemque defensori ad respondendum.

(§. 31.) *Ne quem nemo priore actione defendere ausus esset*] Testes tabulaeque facti dari solent; itaque ab accusatore dantur. Non facti non dantur testes: ergo nihil prosunt a parte defensoris. Quid ergo facit pro defensore? Oratio scilicet: cuius potestatem Hortensius non habuit tacente accusatore. Non ergo defendere Verrem non ausus est, sed quia non poterat ut volebat, in totum praetermisit Hortensius.

Si, quam diem isti, qui istum eripiendum redemerunt] Fingit Tullius pervenisse se ad pactionem eorum, qui in se susceperant procurationem corrumpendorum iudicum et liberandi Verris, quos ita in cavendo scripsisse dicit, pro eo se promittere corrupturos esse indicium, si post Kal. Ianuar. de Verre iudicarent. Quam ego essem stultus, inquit, si, quam diem illi in promittendo elegerant, ego in accusando non effugissem, praesertim cum possem effugere, si imprudens non essem!

(§. 32.) *Nunc mihi temporis eius, quod mihi ad dicendum datur*] Alii ferunt hoc dies XX., alii pauciores, alii plures.

Aut ex isto, quem sui simillimum produxit] Reprehendunt homines stultissimi Tullium, quod in filio Verris innoxiam laedat aeta-

---

5. *amisisset*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *amiserit* Lugd. Hot. Man. Cren.

7. *horis nostris usi. Horis nostris, XX.*] Princ. Berald. Ald. — *horis nostris usi*] *Horis XX.* Lod. — *horis nostris*] *XX.* Lugd. Hot. Man. Cren.

10. *Ne quem*] *Neque* Princ. Berald.

Ibid. *priore*] Princ. Berald. Ald. — *prima* Lod. et seqq. cum edd. Ciceronis.

14. *Non — non*] „Opinor, *non* superiore loco haud esse germanae scriptionis." MELANCHTHON. Immo recte se habet. Sensus hic est: Non propter metum a defensione Verris abstinuit Hortensius, sed cet.

15. *sed*] add. Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *praetermisit*] *praetermissit* Princ. Berald.

16. *isti*] Princ. Berald. Lod. — om. ceteri cum editt. Ciceronis.

20. *iudicarent. Quam ego essem*] Princ. Berald. — *iudicarent. Eam ego*] *Essem* Ald. Lod. — *iudicarent. In eam diem ego*] *Essem* Lugd. Man. — *iudicarent. In eam diem*] *Quam ego essem* Hot. Cren.

22. *effugissem*] Princ. Berald. Hot. Cren. — *refugissem* Ald. Lod. Lugd. Man.

25. *ferunt*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *fecerunt* Lugd. Hot. Man. Cren. — „Hic laborat constructio. Fortasse scripserat Asconius: *aliis dederunt dies XX. aliis pauciores, aliis plures.*" SCHUETZ.

Ibid. *hoc*] om. Graevii MS.

26. *ex isto*] *ex eo* editt. Ciceronis.

Ibid. *Reprehendunt*] *reprehenderunt* Graevii MS.

27. *innoxiam laedat aetatem*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *innoxiam laedat: ac tamen* Princ. Ald. — *innocentiam laedat, ac tamen* Berald. Lod.

tem, ignorantes illum accusatoria arte providere, ne in epilogis productus ab Hortensio conciliet misericordiam iudicum patri.

(§. 33.) *Lenonum, aleatorum, perductorum*] Lenones sunt scortorum, perductores etiam invitarum personarum et in quibus stupra [56] exercita legibus vindicantur.

(§. 34.) *Quaestor Cn. Papirio consule fuisti*] Uno nomine Cn. Papirii Carbonis et tempus criminis significavit et crimen. Legitur tamen et *consuli* . . . .

Obtigit tibi consularis] *Provincia* subauditur.

Dissensio civium] Leviter dixit bellum civile gravissimum Syllae cum Marianis.

Quid sentire debueris] Cum quibus facere.

Ac sorte] Potuisti enim et debuisti, si nolles, repudiare illam sortem, aut susceptam tueri.

Pecunia attributa] Quae in stipendium militum de aerario a tribunis aerariis adnumerari quaestori solet. Ergo Verri adnumerari intelligitur.

(§. 35.) *Voluntatis illorum*] Syllanorum scilicet.

Compilarit] Pilos pervellerit, sic fraudaverit furto, ut ne pilos quidem in corpore spoliatis reliquerit.

Ad nobilitatem, hoc est, ad suos] Totum hoc per ironiam dicit in . . . .

(§. 36.) *Accepi, inquit*] Referri ad aerarium ratio solet pecuniae publicae a quaestoribus. Verres igitur retulit. Sed Tullius hoc reprehendit: primo, falsam hanc relationem brevem esse; deinde, idcirco

---

2. *productus*] Lod. et seqq. — *productis* priores.

Ibid. *conciliet*] *consiliet* Princ.

3. *perductorum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *producturum* Princ. — *productorum* Berald. Ald. Lod.

4. *perductores*] Melanchthonis conj. Lugd. Hot. Man. Cren. — *productores* priores cum Graevii MS. „Facilis mutatio, quam Lambinus etiam focum fecit, ut passim in Tullio daret *productorum*. Gruterus ex MSis et edd. locum restituit. Ita in MSo Ascenii Graeviano error manifestus." GARAT.

6. *Quaestor*] *quaestore* Princ. Berald.

Ibid. *consule*] Hot. Cren. — *Cos.* Princ. Berald. Ald. Lod. — *consuli* Lugd. Man. — Eadem varietas est in Ciceronis editt. ubi vid. Zumptius.

8. *consuli*] *consule* Lugd. Man. — Lacunam, quae post hoc voc. est in Princ., neglexerunt Ald. et seqq.

13. *Ac sorte*] Lod. et seqq. — *hac sorte* priores.

16. *a tribunis*] Lod. et seqq. — *de tribunis* antiquiores.

Ibid. *adnumerari*] *adnumerata* Hot. Cren.

18. *Voluntatis illorum*] Princ. Berald. Ald. cum Graevii MS. — *Voluntatis eorum* Lod. — *Voluntatis assensionisque eorum* Lugd. Hot. Man. Cren. cum quibusdam editt. Ciceronis. — *voluntatis dissensionisque eorum* codd. Ciceronis et Zumptius.

19. *Compilarit*] *compilaret* Princ.

Ibid. *Pilos*] *pilis* Princ. Berald.

22. *dicit in* *] Princ. Berald. Ald. — *dicitur* Lod. Lugd. Man. — *dicitur in Verrem et Verris defensores* Hot. Cren.

23. *Accepi*] *accipit* Princ. — *occoepit* Berald.

25. *relationem brevem*] Princ. Berald. Ald. — *relationem et brevem* Lod. — *brevem relationem* Lugd. Hot. Man. Cren.

acceptam, quia proditor Carbonis favorem sibi apud Syllam comparaverat. Nam paucis verbis quid acceperat, quid reliquerat, dixit.

Dedi stipendio, frumento, legatis] Haec omnia nomina sunt erogationum, quibus aut stipendium militibus dedisse se dicit Verres, aut frumentum coëmisse in annonam exercitus, aut legatis aut proquaestori in sumptum † alimenta de publico daut.

Pro quaestore] Id est, pro officio quaestorio. Significat autem quaestoris annonas. Sibi imputat pecunias publicas datas Verres. *Accepi*, inquit, *vicies ducenta triginta quinque millia quadringentos decem et septem nummos.*

[37] *Cohorti praetoriae*] Comitibus consularibus. Veteres enim omnem magistratum, cui pareret exercitus, *praetorem* appellaverunt: unde et *praetorium* tabernaculum eius, et in castris *porta praetoria*, et hodie quoque *praefectus praetorio.*

Reliqui Arimini sexcenta millia] Haec summa cum ratione consentit.

Hoc modo aut tu, Hortensi, aut ego] Ambo enim [quaestores] fuerunt. * Verisimile est, tantae pecuniae rationem duobus versiculis confici potuisse?

Oppidum sibi elegit Ariminum] Hoc oppidum Albinovanus Syllae prodiderat dux ipse Marianus.

(§. 37.) *Recita denuo. P. Lentulo, L. Triario quaestoribus*] Hoc est caput lectionis relatarum a Verre rationum ad aerarium totius quaesturae eius.

Non ut honos et dignitas] Pro nobilitate pugnante Sylla contra Marianos, hac eadem causa † sed ut esset transfugio, aiebat Verres, ut dignitas et salus nobilitati restitueretur.

Idem fecisses, quod anno post M. Piso] Exemplo urget Verrem, ut ostendat, quid facere potuisset, nisi furtum pararet.

---

5. *legatis aut proq.*] Princ. Berald. Lod. — *legatis et proq.* ceteri.

6. *sumptum alimenta de publico dant*] Sic corrupte Princ. Berald. Ald. Lod. — *sumptum dedisse: eis enim alimenta de publico dabantur* Lugd. Hot. Man. Cren.

7—10. Hoc scholion postpositum erat proximo ante Hotomanum.

7. *Pro quaestore*] *Pro Quaestori* Cren.

Ibid. *Id est*] om. Lod.

8. *quaestoris*] *quae pastoris* Princ.

9. *vicies*] Lod et seqq. — *bis* antiquiores.

11. *Veteres*] *verres* Princ.

13. *eius, et*] *eius dicitur, et* Ald. et seqq.

14. *praefectus*] *profectus* Princ.

15. *Reliqui Arimini*] *reliqua criminis* Princ. — *reliqui crimini* Berald.

Ibid. *sexcenta*] HS *sexcenta* editt. Ciceronis.

17. *aut tu, Hortensi, aut ego*] *aut ego aut tu Hortensi* Lod. cum editt. Ciceronis.

Ibid. *quaestores*] add. Lod. et seqq.

18 *fuerunt. Verisimile*] Princ. Berald. Ald. Lod. manca. — *fuerant. Quae ne falso quidem potuit.*] *Non enim verisimile* Lugd. Hot. Man. Cren.

20. *elegit*] *eligit* Cren.

26. *hac eadem causa*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *hac enim de causa* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *sed ut esset transfugio*] Sic corrupte Princ. Berald. Ald. Lod. — *se transfugisse* Lugd. Hot. Man. Cren. — An: *se usum esse transfugio?*

(§. 38.) *Beneventi esse iussit*] Beneventani plerique Syllani erant.

(§. 39.) *Non modo existit*] Emergit, exoritur, exsurgit.

(§. 41.) *Malleolo occiso*] Oratorie pro mortuo occisum dixit.

Quae in ipso valebant crimina] Apertius hoc postea dicturus est Tullius. Etenim accusator Dolabellae, volens indice Verre uti contra Dolabellam, librum criminum communium Verris et Dolabellae Verri ostendit, et promisit haec se crimina non obiecturum, si sibi Verres et † proditionem Dolabellae proderet et testimonium adversus eum diceret. Qua re Verres Dolabellam, cui legatus et pro quaestore fuerat, oppugnare compulsus est. *Inimicos* autem *accusatoresque* Dolabellae Caesarem dicit. Nam Scaurus Dolabellam alium accusavit, [56] nec damnare potuit.

Miser cum esset] Miserum pro innocente Tullius ponit. Sic alibi:

---

1. *Beneventani*] *beneuenetani* Princ. Berald.

2. *Non modo existit*] Princ. Berald. Ald. Lugd. — *Non modo non existit* Lod. et seqq. cum editt. Ciceronis. — „Verum certe existit et oritur, antequam opprimit: perversa est igitur sententia; ne quis enim *existit* putet esse *adparet*, primum ita dici hoc quidem loco *existit* vix potest; deinde inanis est sententia, occulta non adparere; postremo propter *verum etiam* haec dici absolute non possunt, sed ad *antequam* pertinent. Legendum igitur coniceceram *non modo existit*; eamque lectionem reperi postea in ed. I. Asconii [et Berald.] et Aldina." MADV. Conf. adnotationem Zumptii, qui alterum *non* suo Marte delevit, nescius hanc lectionem ab interprete nostro firmari.

3. *Malleolo occiso*] Huic lemmati in Princ. Berald. Ald. Lod. subiecta sunt verba *Suspicioso - - - factus est Verres*, quae nos cum Lugd. Hot. Man. Cren. restituimus quo pertinent, scil. ad §. 90. pag. 69. Hot. Contra ex illo loco huc cum iisdem reduximus verba *Oratorie p. m. occ. dixit.* Rem apertissimam haud perspexit Graevius, qui haec adnotavit: „MS. *Suspicioso occiso verbo usus est. Nam non insistit, ut improbet a Verre occisum esse, sed ita vult videri, quia Verri mors eius lucro fuit. Alteram tutelae filii Metelli tutor factus est.* Ultima quidem verba sunt corrupta et in principio legendum, *Suspicioso verbo* occiso *usus est*, aut *occiso* delendum et reponendum inter contextus verba, quae explicantur, ubi in MS. desiderabatur; deinde pro *improbet* scribendum *probet*; nullus tamen dubito, quin haec verba sint Asconii, in aliis libris male omissa." Graevium suumque ingenium secutus Schützius totum scholion sic exhibuit: *Malleolo occiso*] *Oratorie pro mortuo occisum dixit. Suspicioso verbo* occiso *usus est; nam non insistit, ut probet a Verre occisum esse, sed ita vult videri, quia Verri mors eius lucro fuit, propter* eam quam Cicero dicit hereditatem, *alteram quaestoriae procurationis alteram tutelae, quia filii Metelli tutor factus est.*

4. *in ipso*] Princ. Berald. Ald. — *in ipsum* Lod. — *in istum* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *hoc postea*] om. Berald.

Ibid. *dicturus*] *dicturos* Princ.

8. *proditionem*] Sic mendose Princ. Berald. Ald. Lod. — *causam omnem* Lugd. Hot. Man. Cren.

9. *pro quaestore*] *proquaestor* Man.

10. *Inimicos autem* cet.] „Utrumque falsum: Alius enim est Dolabella, quem Caesar accusavit: et iam supra ad Divinationem cap. 7. [p. 110. l. 3. ubi vid. Mammius.] Asconius utrumque confodit. Hunc Dolabellam autem Ciliciae praetorem a M. Scauro accusatum esse diserte dicit Cicero Act. I. in Verr. c. 39. ad quem locum ipsis illis, quae Asconius paullo ante de accusatore Dolabellae narravit, respicitur, ut vix credam ista verba *inimicos - potuit* Asconii esse." SCHUETZ.

13. *Miserum pro innocente*] „Hoc ineptissimum est. *Miser* dicitur Dolabella, quod damnatus est repetundarum neque in altero loco Ciceronis *miser* innocentem significat." SCH. Ibid. *Sic alibi*] Catil. II. c. 7. §. 14.

Et erunt, qui illum, si hoc fecerit, non improbum, sed miserum, me non diligentissimum consulem, sed crudelissimum tyrannum existimari velint.

(§. 43.) *Ex communi calamitate*] Ex Syllanis temporibus scilicet: † ne diceret de Sylla, clausit ut diceret: Sylla mihi iussit, Sylla hoc fecit.

Circumscripto] Sublato, circumducto ac praetermisso. Alias decepto significat.

(§. 44.) *Postquam Cn. Dolabellae*] *Ἀνακεφαλαίωσις* de Dolabella. Nam supra de eius damnatione dicebat.

(§. 45.) *Est mihi alius locus*] De signis scilicet. An peculatus, si hinc evaserit Verres?

Aestimatum] Imposito pretio exactum secundum legem repetundarum.

(§. 46.) *Ita magni fluctus eiiciebantur*] Extra fines littoris exibant.

(§. 48.) *Temporibus exactis*] Mensibus exactis.

Sacra putatur] Virgilius:

Sacra mari colitur medio.

Elegerunt potius *sacra* dicere quam id, quod in consuetudine est, *sacrata.*

Ut ne Persae quidem] Cyro, Dario, Xerxe duce.

Dis hominibusque] Quia non solum hostes erant, utpote barbari, verum etiam more gentis suae nulla dis in terris templa condenda esse credebant, praesertim cum uni Soli, quem venerarentur, vix mundus ipse sufficeret. Erant ergo et aedium sacrarum et simulacrorum eversores.

---

3. *diligentissimum consulem, sed crudelissimum tyrannum existimari velint*] Lod. et seqq. — *diligentissimum c. s. c. r.* antiquiores.

5. *scilicet: ne diceret - - - iussit*] Locus corruptus. — *scilicet. Defensionem de Sylla exclusit, ne liceret illi dicere, Sylla mihi iussit* Hot. Cren. „Sic restitui, quum in antiquo ita scriptum esset, *Ne diceret de Sylla clausit ut diceret Sylla m. i.*" HOT.

9. *Postquam*] Princ. Berald. Ald. — *Posteaquam* Lod. et seqq. cum editt. Ciceronis.

Ibid. *ἀνακεφαλαίωσις*] Lod. et seqq. — *αναxεφαλ . . . . . .* Princ. — om. Berald. — *ἀνακεφάλωσις* Ald.

10. *eius damnatione*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *eiusdem natione* Princ. Berald. Ald. — *eiusdem damnatione* Lod.

11. *mihi alius*] Princ. Berald. Ald. — *alius mihi* Lod. et seqq. cum editt. Ciceronis.

18. *Virgilius*] *Sic Virgilius* Hot. Cren. et seqq. — om. priores. — Locus est Aen. III. 73

22. *Persae*] *per se* Princ.

Ibid. *quidem. Cyro, Dario, Xerxe duce*] Princ. Berald. — *quidem*] *Cum Dario Xerxeque duce* Ald. Lugd. Man. — *quidem*] *Cyro, Dario Xerxeque duce* Lod. Hot. Cren.

23. *Dis*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Diis* Lugd. Hot. Man. Cren. cum editt. Ciceronis.

24. *dis*] Princ. Ald. — *diis* ceteri.

27. *simul. eversores*] *simul. euersorum. euersores* Princ.

(§. 49.) *Equos, munera*] Quaerendum, cur equos a caeteris muneribus separavit. An, quia Asiani magno pretio aestimant equos?

Quem quondam in comitio vidistis] Licebat enim mutua haec signa deportare Romam aedilibus ad ornatum ludorum et rursum sociis [59] reportare. Nec hoc crimen distulit in orationem, quae est de signis, quia specialiter crimen et breve est, nec habet quod adiici possit.

(§. 50.) *Iunonis Samiae*] Hinc Virgilius:

Posthabita coluisse Samo.

Non ad praetorem, sed Romam deferri oportere] Atqui legimus de Oppio et de Procilio non apud populum depositas querelas, sed apud eos, sub quibus agebant aut quaesturam aut legationem. Legatus autem Verres non Neronis, sed Dolabellae erat.

Cum obsignandi gratia venissem] Moris fuit, ut accusator obsignaret domum et clausa omnia eius, quem accusaturus erat, ne qua furtorum iudicia aut in vasis aut in signis aut in literis constituta ab eo removerentur.

(§. 51.) *Ad omnes columnas*] Locus *antecolumnium* dicitur.

In silva] In viridario.

Sub dio] Id est, sub coelo. Coelum Graeci *τὸν Δία* dicunt, sed ita declinatur: *Hoc dium, huius dii, huic dio, hoc dium, o dium, ab hoc dio.*

Quamdiu alium praetorem] Metellum scilicet, cum iudicibus, quos in horum locum, quemadmodum supra dixit, subsortiturum se Verres esse credebat.

Nostris testibus quam horis] Usus est enim prima actione Cicero

---

1. *Equos, munera*] Princ. Berald. Ald. — *Equos muneraque* Lod. et seqq. cum editt. Ciceronis.

3. *quondam*] *quendam* Princ.

Ibid. *mutua*] Lod. et seqq. — *muta* Princ. Berald. — *multa* Ald.

4. *deportare*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *reportare* Pr. Ber. Ald. — *portare* Lod.

7. *Virgilius*] Aen. I. 16.

9. *Atqui*] Ald. et seqq. — *atque* Princ. Berald.

10. *Procilio*] *Porcilio* Berald. Lod.

Ibid. *non apud populum depositas querelas*] Sic scripsi. — *apud oppium depositasque sellas* Princ. Berald. Ald. — *apud Oppium depositas sellas* Lod. — *non apud populum Romanum depositas esse querelas* Lugd. Hot. Man. Cren.

17. *Locus antecolumnium dicitur*] Sic scripsi. — *locus ante locum non dicitur* Princ. Berald. Ald. Lod. — *Locus intercolumnium dicitur* Lugd. Hot. Man. Cren. — „Tullius apud omnes columnas et in omnibus intercolumniis statuas dicit positas: quod earum indicat multitudinem, neque Asconio videtur animadversum." GARAT.

19. *Sub dio*] Apud Ciceronem scribitur *sub divo*.

Ibid. *τὸν Δία*] om. Berald.

20. *hoc dium, huius*] Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *hoc huius* Princ. — *hic dius huius* Berald. Lod.

Ibid. *huic dio*] *huic di* Princ.

21. *hoc dium, o dium, ab*] Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *hoc dumodum ab* Princ. — *hunc dium ab* Berald. Lod.

22. *cum iudicibus*] *cum iis iudicibus* Lod.

23. *quos*] *quorum* Princ.

25. *testibus quam*] *testibus nos quam* Lod. cum editt. Ciceronis.

Ibid. *horis*] *horis tuis* Lugd. Man. cum editt. Ciceronis. Sed pronomen in suo codice non legisse Pseudo-Asconium apparet ex eius interpretatione.

magis testibus suis quam horis, id est, temporibus sibi ad dicendum lege datis.

(§. 52.) *Quaesitorem*] Dicitur et *quaestorem*. Si *quaesitorem*, illum ipsum Glabrionem, cuius est, ut sociis omnia rapta reddantur; si *quaestorem*, [eum,] ad quem redigantur proscripti bona et a quo sociis adnumerantur. *Sectorem* autem dicit aestimatorem redemptoremque bonorum damnati atque proscripti, qui spem sectans lucri sui,
[60] id est, secutus spem aestimationis suae, bona omnia auctione vendit, et semel infert pecuniam vel aerario vel sociis. Contra hos igitur iam pugnat Verres, inquit, iis subtrahens omnia signa, non contra me, qui illum, etiam subtractis signis, testimoniis tamen possum convincere.

Trierarchus] Navi trieri praepositus. Trieris ternos remorum ordines habet. Ita et biremis et quadriremis et deinceps dicuntur.

(§. 53.) *Quem omnia intus canere dicebant*] Cum canunt ci-

---

1. *magis*] *non magis* Graevii MS.

Ibid. *quam horis, id est, temporibus sibi*] Schütz. — *quam temporibus id est sibi* priores.

3. *Dicitur*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Legitur* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *Si quaesitorem*] Lod. Lugd. Hot. Man. — *si quaestorem* ceteri.

4. *cuius est*] Princ. Berald. — *cuius cura est* Ald. et seqq.

Ibid. *sociis*] *socii* Princ. Berald.

5. *quaestorem*] *quaestiorem* Princ.

Ibid. *eum*] om. Princ. Berald. Ald. Lod.

Ibid. *proscripti bona*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *pecuniae ex proscripti bonis* Lugd. Hot. Man. Cren.

7. *sectans*] *sectatus* Man. — *spectans* Cren.

8. *auctione vendit*] *re auctione vendit* Princ. — *rei auctione vendit* Lod. — „Mendum videtur. Emit enim publice in auctione sector bona omnia uno pretio: vendit postea privatim res singulas suo commodo. sed et aliter loquitur Asconius paucis paginis interiectis. Quare aut *vendita redimit*, aut *auctione una redimit*, legendum rroseo." HOT. — „MS. *et auctione.* Leg. *ex auctione.* GRAEV. Ita fortasse loco, ut Hot. vidit, mendoso succurritur. Nam sector bona in auctione redimebat, lucrumque singulis rebus postea vendendis faciebat. Hotom. emendabat, *vendita redimit*, aut, *una redimit*, bina ex uno verbo *vendit* eliciens. Sed vide, an ferri possit *bona omnia ex auctione* (nimirum emta) *vendit*. Lege statim *vel aerario* ex prioribus edd. [*ex aerario* Graev.] *Semel* fortasse una peusione significat; mallem tamen *simul:* tum illa, *id est secutus* cet., spuria censeo. Vide Ascooium infra [p. 63. Hot.] ad c. 25." GARAT. — Fort. *auctione revendit*.

10. *inquit, iis*] Sic scripsi. — *in quibus* Princ. Berald. Ald. Lod. — *inquit Tullius* ceteri.

Ibid. *subtrahens*] *subtraxit* Lod.

11. *me*] Lod. et seqq. — *se* priores.

Ibid. *tamen*] *tantum* Berald.

13. *Trierarchus*] *Tricarchus* Princ.

Ibid. *Navi trieri*] Princ. Ald. — *Navi triremi* ceteri.

Ibid. *Trieris ternos*] Graevii MS. — *trierifernos* Princ. — *Triremis ternos* ceteri — „MS. *trieris.* recte. hoc enim ostendit, unde trierarchus dicatur." GRAEV.

14. *quadriremis*] *quatrieris* Graevii MS. „Hoc vero Graecum non est, ut supra (sic enim scribi debuit) *trieris*, τριήρης, ut etiam διήρης. Ergo in Asconio nihil muto, qui Latine loquitur, eiusque proprias sermonis voces affert, quarum nulla est de Graecis origo, ut recte Vossius docuit in Etymol. quamquam Charidemus trierarchus, quippe Graecus homo, Graecaeque navis praefectus appelletur." GARAT.

15. *Quem*] *Quae* Princ. Berald.

tharistae, utriusque manus funguntur officio. Dextra plectro utitur, et hoc est *foris canere;* sinistrae digitis chordas carpunt, et hoc est *intus canere.* Difficile autem, quod Aspendius citharista faciebat, ut non uteretur cantu utraque manu, sed omnia, id est, universam cantionem intus et sinistra tantum manu complecteretur. Unde omnes, quotquot fures erant, a Graecis Aspendii citharistae in proverbio dicebantur, quod, ut ille carminis, ita isti furturum occultatores erant. Valet hoc proverbium et in eos, qui multum intestinis suis commodis consulunt praeter honestatem.

Artificio superasse] Ut interius positus esset, qui intus cantare consueverat.

(§. 54.) *Pergae fanum antiquum*] Apparet oppidum *Pergen* vocari; cuius nominativus casus *Perge* est; ergo adverbium loci *Pergae*. *Fanum*, religiosissimum templum, unde fata petuntur.

(§. 55.) *Quid de L. Scipione*] De quo cum senatus ambigeret, utrum idoneus esset, qui in Asiam contra Antiochum mitteretur, P. Scipio Africanus, frater eius, legatum se ei obtulit ad id bellum gerendum et victoriam reportavit.

Quid de L. Mummio] Legatorum populi Romani violatorum causa bellum adversus Corinthum, Graecam urbem, gessit populus Romanus eamque delevit duce Mummio. Cur autem Graecorum triumphorum ponit exempla? Quia de siguis loquitur, quorum copia apud [61] Graecos est constituta.

(§. 56.) *Omnes erant eiusmodi*] Boni scilicet.

P. Servilius] Bona occasio promerendi iudicis cum obtestatione coniuncta. Hic enim bellum in Cilicia gessit deque ea triumphavit capta Coryco, Olympo, Phaselide, tribus magnis eius terrae urbibus.

---

1. *utriusque*] *utraeque* Ber. Lod. 2. *est*] oto. Princ. Berald.

2. *sinistrae dig. c. carpunt*] Sic scripsi. — *sinistra dig. c. carpunt* Princ. Ald. — *sinistra dig. c. carpit* ceteri.

4. *utraque*] *uoraque* Princ.

Ibid. *universam*] Lugd. Hot. Man. Creo. — *ueram* Princ. Berald. Ald. — *totam* Lod. 6. *fures*] *fores* Princ.

7. *ut ille carminis*] Lugd. Hot. Man. Creo. — *ut criminis* Princ. Berald. Ald. — *ut hi carminis* Lod.

10. *qui intus*] *quintus* Princ.

12. *Pergae*] Lod. et seqq. — *Perge* Princ. Berald. Ald.

Ibid. *antiquum*] Princ. Berald. — *antiquissimum* Ald. et seqq. cum editt. Ciceronis.

Ibid. *Pergen*] Princ. Ald. — *Pergan* Berald. Lod. — *Pergam* Lugd. Hot. Man. Creo. 13. *Perge*] Sic scripsi. Legebatur *Perga*.

Ibid. *Pergae*] Lod. et seqq. — *perge* Princ. Berald. Ald.

14. *Fanum, relig.*] *Fanum sanctissimum*] *Relig.* Lod. cum editt. Ciceronis.

19. *Mummio*] Lod. et seqq. — *Memmio* priores. Sic statim.

21. *eiusmodi*] *huiusmodi* editt. Ciceronis.

25. *occasio promerendi*] Lod. et seqq. — *occasione promendi* Princ. Berald. — *occasione praemendi* Ald.

26. *Cilicia*] Ald. Lod. Lugd. Hot. Man. cum Graevii MS. — *siciliam* Princ. — *Sicilia* Berald. Creo.

27. *capta*] Princ. Berald. Ald. — *captis* Lod. et seqq.

Ibid. *Olympo, Phaselide*] Lod. — *olimpo fasilide de* Princ. — *olympo, Fasilide de* Berald. — *Olyntho, Fasilide, de* Ald. — *Olympo, Fasylide* Lugd.

Legatus quaestorius] Legatum ex quaestore agens.

(§. 57.) *Per triumphum vexit*] Ferculis enim signa ante triumphantem vehi per pompam solebant.

Ad aerarium perscribenda] Haec fuit veterum diligentia, ut, quod quisque de subiugata provincia per triumphum apportavisset, perscriptum in tabulis in aerario reponendis conservaretur.

Figuram, statum] *Status* est circa gestum situmque membrorum; *figura* circa ornatum et habitum vestis, insignium et armorum.

Certe maior est] Non video, quid apportet hic sensus. Nihil enim mirum, diligentiorem esse Servilium quam Verrem, si ita est: nisi forte quod ait, *certe maior est*, sic accipiamus quasi dicat *vere maior est*, et quod subiunxit argumentum sit, virtutis quam voluptatis maiorem esse fructum.

(§. 58.) *Dices tua quoque signa*] Oratoria plasi hanc sibi obiecit quaestionem, quae genus confessionis in se habet. Nam aedili atque praetori Hortensio et item Metellis rapta ex provinciis signa ad ornandum forum et comitium commodaverat Verres. Olim enim cum in foro ludi populo darentur signis ac tabulis pictis partim ab amicis, partim e Graecia commodatis, utebantur ad scenae speciem, quia adhuc theatra non fuerant.

Comitium] Locus propter senatum, quo coire equitibus Romanis et populo Romano licet.

Qui se iudiciorum dominos] Hortensium caeterosque nobiles.

[62] (§. 59.) *Ex Asia atque Achaia*] Unde fuerant ista signa per furtum sublata: nam solebant magistratibus commodari reddenda.

Mao. — *Olympo*, *Phasylide* Hot. — *Olympo*, *Phaselide* Cren. — „*Olympo*] Sic legendum, non, ut ante, *Olyntho* ex Agraria prima ad populum, praeterea Strabone, Ptolemaeo, Eutropio *et* Salustii historiarum libro primo apud Priscianum." MANUT. — „*Olympo*] Manutii. Vetus *Olyntho*." HOT.

1. *Legatum*] Lod. et seqq. — *legatus* priores.
2. *Ferculis*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Herculis* antiquiores.
4. *perscribenda*] *praescribenda* Ald. Hot.
6. *apportavisset perscr.*] *apportavisset: et per scr.* Princ.
7—8. *Status - - - figura*] Lugd. Man — *figura - - - statum* Princ. Berald. Ald. — *figura - - - status* Lod. Hot. Cren.
7. *gestum situmque membrorum*] *fictum gestumque fabrorum* Graevii MS.
9. *Certe maior*] *Certe non maior* Princ. Berald.

Ibid. *est*] om. Ald.

Ibid. *quid apportet*] Lugd. Hot. Mso. Creo. — *quod oportet* Princ. — *quid oportet* Ald. — *quid velit* Berald. Lod.

11. *certe maior est*] Lod. et seqq. — *certe maioris* Princ. Berald. — *certe maior is* Ald.
12. *vere maior est*] Lugd. Hot. Creo. — *Verrem maiorem* Prioc. Berald. Ald. Lod. — *Verre maior est* Mao.

Ibid. *sit*, *virtutis*] Lugd. Hot. Mao. Cren. — *virtutis* (om. *sit.*) Lod. — *servitutis* antiquiores.

14. *plasi*] πλάσει Man. Graev. — *phrasi* Cren.
17. *ornandum*] *ordinandum* Princ. Berald.
21. *Romanis*] om. Ald. et seqq.
23. *Qui se iud. dom.*] *qui iud. dom. se* Orell. — *qui iud. se dom.* Zumpt.
24. *Ex*] *Et* Man. Ibid. *Unde*] om. Berald.
25. *per furtum sublata: nam*] Ald. Lod. — *per fructus sel. nam* Princ. Berald. — *per furtum sublata. Ab sociis per scelus ablata, ereptaque.*] *Nam*

(§. 60.) *Cum imperio ac securibus*] *Εἰρωνεία μετὰ συγχωρήσεως.* *Cum imperio ac securibus*] Bene: quia licet negotiari equitibus et privatis.

Habeo et istius et patris eius accepti tabulas] Id est, acceptarum pecuniarum. Legitur et *Ab eo* et *accepi.* Moris autem fuit, unumquemque domesticam rationem sibi totius vitae suae per dies singulos scribere, quo appareret, quid quisque de reditibus suis, quid de arte, fenore lucrove seposuisset, et quo die, et quid item sumptus damnive fecisset. Sed postquam obsignandis literis reorum ex suis quisque tabulis damnari coepit, ad nostram memoriam tota haec vetus consuetudo cessavit. Dicit igitur Tullius, habere se et patris eius tabulas, quoad vixit, et ipsius Verris, quoad confecisse dixit: ex quibus prodit, quam multae tabulae pictae, quanta signa apud eum

---

Lugd. Man. — *per furtum sublata. Non arbitror illum negaturum.*] *Nam* Hot. Cren.

Ibid. *solebant magistratibus* cet. „Hoc nihil facit ad rem, qua de agitur. Et fortasse haec nota aliunde huc translata est." SCHUETZ.

Ibid. *commodari*] Hot. Cren. — *commodare* priores.

1—3. Hi versus postpositi sunt sequenti scholio in Princ. Ber. Ald. Lod. Lugd.

1. *Cum imp.*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Quoniam quidem cum imp.* Lugd. Hot. Man. Cren. At, si verba *cum imperio ac securibus* Ciceroni restituenda sint, neque post vocabula *quoniam quidem*, neque etiam cum Lambino post voc. *nomine* inseruerim, sed aptius ante verbum *missus est* poni videntur. Ironia *enim* in *eo est*, quod mercator signorum missus dicitur cum imperio ac securibus, et eundem locum illa verba obtinent etiam Lib. IV. cap. 4. *mercatorem in provinciam cum imperio ac securibus misimus.*

Ibid. *Εἰρωνεία μετὰ συγχωρήσεως*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *hyronia meta synochoreseos* Princ. — *Ironia mera synochoreseos* Berald. — *ironia mera synchoreseos* Ald. — *Ironia μετὰ συγχωρήσεως* Lod.

3. *Quia l. n. eq. et privatis*] *Quia non licet negotiari magistratibus, sed privatis* Lugd. Man. Schütz. *Non* etiam in Graevii MS. esse dicitur.

4. *et istius et*] Man. cum editt. Ciceronis. — *et ipsius et* Lugd. Hot. Cren. — *istius et* (om. priori *et*) Princ. Berald. Ald. Lod.

Ibid. *patris eius accepti*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *patris legitur accepti* Princ. Berald. Ald. cum Graevii MS. — *patris*] *Legitur et ab eo. Accepti* Lod.

Ibid. *tabulas. Id est, acc.*] *tabulas et acc.* Graevii MS.

5. *Legitur et Ab eo et accepi*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Legitur et habeo et accepi* Princ. Ald. — *Legitur et habet et accepi* Graevii MS. — *Legitur et accepi* Berald. Lod.

7. *scribere, quo*] Lugd. Man. — *scribere in quo* Princ. Berald. Ald. Lod. — *scribere, ex quo* Hot Cren.

Ibid. *appareret*] Ald. Lod. Lugd. Man. Cren. — *apparet* Princ. Berald. Hot.

Ibid. *reditibus*] Schütz. — *redditibus* priores. — *rebus* Graevii MS.

8. *seposuisset*] Ald. et seqq. — *se posset* Princ. — *se cernere posset* Berald.

Ibid. *et quo die*] Sic scripsi. — *quo die* (om. *et*) Princ. Berald. Ald. Lod. — *quoque die* ceteri.

Ibid. *quid item*] *qui item* Princ.

9. *damnive*] Ald. et seqq. — *damni ut* Princ. — *damni, ne* Berald.

Ibid. *obsignandis*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *assignandis* antiquiores.

12. *dixit*] *dicit* Graevii MS.

13. *prodit*] Berald. Lod. — *prodest* Princ. Ald. — *proditur* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *quanta*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *quot* Lugd. Hot. Man. Cren.

nulla emptionis origine furto capta noscantur, remoraturque in eo, quod se dicat Verres non ex aliquo tempore coepisse literas domesticae rationis facere, sed ex aliquo tempore destitisse: quod factum nullo exemplo defendi potest.

De M. Antonio] Hic est M. Antonius dissolutissimus curator totius orae maritimae, Cretae mortuus, de quo ipse dicet: *Et post M. Antonii infinitum illud imperium senserant;* et quem Salustius ait *perdundae pecuniae genitum et vacuum a curis nisi instantibus.*

Est aliqua etiam huiusce rei ratio] Vel mala, vel bona. Dicit ergo: etsi non bonam, apparet esse tamen aliquam rationem † ita ut ipse dicit bona ratio unquam scribendi, indicium perseverans de tabulis non conficiendis; aliquando coepisse, correctio erroris in melius;
[63] destitisse, cum coeperis, mala ratio: est enim inconstantia et mutatio quaedam in deterius.

Usque ad M. Terentium, C. Cassium coss.] Ab horum consulatu videtur tabulas Verres rationum suarum destitisse consignare, quamvis a praesenti tempore non longe abest.

---

1. *origine*] Ald. et seqq. — *ori sine* Princ. — *ori * siue* Berald. — „*origo iure* MS. Dele *origo*, et scribe *nullo emptionis iure.*" GRAEV. Graevio obsecutus est Schützius. Ibid. *furto*] *sed furto* Lod.

2. *aliquo*] Lod. et seqq. — *alio* priores.

3. *facere sed*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *fecisse et* Princ. Berald. Ald. — *facere et* Lod.

5. *De M. Antonio*] Lod. Hot. Cren. et seqq. cum Zumptio. — *Deinde Antonio* Princ. Berald. — *De Antonio* Lugd. Man. cum vulgatis editt. Ciceronis.

6. *curator totius orae*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *curator largitatis orae* Pr. Berald. Ald. — *curator tuendae totius orae* Lod. — Robortellus (Annott. p. 70.) totum locum sic legi vult: *Hic est M. Antonius pater dissolutiss. illius curatoris orae maritimae, qui Cretae mortuus est.* — Robortellum bene refutavit Sigonius Emendatt. p. 205. sq., qui docet errorem interpretis esse, non librariorum. — „*Curator totius orae maritimae*] Error Pediani. est enim hic Antonius orator, de quo in dialogis de Oratore: in quibus etiam ipse lib. II. [cap. 23. §. 97.] de rationibus a se confectis contra hominum opinionem testatur." MANUT.

7. *ipse dicet: Et post M.*] *ipse alibi Postquam M.* Lod. — *ipse dicet, Postquam M.* Lugd. Man. — Locus Ciceronis est in lib. II. cap. 3. §. 8.

Ibid. *infinitum*] Ald. et seqq. — *finitum* Princ. Berald.

Ibid. *senserant*] Lod. et seqq. — *senserat* antiquiores.

Ibid. *Salustius*] „Historiarum lib. 3. ex Frontone Cornelio de exemplis elocutionum, quod animadvertit et Aldus filius in Salustii fragmentis ab eo collectis." MANUT. in ed. postr. „Est ex libro Hist. III. ed. Haverc. n. 15. Cort. 28. Ex Arusiano citatur: et Wasseus tandem Asconium consuluit, ubi *a curis*, cum in Arusiano sit *curis.* Sed utrumque probum est." GARAT.

9. *huiusce rei*] *huius cerci* Princ.

10. *esse tamen*] Princ. Ber. Ald. Lod. — *tamen esse* Lugd. Hot. Man. Cren.

11. *ita ut ipse dicit*] Sic corrupte Princ. Berald. Ald. Lod. — *Aut ipse hoc dicit* Lugd. Hot. Man. Cren.

12. *correctio erroris in melius*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *correptio erroris si melius* Princ. Berald. Lod. — *correctio erroris si melius* Ald.

15. *M. Terentium, C. Cassium*] Princ. Berald. — *M. Terentium et C. Cassium* Ald. et seqq. cum editt. Ciceronis. — „*M. Terentium*] *M. Licinium* malim, qui consul fuit cum C. Cassio Vero, a praesenti tempore non longe. Eutropius libro 6. in bello Spartacio, et noster in oratione pro Cluentio. Terentii consulis mentionem his temporibus non invenio." MANUT. in Lugd. — „M. Terentius Varro Lucullus et C. Cassius Varus *coss.* fuerunt A. U. C. 680. tribus annis ante Verris accusationem, quae incidit in a. 683." SCHUETZ.

(§. 61.) *Alio loco, cuiusmodi sit, considerabimus*] Scilicet ad tegenda furta pertinet ista praetermissio rationum, ne conscriptis iis, quae ante habuit, et iis, quae nunc habet, extraordinaria rerum possessio cerneretur.

Atque utinam neges] Cum enim confiteris, etsi improbe, videris tamen aliquid dicere, cum dicis: Emi, non rapui. Si autem negaveris, et convinceris et huiusmodi defensione nudaberis.

Impluvium] Locus sine tecto in aedibus, quo impluere imber in domum possit.

Quae sectorem expectant] Repetundarum causa ita se habet, ut, si convictus reus sit atque damnatus, pecuniam reddat aestimata lite, hoc est, in pretium redactis omnibus furtis: quam summam pecuniae proscriptis eius bonis sectores curabant. Sectores autem dicti sunt, qui spem lucri sui secuti bona condemnatorum semel auctionabantur, proque his pecunias pensitabant singulis, † ac in postera pro compendio suo singulas quasque res pecunia populo vendituri. Sola ergo haec duo signa dicit apud Verrem relicta, asporiatis ad amicos caeteris signis.

(§. 62.) *At credo*] Transitus ad aliam criminum speciem. Non enim haec, quae ante acta sunt, sic dicit tamquam Siciliensia crimina, propria huius cognitionis, quae per singulos libros constat esse divisa, ut de iure dicundo, de re frumentaria, de signis, de suppliciis.

(§. 63.) *Ad summum Graecorum otium*] † Divisam sententiam de Graecis habitam, quos otiosos et levea esse consensum est.

Cum a Cn. Dolabella efflagitasset] Ergo non e re publica ire coactus est, sed ut mitteretur ambitione perfecit. Nicomedes autem [64] Bithyniae rex est, Sadala Thraciae, ambo socii populi Romani.

1. *cuiusmodi sit*] *hoc cuiusmodi sit* editt. Ciceronis.

2. *ad tegenda*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ante gerenda* Princ. Berald. — *ad detegenda* Ald. — *ad retegenda* Lod.

Ibid. *rationum*] Ald. et seqq. — *orationum* Princ. Berald.

3. *extraordinaria rerum*] Berald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *extraordinarium rerum* Princ. — *extraordinariarum rerum* Ald. Lod.

5. *confiteris*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *confeceris* priores.

6. *dicis, Emi, non rapui*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *dicis enim non rapui* Princ. Berald. — *dicis non rapui* Ald. Lod.

7. *nudaberis*] Lod. et seqq. — *nudaveris* antiquiores.

11. *aestimata*] *extimata* Princ. Berald. Ald.

12. *omnibus*] Hot. Man. Cren. — *omnium* priores.

15. *his*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *iis* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *ac in postera*] Sic corrupte Princ. Berald. Ald. — *ac in posterum* Lod. — *ac postea* Lugd. Hot. Man. Cren.

16. *singulas quasque res pecunia*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *singulas quasque pecunias* Princ. Berald. Ald. — *singula quaeque pecunia* Lod.

Ibid. *vendituri*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *venditabant* Lugd. Hot. Man. Cren. — „Totus locus sic fere constituendus videtur: *proque his pec. pens. populo* (vel *populi arcae*), *singulis postea pro c. suo sing. q. res pecunia vendituri.*" Or.

21. *cognitionis*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *cogitationis* priores.

22. *re*] add. Hot. Cren. et seqq. 24. *Divisam s. de Gr. hab.*] Princ. Ber. Ald. Lod. — *Dixit hoc secundum illam sent. de Gr. habitam* Lugd. Hot. Man. Cren. Fort. (*Invidiosem s. de Gr. habet* sc. hoc Cic. dictum. Or.)

25. *Cum a*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Cum iste a* Lugd. Hot. Man. cum editt. Ciceronis. — *cum ista a* Cren. Graev. 27. *Thraciae*] *trachie* Princ.

Ianitorem quendam] *Ianitorem* eum dixisset, addidit *quendam*, ut ostenderet non appellativum nomen esse, sed proprium.

Videant] Si in promptu est res.

Investigent] Quam non videant, et ideo posterius positum.

(§. 64.) *Homo factus ad istius libidines*] In nascendo sors est, in faciendo industria. Bene ergo non *natum*, sed *factum*. † naturam dixit perductorum fingeret Verri, non ducendum postea procrearet.

(§. 65.) *Cum suae partes essent*] Id est, vicissitudo tangeret. Simul enim ostendere vult, nec suscipiendum sibi esse nunc hospitem, et cum suscipiat condignum solere suscipere.

Una cupiditate] *Una*, vel praecipua, vel vere una, extra quam non iure, non more, non honestate moveretur.

Ius suum] Ne Rubrium pateretur.

Laborabat] Bene, quia invitus susceperat hospitem se indignum.

(§. 66.) *Quid opus esset*] Ut mulieri scilicet vis afferretur.

[*Graeco more biberetur*] Grandibus inquiunt poculis et meracis potionibus, qui non intelligunt dicta Ciceronis, et hoc putant Graeco more potare. Est autem Graecus mos, ut Graeci dicunt, † cum mero cyathis saltantes civium libantes primo deos, deinde amicos suos nominantes. Nam totiens merum bibunt, quotiens et deos et caros suos nominatim vocant.

Poscunt maioribus] Sunt qui producta O litera *poscunt* legunt,

---

5—4. Hi versus proximo scholio postpositi sunt in Princ. Ber. Ald. Lod.

5. *est res*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *res est* Lugd. Hot. Man. Cren.

4. *et ideo post.*] Lod. et seqq. — *et ideo in post.* priores.

6. *sors est, in fac. industria*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *sortem, in fac. industriam* priores.

Ibid. *factum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *tantam* Princ. Ald. — *tantum* Berald. Lod..

7. *Naturam dixit - - - procrearet*] Sic corrupte Princ. In Berald. Ald. Lod. *ducendum* mutatum est in *dicendum*. Ald. pro *procrearet* habet *procreare*; Lod. *natura* pro *naturam*. — *dixit. non enim naturam perductores procreare. Verri, sed ipsum sibi docendo post eos fingere* Lugd. Hot. Man. Cren. — *Non enim naturam*] Doctissimi viri P. Danesii. Vetus, *Non natum, sed tantum naturam dixit perductorem fingere Verri non dicendum postea procreare.*" HOT.

14. *Laborabat*] *Laborat* Berald. Ald. Lod.

15. *vis*] *ius* Princ. Berald. (in marg. „vel *vis.*")

16. *Graeco more biberetur*] om. Princ. Berald. Ald. — *Poscunt maioribus poculis* Lod.

Ibid. *inquiunt*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *inquit* antiquiores.

17. *dicta Cic.*] *dicta M. Cic.* Lod.

18. *potare*] *putare* Princ.

18—20. *cum mero - - - nominantes*] Corruptus locus sic legitur in Princ. (*libantas*) Berald. Ald. — *cum mero cyathis saltantes libant* cet. Lod. — *συμπιεῖν κυαθιζομένους, cum merum cyathis libant, salutantes primo deos, deinde amicos suos nominatim* Lugd. Hot. Man. Cren. — „*συμπιεῖν κυαθ.*] Danesii. Ex Athenaeo sumptum videtur." HOT.

20. *totiens - - quotiens*] Princ. — *toties - - quoties* ceteri.

22. *producta O litera*] Sic scripsi. — *producta S littera* Princ. Berald. Lod. — *producta scilicet litera* Ald. — *producta scilicet O litera* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *poscunt*] „Fortasse hic *potitant* scripserat Asconius et paullo post *quasi saepe potent*, aut nescio quod frequentativum *posco* sibi finxit, quasi saepe

quasi saepe *potant*. Sed *poscunt*, *provocant* intelligendum est, ut sit sensus: Provocant se invicem; *poscunt*, a pincerna, petunt; *maioribus* autem *poculis*, ut subaudiatur *bibere*. [65]

(§. 68.) *Quaerunt, quid optimum factu sit*] Adeo non Graeca levitate res gestae sunt, sed agitato consilio defensa libertas.

(§. 69.) *Levius eorum peccatum*] Magna vi oratoria etiam parcere peccatum dicebant, inquit, quia Verri parcebatur, sed tamen leve, quia legato.

(§. 70.) *Sic iste multo sceleratior et nequior, quam ille Adrianus*] Cinnania temporibus cum C. Fabius Adrianus, ut alii aiunt legatus, ut alii putant pro praetore vel praetor provinciam obtineret Africam, Uticae in praetorio suo vivus ustus est, quod corrupto servitio civitatis illius de principum nece conspirasse dicitur. Sed opportune Tullius causam tacet illatae necis in Adriano et inultam mortem eius ostendit: quem dicit oratorie non in hospitio, sed domi suae vivum crematum, et *ille* sic dixit, ut de notissimo videretur loqui.

(§. 71.) *Accensus Neronis*] *Accensus* nomen est ordinis et promotionis in militia, ut nunc dicitur princeps vel commentariensis aut cornicularius. Haec enim nomina de legionaria militia sumpta sunt.

* * * *Interpellare* autem est mediam alterius orationem interrumpere, vel actioni se alterius interponere. Apparet ergo Hortensium,

---

peto. SCHUETZ. Non *potitant* scriptum fuisse apparet ex verbis *producta scilicet litera o*, quae non addidisset, nisi literae ipsae eaedem fuissent. Nihil de hac stultitia inaudierat Servius; vid. ad Virg. Aen. VIII. 614." MADV.

1. *potant*] *petant* Graev. Schütz.

2—3. *invicem - - - bibere*] Sic scripsi. — *inuicem. maioribus autem poculis ut subaudiatur poscunt a pincerna petunt. maioribus autem poculis ut subaudiatur vivere* (*bibere* Lod.) Princ. Berald. Ald. Lod. — *invicem. maioribus autem poculis poscunt a pincerna* (*a pinc.* om. Lugd. Man.), *id est petunt; ut subaudiatur bibere* Lugd. Hot. Man. Cren.

6. *Levius*] Ald. et seqq. — *Leve* Princ. Berald.

Ibid. *eorum*] om. Lod.

7. *peccatum dic.*] *peccatum esse dic.* Hot. Cren.

8. *leve quia*] *quia leve* Princ.

11. *pro praetore*] *propraetor* Berald. Lod. Man.

Ibid. *vel praetor*] om. Cren.

12. *in praetorio suo*] „Asconius praetorium cum hospitio confundit. Et fortasse praetorium Uticae fuisse aliquis putet: proinde domi suae Ciceronem ibi dixisse, favente Liviana epitome LXXXVI. Cf. Perizon. de praetor. I. 50. II. 5." GARAT.

Ibid. *vivus*] om. Berald.

13. *dicitur*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *diceretur* Lugd. Hot. Man. Cren.

14. *Adriano*] *hadriano* Princ.

15. *hospitio*] *praetorio* Lugd. Man.

17. *Neronis*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Neroni* Lugd. Hot. Man. Cren. — *C. Neroni* editt. Ciceronis.

20. *Interpellare autem est*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Tertii priore actione interpellavit*] *Interpellare autem est* Lod. — *Interpellavit*] *Interpellare est* Lugd. Hot. Man. Cren. — Ex particula *autem* apparet praeter lemma etiam interpretationis partem excidisse.

21. *actioni se alterius*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *actionis alterius* Princ. Ald. — *actioni alterius* Berald. Lod.

quamvis diu multumque tacuerit, Tettium in medio testimonio perstrinxisse, quod diceret, Philodamum adeo malam causam habuisse, ut a C. Nerone vel damnatus sit.

(§. 72.) *Putasse non oportere*] Reprehensio iudicati ab ea parte, qua causae derivatio facit, ne nobis iudicata obsint. Non enim causam Verris relevatam esse, sed illos damnatos, quod quoquo modo occisum hominem esse constaret.

[106] *Pertimuit iste*] Mire oratur non Verrem vindicare morte Philodami, sed crimen suum relevare potuisse: quorum alterum iniuriam passus est, alterum male sibi conscii.

(§. 73.) *Contendit ab eo*] Extorsit ei.

Togati creditores Graecorum] Noluit dicere equites Romanos, sed *togatos* dixit et *creditores Graecorum*, ut ostenderet causas gratificationis in Verrem.

(§. 74.) *Accusator apponitur*] Non dicit *accedit*, sed *apponitur*, a Verre scilicet, subornatur.

Et ex creditoribus Lampsacenorum] Et hic causa gratiae in persona ostenditur accusantis.

Ut de Philodamo AMPLIUS pronunciaretur] Mos veterum hic fuerat, ut, si absolvendus quis esset, statim absolveretur, si damnandus, statim [damnaretur], si causa non esset idonea ad damnationem, absolvi tamen non posset, ut AMPLIUS pronunciaretur.

(§. 75.) *Quid ego nunc in altera actione*] Hinc apparet, etiam in ampliatione sic *alteram* dici, quemadmodum in comperendinatione.

---

1. *Tettium*] Hot. Man. — *tantum* Princ. Berald. Ald. Lod. — *Tertium* Lugd. Cren.

2. *perstrinxisse*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *perscripsisse* Princ. Ald. — *perstitisse* Berald. Lod. — „*perstrinxisse*, id est, reprehendisse, redarguisse. Sic Tacit. IV. Ann. 17. *modice perstricti.*" GARAT.

3. *vel*] om. Lugd. Hot. Man. Cren.

5. *nobis*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *non bis* antiquiores.

9. *morte Philodami*] *mors Philodami* Berald. — *mortem Cornelii damnatione Philodami* Hot. Cren. „Vetus, *Vindicare morte Philodami s. c. s. r. potuisse.* Quae verba longe abesse a mente atque consilio Ciceronis ex ipsa oratione facile est intelligi. Locum igitur paulo aliter ex oratoris, ut putavimus, sententia descripsimus." HOT.

Ibid. *potuisse*] *petivisse* Lod. — *voluisse* Hot. Cren.

Ibid. *quorum*] *quo* Man.

11. *et*] om. Berald. Lugd.

16. *sed apponitur, a Verre*] Sic scripsi. — Legebatur *sed a Verre.*

17. *Et ex cred.*] *de cred.* (om. *et*) editt. Ciceronis.

20. *ut*] *aut* Berald.

Ibid. *quis*] *qui* Princ.

21. *si damnandus, statim damnaretur*] Lugd. Hot. — *si damnandus, statim:* (om. *damnaretur*) Princ. Berald. Ald. Lod. — *si damnatus, statim damnaretur* Man. — *si damnandus, damnaretur* Cren.

Ibid. *si causa non esset*] *causa non esse* (om. *si*) Cren.

22. *ut*] om. Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *pronunciaretur*] Ald. et seqq. — *nunciaretur* Princ. Berald.

23. *Hinc*] Sic scripsi. Legebatur *Hic.*

24. *sic alteram dici*] *sic alteram actionem dici* Hot. Cren. — „Vero *Alteram*: tamen *Iterum* magis placeret." MANUT.

Cnei Dolabellae spiritus] Plus significavit dicendo *spiritus*, quam si animositatem contentionemve diceret.

Perpaucis sententiis] *Per*, nimium. Paucis sententiis autem eum dixit damnatum, ut ostenderet vix paucos inventos, qui ad opprimendum [eum] numerum damnationis implerent post ampliationem.

(§. 77.) *Idcircone exercitum atque hostem relinquebas*] Recte dixit: bellum enim a Dolabella gerebatur in Cilicia.

Sed etiam spoliatum auxiliis] *Auxiliis* pro *auxilio*, quaestoris scilicet, auxilio ipsius pecuniae, quae avertebatur. Sic Virgilius:

> *Auxiliumque viae veteres tellure recludit*
> *Thesauros.*

Ad inimicos tuos] Accusatores, scilicet Scaurum.

Nisi damnato] Non posset enim rationes falsas ad aerarium referre Verres nisi damnato Dolabella, qui redarguere mentientem praesens valeret. [67]

(§. 78.) *Testimonium publicum tuum, quod apud Neronem dixisti*] Contra Philodamum.

(§. 79.) *Bellumne populo Romano*] Sic enim ad Neronem scripserat Verres.

Nisi publice satisfactum sit] Nisi decreto publico traditi ad poenam sint culpae auctores. *Satis facere* est enim tantum facere, quantum satis sit irato ad vindictam.

Ei civitati bellum indici] Ut Corinthiis, ut Tarentinis.

(§. 80.) *Lictorem tuum*] Cornelium scilicet.

---

1. *Cnei*] *Cn. et* Princ. Berald.

3. *Per, nimium. Paucis*] Sic recte distinctum est in Princ. Berald. Ald. Lod. Lugd. Man. — *Per nimium paucis* ceteri.

Ibid. *autem*] om. Graev. (cum codice suo) Schütz.

5. *opprimendum*] *operiendum* Princ.

Ibid. *eum*] om. Princ. Berald. Ald. Lod.

7. *Cilicia*] Ald. et seqq. — *Sicilia* Princ. Berald.

8. *Sed etiam spoliatum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Sed et oppugnatum* priores.

9. *scilicet, auxilio*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *scilicet, aut Auxiliis* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *avertebatur*] Lod. et seqq. — *vertebatur* antiquiores.

Ibid. *Virgilius*] Aen. I. 358.

12. Scholion hoc proximo postpositum est in Princ. Berald. Ald. Lod.

Ibid. *Scaurum*] Hot. Cren. — *causarum* priores. — „*Accusatores scilicet Scaurum*] Vetus et Aldus scriptum ita habebant: *Accusatores s. carum* [Aldus habet: *accusatores s. cārum*] Danesius ergo [immo omnes editt.] *scilicet causarum*. Ego, *scilicet Scaurum*. nunc utra sit melior, eruditi homines aestimabunt." HOT.

16. *publicum tuum*] *tuum publicum* Lod. — *tuum* (om. *publicum*) Lugd. Man. — *publicum* deest in omnibus editt. Ciceronis, in nonnullis, ut in Zumpt., etiam *tuum*.

21. *est enim*] *enim est* Lod.

23. *Ei*] Hot. Cren. — *Et* priores.

Ibid. *indici*] *indicit* Princ.

Ibid. *Ut Corinthiis, ut Tarentinis*] Lugd. Hot. Man. Cren. probante Garatonio. — *ut Cornelius, ut Terentius* Princ. Berald. Ald. — *ut Cornelius, ut Tertius* Lod. — „De Corinthiis mentio est in oratione pro lege Manilia, et in Asconio [p. 60. Hot.]: de Tarentinis in Valerio lib. II. et Floro lib. XII." MANUT. — „*Corinthiis et Tar.*] Doctissimi viri Paul. Manutii. Vetus, *Corneliis et Tertiis*." HOT.

(§. 81.) *Legitimum tempus ad ulciscendum*] An vitio magistratus? Accepto enim successore ad magistratum accusari possunt.

(§. 83.) *Et ais iudicium esse factum*] Locus reprehensionis contra iudicatum, ne prosit Verri, Philodamum esse damnatum.

In alios contulisse] Non in Philodamum.

Neque in eos, quos tu insimularis] Dixeris vel accusaris. Sensus hic est: Et alios, inquit, non Philodamum, accusasti, et ii ipsi, quos accusasti, damnati non sunt.

Ubi hos persequeris] Subauditur *nusquam*, *ἐν ὑποκρίσει.*

(§. 84.) *Ab accusatore interrogatus*] Verres scilicet, productus in causa Philodami et interrogatus. Loqui enim nisi interrogato testi non licebat. Interrogabatur autem et ab eo, contra quem productus est.

Cur imminuisti ius legationis] Qui potestatem suam in administrando non defenderit, imminuti magistratus veluti maiestatis laesae reus est.

(§. 85.) *Quod is Ephesi*] Ephesus civitas, in qua Dianae numen peculiariter colitur.

Sed etiam inter hostium tela] Invidiose orator hoc addidit, cum de magistratu dicat. Nam legatorum † hoc inter in foederibus fa-

2. *ad magistratum*] Ald. et seqq. — *ad magistratores* Princ. — *apud mogistratus* Berald. — Totum hoc scholion malim sic legi: *Abitio magistratus: accepto enim successore et magistratus accusari possunt.* (Fort. *An ultio* - - *ad s. apud magistratum praetores a. p.* Or.)

3. *Et ais*] Ald. et seqq. — *Et ab iis* Princ. — *Et iis* Berald.

5. *In*] *hi* Princ.

Ibid. *contulisse*] *transtulisse* Lugd. Man. cum vulgatis edit. Ciceronis. Interpretis nostri auctoritatem secuti sunt Lambinus, probante Garatonio, et Zumptius.

6. *Neque in eos*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Neque illos* Princ. — *Neque in illos* Berald. Ald. Lod.

Ibid. *insimularis*] *insimularas* edit. Ciceronis praeter Zumptium.

9. *Ubi*] *Ubis* Princ.

Ibid. *ἐν ὑποκρίσει*] om. Berald.

10. *interrogatus*] *rogatus* edit. Ciceronis.

11. *testi*] Lod. et seqq. — *teste* priores.

12. *Interrogabatur*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *interrogatur* Lugd. Hot. Man. Cren.

13. *contra quem productus est*] Sic scripsi. — *contra quem esset productus* Berald. Lod. — *contra quem productus* (om. verbo) ceteri.

20. *dicat. Nam*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *dicat, non legato. Nam* Lugd. Hot. Man. Cren. — „In libris Asconii error est hoc loco, quem, cum Asconium corrigerem, notare praetermisi. Quod enim ita scriptum est, *Cum de magistratu dicat, non legato*, et falsum est: de Verris enim legatione loquitur: et illa duo verba *non legato* praeter manuscriptum et Aldi librum adiecta sunt. Legendum autem ita potius arbitramur, *Cum de magistratus legato dicat.* Praetorum enim legatos a legatis belli, pacis et foederum distinguit: quorum quae sit differentia, facile intellectu est. HOT. *non legato* non est in meo MS. nec in editione Manut. [?] Recte delendum Hotomannus censuit." GRAEV. — *cum de magistratus legato dicat; nam* de Hotomani coni. Schützius, cum hac adnotatione: „Quae lectio si vera est, intelligendum, quum de magistratu dicat, qui dicitur quidem legatus, non est autem legatus proprie [An *proprie?*] sic dictus. Hoc certum est Asconium hic distinguere velle praetorum legatum, qualis erat Verres, a legato foederum aut belli pacisque causa misso."

Ibid. *legatorum hoc inter in*] Sic corrupte Princ. Berald. — *legatorum in* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *legati inter hostes in* Lod.

ciundis vel legibus pacis bellique dicendis sancta corpora iure gentium atque inviolata servantur. [68]

(§. 86.) *De sua classe*] Habent enim Milesii praesidiariam classem ex foedere praebendam populo Romano maritimis necessitatibus. *Myoparo* navigii nomen est.

(§. 87.) *L. Magio et L. Fannio*] Hi transfugae de Valeriano exercitu apud Mithridatem agentes ab eodem rege ad Sertorium missi erant de paciscenda societate belli adversus Romanos: quos in Italia iam positos et ad Sertorium festinantes et hostes iudicaverat et inquirendos mandaverat senatus. Hi tamen ultimum ad Romanos prodito ex magna parte Mithridate redierunt.

Usque a Dianio ad Sinopen] Dianium Hispaniae maritima civitas, Sinope Ponti est, ubi rex Mithridates erat.

(§. 88.) *Renunciationemque eius*] Quia renunciaverat navem a Verre L. Magio venditam fuisse.

Non solum illud perscribunt, quod prohibiti sunt, sed etiam causam adscribunt] Sensus hic est: Non solum prohibitos se scribunt,

---

2. *servantur*] *servant* Berald. Lod.

5. *Myoparo*] *Mioparo* Princ. Berald. — Ante hanc vocem Lod. lemma inseruit: *Ipse myoparonem.*

6. *Fannio*] Man. — *Phannio* ceteri.

7. *Hi transfugae de Valeriano exercitu*] Sic scripsi. — *Hi transfugato Valeriano exercitu* Princ. Berald. Ald. Lod. — *Hi transfugae facti a Mariano exercitu* Lugd. Hot. Man. Cren. — „Eos Appian. Mithridat. 68. e Sertorio ad Mithridatem missos narrat, Orosius VI. 2. [*Fannius et Magius, de exercitu Fimbriae profugi, Mithridati sese adiunxerunt.*] a Fimbriae exercitu ad Mithridatem transisse; idem fere Scholiastes tradidisse videtur; nam in ed. i. est: *transfugato ualeriano exercitu;* ex quo facio *transfugae a Val. ex.*, ut intelligatur L. Valerii Flacci exercitus, cui postea Fimbria praefuit. Id si verum est, post finitum bellum Mithridaticum primum in provinciam Rom. redierint, necesse est; sed obscura res est. cfr. Wessel. ad Simson. Chron. ad a. 5931." MADV.

10. *tamen ult.*] Pr. Ber. Ald. Lod. — *tamen ad ult.* Lugd. Hot. Man. Cren.

12. *Usque a Dianio usque ad Sinopen*] *usque ab Dianio, quod in Hispania est, ad Sinopen, quae in Ponto est* editt. Ciceronis. „Ex ipsa interpretatione apparet, in interpretis codice non fuisse verba *quod in Hispania est* et *quae in Ponto est*, quae a Lambino damnata recte Schützius delevit; recte quaerit Lambinus, cui civi Romano ille nomina tam post flammam Sertoriani belli nuper exstinctam, Mithridatico etiam tum flagrante, ignota fuerint. Itaque Cicero Lib. V. 57, 146. tamquam de notissimo loco scribit: *eos Sertorianos milites esse et a Dianio fugere dicebat.* Hoc loco additamentum illud mire vim orationis frangit." MADV. Retinuit tamen etiam Zumptius.

Ibid. *a Dianio*] *ab Dianio* Man. cum editt. Ciceronis praeter Zumpt.

Ibid. *Sinopen*] Lod. — *Sinopem* ceteri. In Princ. per compendium scriptum est. — *Sinopam* Zumptius.

Ibid. *maritima*] *maritimae* Hot. Cren.

13. *Sinope*] *sinopes* Princ. Berald.

14. *quia*] *qui* Lod.

16. *perscribunt*] Lod. et seqq. — *proscribant* Princ. Berald. — *scribunt* Ald.

Ibid. *quod prohib.*] Princ. Berald. Ald. — *quod tam prohib.* Lod. et seqq. cum editt. Ciceronis.

17. *adscribunt. Sensus hic est*] Hot. Cren. — *ascribunt census: hoc est* Princ. — *adscribunt. Hoc est* ceteri.

Ibid. *prohibitos se scrib.*] Lod. et seqq. — *prohibita se scrib.* Princ. Ald. — *prohibita scrib.* Berald.

sed cur se magistratus ipse prohibere curaverit, ne, cum oporteret, in literas publicas referrent, quod gestum esset.

(§. 90.) *Qui tam tsi Februarium mensem*] Hic est mensis, quo frequens senatus postulatis provinciarum legationibus audiendis datur.

Et consulum designatorum nomen exspectant] Et *extimescunt* legitur: nam utroque verbo idem significatur. Hortensii autem et Metelli metu dicit legatos Milesios posse terreri, ne de myoparone dicant, praesertim eum ad beneficia petenda venturi sint Februario mense et in manu sit consulum, quando et quemadmodum referant ad senatum. Et bene *nomen consulum* dixit, ut potentiam demonstraret eorum, quorum etiam nomen ad formidinem sufficit.

[169] *Religione adducti*] Quia iurati testes produci solent, non solum ne falsa dicant, verum etiam ne, quae vera sunt, taceant.

Domesticarum legum metu] Patriae suae legum, quibus coguntur de incommodis patriae non tacere.

Occiso] Suspicioso verbo usus est. Nam non insistit, ut probet a Verre occisum esse, sed ita vult videri, quia Verri mors eius lucro fuit.

Alteram tutelae] Filii Malleoli tutor factus est Verres.

(§. 91.) *Syngraphas fecerat*] Inter syngraphas et caetera chirographa hoc interest, quod in caeteris tantum quae gesta sunt scribi solent, in syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit; et non numerata quoque pecunia aut non integre numerata pro temporaria voluntate hominum scribi solent more institutoque Graecorum. Et caeterae tabulae ab una parte servari solent: syngraphen utriusque manu [signatam] utrique parti servandam tradunt.

---

2. *literas publicas*] *literis publicis* Ald.

3. *Februarium mensem*] *mensem Februarium* editt. Ciceronis.

4. *prov. legat.*] *prov. et legat.* Lod. Hot. Cren.

5. *consulum*] *consilium* Princ.

6. *Hortensii*] *Hortensi* Princ. Ald.

7. *Metelli metu dicit*] Sic scripsi. — *Metelli. et ubi dicit* Princ. Berald. Ald. Lod. — *Metelli opibus dicit* Lugd. Hot. Man. Cren.

11. *nomen ad form. sufficit*] Sic scripsi. — *nomen ad form. officit* Princ. Berald. Ald. Lod. — *nomen form. efficit* Lugd. Hot. Man. Cren.

12. *Quia iurati testes produci*] om. Berald.

Ibid. *produci*] *producti* Princ.

14. *Domesticarum legum*] Princ. Berald. Ald. Lod. cum melioribus codd. Ciceronis. — *Legum domesticarum* Lugd. Hot. Man. Cren. cum vulgatis editt. Ciceronis.

16. *Occiso*] Princ. Berald Ald. Lod. — *C. Malleolo Quaestore Cn. Dolabellae occiso* Lugd. Hot. Man. Cren. — Interpretatio autem huius lemmatis et proximum scholion supra legebantur ad §. 41. (pag. 57. Hot.) in Princ. Berald. Ald. Lod.

Ibid. *usus est. Nam*] *usus est oratorie, pro mortuo occisum dixit. nam* Graev. Schütz. „MS. *oratore pro mortuo occisum dixit.* Leg. *oratorie.* Haec verba vere, quae in omnibus editis desiderantur, ex MS. reposui." GRAEV. Conf. ad p. 169. l. 3.

20. *chirographa*] *cirographa* Princ.

Ibid. *in caeteris*] *in chirographis* Lod.

24. *Et caeterae*] Ald. et seqq. — *et caetera* Princ. — *etc.* Berald.

Ibid. *solent*] *solet* Princ.

25. *syngraphen utriusque manu signatam*] Sic scripsi. — *syngraphe neutriusque manu* Princ. — *syngraphae neutriusque manu* Ald. — *syngraphae neu-*

(§. 92.) *Extrema cera*] Ultima tabula, ultima parte tabulae.

Nomen infimum] Ultimum titulum; *infimum*, ut appareat falsum esse.

Expensa Chrysogono servo] Quaeritur, cuius servo: Verris scilicet, non Malleoli.

Quadrarint] Solida facta sint, ut neque plus quidquam neque minus inveniatur in summs. Ubi enim ratio sine fraude est, difficile est † quadringenta quadrare et solidare vel solida fieri, quin aut minus aut plus aliquid reperiatur.

Ut illa de Cn. Carbonis pecunia] Et ibi enim sexcenta superfuisse mentitus est.

(§. 95.) *Commune Milyadum*] *Commune*, rem publicam.

Frumento aestimando] Licebat enim magistratibus in usus suos frumentum accipere vel etiam pro frumento pretium, quae *aestimatio* [70] dicebatur: in qua re avarissimi quique infinitam pecuniam contrahebant iniquum pretium sociis imperando.

Coria, cilicia, saccos] *Cilicia*, texta de pilis in castrorum usum atque nautarum.

Dolabellae aestimatam] Sub quo haec quaestor Verres admisit.

(§. 96.) *Consistam in uno nomine*] Perseverabo, inquit, in eodem titulo quaestorii criminis.

Ex eodem genere] Furtorum scilicet Verris.

(§. 97.) *In sua potestate ac ditione tenuit*] Obnoxium criminum

---

trius manu Berald. Lod. — *syngraphae signatae utriusque manu* Lugd. Hot. Man. Cren. — De re conf. Gall Institut. lib. III. §. 134. et quos ibi laudat Goeschenius.
Ibid. *servandam tradunt*] Sic scripsi. — *servandum tradunt* Princ. Berald. Ald. Lod. — *servandae traduntur* Lugd. Hot. Man. Cren.

2. Scholion hoc infra positum est inter verba *aliquid reperiatur* et *Ut illa* in Princ. Berald. Ald. Lod. Lugd. Man.
Ibid. *infimum ut*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *infimum autem ut* ceteri.
4. *Expensa Chrysogono*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Expensum grisono* Princ. — *Expensum Grisono* Berald. — *Expensum Chrysogono* Ald. Lod.
7. *inveniatur*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *inveniat* antiquiores.
8. *diff. est - - - solidare*] Sic corrupte Princ. Berald. Ald. — *diff. est sexcenta quadrare et solidare* Lod. — *diff. est sexcenta detractis quadringentis quadrare et solidari* Lugd. Hot. Man. Cren. — „*Detractis quadringentis*] Danieli. Vetus, *quadraginta quadrare*." HOT.
10. *Ut illa de*] Lod. et seqq. — *et illa de* Princ. — *Utinam de* Berald. — *Utinam illa de* Ald.
12. *Milyadum*] Cren. — *maliadum* Princ. — *myriadum* Berald. — *Miriadum* Ald. — *Melindum* Lod. — *Miliadum* Lugd. Hot. Man.
Ibid. *Commune, rem publicam*] Lod. (*commune R. P.*) — *Communem r. p.* Princ. — *myria. Commune. R. P.* Berald. — *miria * commune Ro. Po.* Ald. — *Mire, commune, rem publicam* Lugd. Hot. Man. Cren. mire!
13. *Frumento aestimando*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Frumento imperando, aestimando* ceteri cum editt. Ciceronis.
14. *vel etiam*] Sic scripsi. — *vellent aut* Princ. Ald. — *si vellent aut* ceteri.
18. *nautarum*] *naturam* Princ.
19. *aestimatam*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *aestimato* priores.
22. *Verris*] *uerres* Princ.
23. *ditione*] *dictione* Princ.

conscientia et societate cum reo Dolabella, cui pro quaestore fuerat et legatus.

Homo adolesceus] Quia cupidius accusavit quam graviorem virum decebat, sed excusatur aetate.

(§. 98.) *Eorum omnium voluntatem repudiavi*] Quia non ut Scaurus adolescens accuso.

Non accusatorem maxime laudari volo] Accusatorium nomen ita viro bono fugiendum est, † vel audisse nosse non satis accusatorem videri. Tale est illud Terentianum.

Eia, ne parum leno sies.

Rationes ad aerarium] Quia redargui potuit curiositatis, si ante damnationem Dolabellae more quaestorum rationes ad aerarium retulisset. Sic enim fiebat † ait de provinciis quaestores Romam redissent.

Proinde quasi exscribendi] Etsi occupasset accusator tabulas rei aut amicorum eius, tamen ad necessarios usus licebat *exscribere*, id est, exempla transferre.

Qui nunquam rationes ad aerarium referat] Hoc ideo, quia nec superioris quaesturae, quae cum Carbone fuit, rationes ex usu ad aerarium retulisset.

Tribus versiculis] Ait enim: Accepi, dedi, reliqui.

---

1. *pro quaestore*] *proquaestor* Man.
4. *decebat, sed*] *decebot, et dolosius, sed* Hot. Cren.
5. *Eorum omnium voluntatem*] *Eorum ego voluntatem omnium* editt. Ciceronis.
Ibid. *repudiavi*] Ald. et seqq. — *repudiauit* Princ. Barald.
6. *Quia non, ut Scaurus, adolescens accuso*] „Recte in hac comparatione: ceterum ipse Tullius aedilitia aetate adolescens adhuc dici poterat. Vide Manut. ad II. ad Divers. 1. et Abram. ad II Philip. 21., quamquam ex intimo sensu neque se Cicero neque alius quisquam adolescentem putaret, aut iam ullam in aetate veniam speraret. Vide pro Rosc. Com. 15. et libri III. Accus. initium. Vere igitur Asconius, non comparationem modo cum Scauro, sed rem ipsam quoque potius, quam usum aut opiniones secutus." GARAT.
8. *ita*] *in totum* Lugd. Man.
Ibid. *fug. est - - - accusatorem videri*] Sic corrupte Princ. Ald. — *fug. est, ut non satis sit odisse accusatorem videri* Berald. Lod. — *fug. est, vel hoc dicit, se velle non sotis accusatorem videri* Lugd. Man. — *fug. est, ut aut dici omnino se accusotorem nolit, aut velit se non sotis accusatorem videri* Hot Cren. — „*Dici omnino*] His duobus verbis inane spatium manuscripti replevimus." HOT.
9. *Terentianum*] Phorm. Act. III. Sc. 2. vs. 23.
10. *Heia*] Sic scripsi. — *hero* Princ. Berald. Ald. — *eia* Lod. et seqq.
Ibid. *leno sies*] *leno . . . . sies* Princ.
11. *Quia*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *qui* priores.
Ibid. *curiositatis*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *earum falsitas* ceteri.
12. *rationes*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *rationem* priores.
13. *fiebat ait de*] Sic corrupte Princ. — *fiebat antequam de* Berald. Lod. — *fiebat, ait cum de* Ald. — *fiebat ante cum de* Lugd. Man. — *fiebot simul ut de* Hot. Creo.
Ibid. *redissent*] Princ. — *rediissent* ceteri.
14. *Proinde*] *Perinde* Lugd. Man.
15. *tamen*] Lod. Hot. Cren. — *tantum* ceteri.
17. *referat*] *referebat* Princ. Berald. Lod. 18. *nec*] *ne* Princ. Ald.
Ibid. *ex usu*] Sic scrib. videtur. *ex* absorptum est a praecedd. litt. *es.* Om. — *usus* Princ. Ald. — om. ceteri.
20. *versiculis. Ait enim Acc*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *versiculis enim ait acc.* Princ. Berald. Ald. — *versiculis relatam.*] *Acc.* Lod.

(§. 99.) *Quaestores sese exspectare*] Biui quaestores in Sicilia quotannis fuerant singulis praetoribus, Lilybaetauus et Syracusanus. [71] *Omen magis quam causa*] *Omen*, auspicium; *causa*, excusatio. Omen autem ideo dixit, quia eius exemplum attulit Verres, qui pecuniarum repetundarum damnatus est.

Faece] Residuis sordibus.

Nomina] Tituli et capita criminum.

(§. 100.) *Quod minus Dolabella*] In hoc capite ostendit falsitatem rationum Verris, non convenisse summas Dolabellae cum ipsius summis: in qua re vult credi non Dolabellam, sed Verrem fuisse mentitum.

Hinc illae extraordinariae pecuniae] Sordida lucra et furta significat; nam eae sunt, quae neque de reditibus, neque de annonis, neque de aliqua legitima occasione, aut donationis aut hereditatis verbi gratia, videntur adiectae.

Hinc ratio cum Q. et Cn. Postumiis Curtiis] Hi sunt, qui extra ordinarias pecunias Verris tractabant, quae in tabulis Verris nunquam scriptae sunt, ne se ipse proderet, ne pecunias tantas suis literis indicaret.

Hinc sestertiûm XIIII. P. Tadio] Et hic extraordinariarum Verris pecuniarum susceptor ostenditur Graecorum testimonio.

---

1. *Quaestores sese exspectare*] Sic scripsi. — *Questor esse se expectore* Prioc. — *Quaestor esse in senatu expectare* Berald. — *Quaestorem se in senatu expectore* Ald. Lod. cum vulgatis edd. Ciceroois. — *Quoestores quoque* Lugd. Man. — *Quaestorem se expectare* Hot. Creo. — Pluralem *quaestores* Pseudo-Asconium io suo codice repperisse ea eios interpretatione manifesto apparet. Immerito igitur a Zumptio reprehenditur Lambinus, (quem recte secuti sunt Schütsius et Orellios,) quasi contra omoium librorum fidem *quaestores* correxisset.

2. *quotannis fuerant*] Berald. Lod. — *Annis fuerot* Prioc. Ald. — *quotannis erant* Lugd. Hot. Mao. Creo.

3. *Omen - - omen - - omen*] *Omne - - omne - - omne* Princ.

5. *qui pecuniorum repetundarum damn.*] Hot. Creo. — *quia pecuniarum damn.* Prioc. Berald. Ald. Lod. — *qui pecuniarum damn.* Logd. Man.

6. *Foece*] Man. — *facce* Princ. — *fece* Berald. Ald. Lod. Lugd. — *Ecce* Hot. Creo. Graev.

Ibid. *sordibus*] Logd. Hot. Man. Cran. — *coloribus* aotiquiores.

8. *Dolabella*] Ald. et seqq. — *Dolobellom* Prioc. Berald.

Ibid. *ostendit*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *ut ostendat* ceteri.

9. *Verris, non*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Verris, dicit, non* ceteri.

12. *illae*] Ald. et seqq. — *ille* Princ. Berald.

13. *eae*] Man. Hot. Cren. — *ea* priores.

Ibid. *reditibus*] Lugd. — *reo tutibus* Princ. — *redditibus* ceteri.

14. *occasione aut*] Sic scripsi. — *casione aut* Prioc. — *cessione aut* Berald. Ald. Lod. — *accessione ut* Lugd. Hot. Mao. Creo.

16. *Postumiis*] Princ. Berald. — *Posthumiis* Ald. et seqq.

18. *ne pec.*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *ac pec.* ceteri. — Fero *ne pec.*, malim tamen *neu pecunias*.

20. *Hinc*] *in* Prioc.

Ibid. *hic*] om. Lugd. Man.

21. *susceptor ostenditur*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *susceptor hic ostenditur* Logd. Man. — *susceptor esse ostenditur* Hot. Cren.

(§. 101.) *Cui sit data, nil ad me*] Oratorie, quae probari non possunt, fingit se voluntate negligere. Terentius: *En,*

Non dico, quasi non noris, tentatum advenis.

(§. 102.) *Tabulas cum conficeres*] Quomodo ergo dicit Verrem tabulas non habere, sed aliquo tempore coepisse non scribere? Haec ergo tempora rationis tabulas confectas habent.

His expensum non ferres] *Expensum ferre* est scribere, te pecuniam dedisse.

Acceptum Curtii referrent] Accepisse a te se scriberent, expensum tulisse te eis scriberent.

[73] (§. 103.) *Ut ex utroque genere*] Summa divisionis et actionis praeturae urbanae et criminum C. Verris in duobus constituta, iuris dictione et sartis tectis.

(§. 104.) *Qui auspicato a Chelidone*] Auspicari dicuntur ineuntes magistratus, et quia *chelidon*, id est, hirundo, urbem frequentat, facete urbanam provinciam Chelidonis auspicio meretricis dicit esse susceptam.

Neque census esset] Neque centum millia sestertiûm possideret. More veterum *censi* dicebantur, qui centum millia professione detulissent. Huiusmodi adeo facultates *census* vocabantur. Alii sic intelligunt: *Neque census esset*, hoc est, neque census eius in quinquennium † dives factus: quorum annorum spatio instaurari census solet apud censores, quorum administratio per lustrum, hoc est, quinquennium, tenditur.

(§. 105.) [*An tentatus*] Tamquam scire quis vellet, qualem se praetorem fuerit praebiturus.

---

1. *nil*] Princ. Berald. Lod. — *nihil* ceteri cum editt. Ciceronis.
Ibid. *Oratoris quae*] *oratorieque* Princ. — *oratoriae quae* Ald.
2. *Terentius*] Phorm. Act. II. Sc. 3. vs. 41. Exemplum hoc aptius fortasse addi poterat scholio ad §. 105. *An tentatus* etc.
Ibid. *En*] *Hem* editt. Terentii. — om. Schûtz.
7. *His*] *iis* editt. Ciceronis. Ibid. *ferres*] *ferris* Princ.
10. *exp. tulisse te eis scriberent*] Sic scripsi. — *exp. talis se te ei scribere* Princ. — *exp. tabulis te ei scribere* Berald. — *exp. fuisse a te eis scriberent* Ald. Lod. — *exp. tulisse te sibi scriberent* Lugd. Hot. Man. Cren.
11. *Summa divisionis et actionis*] *Summa divisio accusationis* Hot. Cren. — „Vetus, *summa divisionis et actionis*. quae sententia inepta est." HOT.
13. *sartis*] Lod. et seqq. — *sarctis* Princ. Berald. Ald.
14. *Auspicari*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *aves pascere* priores.
Ibid. *ineuntes*] Ald. et seqq. — *Hi euntes* Princ. Berald.
15. *et quia chelidon, id est, hirundo*] Lod. et seqq — *et qui chelidonis est hirundo* Princ. Berald. — *quia et chelidon, id est hirundo* Ald. — „Vide Antonio. Liberal. metam. XI." GARAT.
16. *facete*] Lod. et seqq. — *facere* antiquiores.
19—20. *More veterum - - - vocabantur*] Haec verba, praemisso iterum lemmate *Neque census esset*, leguntur infra post verba *publicique iudicii* (ad §. 109. pag. 75. Hot.) in Princ. Berald. Ald. Lod.
19. *More*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Nam more* ceteri.
Ibid. *millia prof.*] *millia in prof.* Lod.
21. *census*] *sensus* Princ.
22. *dives*] Sic corrupte Princ. Berald. Ald. Lod — *illud esset* ceteri.
23. *tenditur*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *extenditur* ceteri.
24. *An tentatus*] om Princ. Berald. Ald.
Ibid. *scire*] *sciret* Princ. Ald.

Appellat heredem] Iniuriosnm verbnm in persona praetoris: *appellatio* enim est inferioris ad potiorem.

(§. 106.) *Cum intelligam, legem Voconiam*] Voconius legem tulerat, ne quis census, hoc est, pecuniosus, heredem relinqueret filiam. Hoc ergo caput edicti est legem Voconiam probantis praetoris.

(§. 107.) *Non improbum, non inofficiosum, non inhumanum*] Haec enim testamenta non solent valere. Nam *improbum*, contra leges, *inofficiosum*, contra merita, *inhumanum*, contra pietatem.

(§. 108.) *Sua sponte scelerata ac nefaria est*] Maleficia sponte et non disputatione iurisconsultorum, sed naturali interpretatione, fugienda sunt, ut veneficium, parricidium et caetera, quae etiam nullo prohibente evitanda sunt.

Cornelia testamentaria, nummaria] † ut Cornelia testamentaria, quae moneta, ne quis privatim pecuniam faceret.

A certo tempore] Ut et quod semper reprehensum est tamen a certo tempore in iudicium veniat et a certo tempore plecti possit. [73]

(§. 109.) *Rata esse patietur*] Hoc totum ἐν ὑποκρίσει, ut quasi per indignationem dici videatur et interrogative.

---

1. *persona*] Logd. Hot. Mao. Cren. — *personam* priores.

2. *potiorem*] *superiorem* Graevil MS. — „Nihil his duabos notulis ioeptius est. Cuius generis cum adeo multas optimis admixtas loveniam, ferme de Asconianis fragmentis Wieliogio assentior Lect. Iuris civilis II. 20., quemvis illam de NON CENSIS opinioοem eius aevo proferri potuisse concederem." GARAT. Verba Wieliogii l. l. baec sunt: „Ad me quod attioet, optimum quidem auctorem Ascouiom censeo, et io praeclerissimis meliorls aetetis ingeniis numerendum; attamen com pauca tantom fragmenta, eaque corruptissima et interpolata valde, ad nos pervenerint; non sioe ratione dubitere mihl videor, an varbe modo allata pro Asconianis beberi debeaot. Ascooius certe, antiquitatum peritissimus et legum, neque *censum* cum *classico* turpitar coofudisset; neo *centum millia oeris*, sive *assium*, centum sestertiorum millia foisset interpretatus. Videantur, qoi simile de fragmentis istis e Poggio primum editis iodicium tuleruot, Hadr. Cardinalie de Serm. Lat. p. 131. et Scioppius passim, in Infem. Fam. ac potissimum in Iud. de Stil. Hist. p. 169"

3. *intelligam*] *intelligot* Princ. Berald. Lod.

4. *filiam*] Lod. et seqq. — *filium* priores.

9. *scelerata ac nef.*] *scelerata et nef.* apud Cicerooem Steph. Lamb. Zompt.
Ibid. *Maleficia*] Ald. et seqq. — *beneficia* Princ. Berald., quod mendosum videbatur iam Melaochthoni.

10. *et non*] Ald. et seqq. — *ut non* Prloc. Berald.

11. *quae etiam*] Logd. Hot. Man. Cren. — *etiom quae* priores.

12. *evitanda*] Ald. et seqq. — *et vitanda* Princ. Berald.
Ibid. *sunt*] om. Lod.

13. *ut Cornelia test. quae moneta*] Sic corrupte Prioc. — *ut Corn. test. quae de moneta* Berald. Ald. Lod. — *Lex Cornelia nummaria, quae de moneta* Lugd. Hot. Man. Cran. „*Cornelia nummaria*] Deesse quaedem in meo codice ascripta asterisci oota sigoificat. Illud vero deest, quo lege testamentaria quid saoctum esset, exposuit Ascooius." HOT.

14. *privatim*] Prioc. Berald. Ald. Lod. cum Graevii MS. — *privatus* ceteri.

15. *A*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Ex* ceteri cum editt. Ciceroois.
Ibid. *certo*] *corto* Princ.
Ibid. *Ut et quod*] *Ut etiom id quod* Logd. Man.

16. *possit*] Lugd. Hot. Mao. Creo. — *posset* priores.

17. *esse patietur*] Prioc. Bereld. Ald. Lod. — *esse non patietur* Logd. Hot. Mao. Creo. „Sed baec scriptura per se improbanda (quom enim dicitur: *is*

Cedo mihi leges Atinias, Furias] Istae omnes de iure civili sunt, nihil continent criminum capitalium publicique iudicii.

(§. 113.) *Bona fortunasque*] Bona in ipsis possessionibus, fortunae in fructibus earum.

Eripies pupillae togam praetextam] Toga communis habitus fuit et marium et feminarum, sed praetexta honestorum, toga viliorum: quod etiam circa mulieres servabatur.

(§. 114.) *Hoc populus Romanus non manu vindicasset*] Confusa locutio. Abundare enim videtur *non.*

Posteaquam ius praetorium constitit] Ex quo ius praetorium stabilitum est. Sic hoc dixit, quasi diceret: post conditam urbem Romam, aut: post hominum memoriam, ex quo est ius praetorium.

Tum uti quemque potissimum heredem esse oporteret] Proximum.

---

omnia — non patietur? significatur: *is — omnia evertet?* hic autem necessario dicendum erat: *non omnia — patietur?* ut significaretur, nihil tolli debere: affirmatio enim haec est: *omnia — patietur;* quaeritur, possitne quisquam hoc *non* facere; id est: *non omnia — patietur?*) — haec, inquam, lectio in Asconii ed. I. non est, ubi scribitur, *rata esse patietur*, eodemque modo in Aldina [et in Berald.]; restituenda est igitur Prisciani et Steph. Lambinique lectio: *is non omnia — rata esse patietur?*" MADV.

Ibid. *ἐν ὑποκρίσει*] *εγγηηρισει* Princ. — om. Berald. — *ἐν ἀποκρίσει* Graev. Schütz.

1. *Furias. Istoe*] Princ. Berald. — *Furias*, *Fusias* (*Fuffias* Lugd.) *Istae* Ald. et seqq.

4. *earum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *eorum* priores.

5—7. Hoc scholion duobus, quae sequuntur, postpositum est in Princ. Berald. Ald. Lod.

5. *Eripies pup.*] Sic scripsi. — *eripis pup.* Princ. Berald. Ald. — *Eripies igitur pup.* Lod. et seqq. cum editt. Ciceronis.

6. *marium*] *maris* Lugd.

Ibid. *honestorum*] *honestiorum* Lod.

7. *quod etiam - - servabatur*] „Vide Menardum, qui, ne Asconium culpet, librarios accusat. Cur non emendet? Sed quodcunque hoc est, a prima scribentis manu est, sive is Asconius fuerit, sive alius." GARAT. Menardus monuit togam puram, id est, quae non esset praetexta, fuisse etiam honestorum, cum virorum, tum mulierum; togam vero praetextam fuisse sacerdotum, magistratuum et puerorum ingenuorum.

9. *Abundore enim videtur non*] „Nihil abundat, si cum interrogatione legas, non tamen semper vigilas, Asconi." MANUT.

10. *Posteaquom ius praet.*] Lod. et seqq. — *posteaquam praet.* (om. *ius*) Princ. Berald. Ald.

Ibid. *constitit*] Princ. Berald. Ald. — *constitutum* Lod. — *constitutum est* Lugd. Hot. Man. Cren. cum editt. Ciceronis.

11. *Sic*] *si* Princ.

12. *aut*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ut* priores.

Ibid. *est*] om. Graev. Schütz.

Ibid. *ius praetorium*] „Praetura quarto demum Romae seculo instituta est." GARAT.

13. Scholion hoc et sequentis lemma restitui de Orellii coniectura. *Proximum* tamquam Ciceronis legebatur inter *uti* et *quemque*, verba autem, *Si is int. mort. esset*, inde ab Aldo omnes praeter Lodoicum interpreti tribuebant.

Ibid. *oporteret*] Lod Lugd. Man. — *oportet: et* Princ. Berald. Ald. — *oporteret*] *Et* Hot. Cren. — *oporteret*] *Ut* Graev. Schütz.

Si is intestatus mortuus esset, ita secundum eum possessio daretur] Quasi ab intestato agnati eius succederent, quamvis diceretur testamentum fecisse, si tamen tabulae non proferrentur.

Et hoc vetus edictum translaticiumque esse] Translaticia veteres dixerunt non nova nec nuper inventa, sed aliunde translata.

(§. 115.) *Si habuisset iste edictum*] Quale supra translaticium dixit esse.

Lege ageret in hereditatem] Experiretur iure, quemadmodum probaret se heredem scriptum esse, et possessionem a praetore peteret.

Aut pro praede litis vindiciarum cum satis accepisset, sponsionem faceret, et ita de hereditate certaret] Aut peteret, inquit, ut possessor esset, aut acciperet ab adversario satis pro praede litis vindiciarum et ipse sponsionem faceret, et ita de hereditate certaret. [74] *Lis vindiciarum* est, cum litigatur de ea re apud praetorem, cuius incertum est quis debeat esse possessor: et ideo, qui eam tenet, dat pro praede litis vindiciarum adversario suo, quo illi satisfaciat, nihil se deterius in possessione facturum, de qua iurgium esset, rursus sponsione ipse provocatus ab adversario certare pugnam aut aestimationis, quid amittat, ni sua sit hereditas, de qua contendit. *Praedes* ergo dicuntur satisdatores locupletes pro re, de qua apud iudicem lis est, ne interea qui tenet diffidens causae possessionem deteriorem faciat, tecta dissipet, excidat arborea et culta deserat.

(§. 116.) *Si possessor, sponsionem non faciet*] Subauditur *est;* hoc est, Si possessor est, sponsionem non faciet.

Quid id ad praetorem] Bene dixit. Cum enim incertum sit, cuius debeat esse possessio, cur praetor dicat *Si possessor est*, quasi

---

1. *intestatus*] *intestato* edit. Ciceronis.

Ibid. *sec. eum possessio daretur*] Ald. et seqq. — *sec. potissimum daretur* Princ. Berald.

3. *proferrentur*] *proferentur* Princ.

4. *esse*] Man. — *est* ceteri.

Ibid. *translat.*] *tralat.* Berald. Lod. ubique.

10. *Aut pro praede litis*] *Aut praedes litis* Berald. Ald. — „*Aut pro praede*] Apertius esset, *Aut per praedes.*" MANUT.

11. *faceret*] *facere* Princ.

Ibid. *et*] om. Lugd. Hot. Man. Cren. cum edit. Ciceronis. Durissimum h. l. asyndeton praeter Pseudo-Asconium tollit etiam Ursini codex, probante Graevio. (Absorptum est *et* a praeced. syll. *ret.* Or.)

15. *apud praetorem, cuius incertum*] Ald. et seqq. — *cuius apud praetorem certum* Princ. Berald.

Ibid. *dat*] Princ. Berald. — *satis det* Ald. — *satis dat* Lod. et seqq.

16. *satisfaciat, nihil*] *satisfaciat is, nihil* Lod.

17. *facturum*] Ald. et seqq. — *futurum* Princ. Berald.

Ibid. *de qua iurgium esset*] „*Iurgium* pro *lite* dixit. Illustratur hoc ab Henr. Cannegietero Diss. de Aviano c. XXI." GARAT.

18. *provocatus*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *provocatur* ceteri.

Ibid. *certare pugnam*] Sic corrupte Princ. Berald. — *certae pecuniae* Ald. et seqq.

19. *quid*] Princ. Berald. — *quam* Ald. et seqq.

22. *tecta*] *recta* Princ.

23. *faciet*] Ald. et seqq. — *faceret* Princ. Berald.

24. *hoc est, Si*] *hoc si* Princ.

iam probaverit possessorem esse eum, qui incubavit? Ergo, a quo pretium accepit, possessorem illum vocat, et vetat eum facere sponsionem, et cum in possessionem mittere praetor ipse deberet, quem nondum misit iam possessorem appellat.

Ergo, quia possessor est, non moves possessione: si possessor non esset, non dares] Contrarium posuit, ut ostenderet improbitatem gratificati praetoris. Ergo nec adimere tibi licet possessionem incubanti, nec dare iure poscenti: † quod tum utrumque. Cur hunc possessorem nominas, a quo corruptus es, quasi eum, quia possessor dicitur, amovere de possessione non posses?

(§. 117.) *Si de hereditate ambigitur*] Caput est edicti Verris.

Hoc translaticium est] Ciceronis verba sunt.

[75] *Qui se dicat heredem esse*] Verba Verris iniusta. Dabo, inquit, si quis tabulas testamenti bene obsignatas protulerit. Sequitur nunc: Dabo, inquit, si se tantum heredem factum esse dixerit, quamvis ille testamentum non proferat. Apparet Verrem contra Minuciam gentem fuisse corruptum ab eo, quem ante possessorem appellat in edicto, quam ei possessionem paratus est dare.

Ipse in Siciliensi edicto] Figura prolepsis. Non enim adhuc pervenimus ad Siciliam, cuius crimina in accusatione futura sunt, in tempore praeterita.

(§. 118.) *Capite Anniano*] Proprie iuris *capita* dicuntur.

(§. 119.) *In quibus ita intercessit*] Intercedere, ut vides, etiam praetor praetori solet, ut Piso Verri, appellatione causae ad collegam facta.

(§. 120.) *Quam plena ac referta Chelidonis*] Plebeia quaedam

---

5. *possessinne*] Ald. et seqq. — *possessionem* Prioc. Berald.

7. *adimere tibi*] Lod. et seqq. — *adimeret ibi* Prioc. Ald. — *adimere ibi* Berald.

8. *quod tum utrumque. cur*] Sic corrupte Prioc. Berald. Ald. — *quod tu utrumque facis, cum* Lod. — *quod cum utrumque fieri oporteat, cur* ceteri.

10. *possessor dicitur*] Logd. Hot. Man. Cren. — *possessor adicitur* Princ. — *possessori adiicitur* Berald. — *possessor adiicitur* Ald. — *possessinni addicitur* Lod.

Ibid. *amovere*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *movere* Lugd. Hot. Man. Creo.

Ibid. *posses*] *possis* Lod.

11. *Caput est edicti*] Lod. et seqq. — *Caput est dicti* priores.

13. *Qui se dicat*] *qui dicat*, omisso prooomioe, apud Ciceronem edidit Zumptius.

Ibid. *Verris iniusta*] *Verris ista iniusta* Lod.

15. *Sequitur nunc: Dabo*] Sio scripsi. — *sequitur: Dabo* Logd. Man. — *sequitur: non dabo* ceteri. — „Menardus Asconium accusat, potius emendandum. Maoutius negatiooem abiecarat, et exinde Oporini editio. Quod si nolis, retrahe illam superius, ut sit, *Non dabo, inquit, nisi quis.* Tum, *dabo, si se*, ut Maoot. cuius totior est ratio; altera, qoam proposoi, conveoieotior, si MSi firmaboot." GARAT.

18. *ei*] Lod. et seqq. — *in* priores.

21. *praeterita*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *praeterito* priores.

22. *Anniano*] Ald. et seqq. — *Annianio* Princ. Berald.

26 et sqq. Scholion hoc sequenti postpositum est in Princ. Berald. Ald. Lod.

26. *plena ac referta*] *plena atque referta* editt. Ciceronis. Sed cum Pseudo-Asconio consentiunt codd. Lagom. omnes, quos secutus est Zumptius. (Item cod. Saogall. Or.)

clienta Verris Chelido fuit, quae illum etiam moriens fecit heredem: qua causa impure illam meretricem appellat orator.

(§. 122.) *Tribunus plebis*] M. Lollius Palicanus.

Cuius rei] Non in eodem negotio, sed generaliter: cuius criminis, id est, crudelitatis.

Suo tempore] De suppliciis.

(§. 123.) *Viros bonos et honestos*] Quomodo igitur fallunt mortui voluntatem, cum ad Verrem adeunt? An vetuste bonos pro magnis, honestos pro divitibus posuit? An bonos et honestos, ut ipse crediderat?

Dat eis possessionem] Iniuste. Aut solvi enim potius debuit testamentum, quod contra legem Corneliam factum fuerat, aut integrum cum voluntate mortui permanere.

(§. 124.) *Lex est: poena est*] Accusetur, inquit, cum fecerit, et damnetur. Hoc praetoris est, non prohibere, ne faciat. Qui enim ius dicit, factorum iudex est, non futurorum, duntaxat in civilibus causis.

O modestum ordinem] Quia *ordinem* dixit, equitum Romanorum ordinem dici quidam putant. Sed libertinos significat, quorum non [76] *conditionem*, sed more suo quasi honestorum *ordinem* vocat.

(§. 125.) *C. Sulpicius Olympus fuit*] Vetus locutio: *Eminus est Vulturnus Capua tria millia passuum.*

---

1. *clienta*] Princ. Ald. — *clientula* ceteri.

2. *impure*] Princ. Ald. — *impune* ceteri. *Impure* significat „*turpi vocabulo.*" Or.

3. *Lollius Palicanus*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Iolius palacanus* Princ. — *Iolius Placanus* Berald. — *Lolius Palacanus* Ald. — *Lolius Palicanus* Lod. — Conf. Gerlachium in Comment. ad Salust. fragm. p. 27. seq. qui, quum tribunum nostrum apud Quintil. Instit. Or. IV. 2, 2. in optimis codd. vocari *M. Ollium* vel *Olium* docuisset et *Lolliae* genti cognomen fuisse *Palicanum* testimonio summorum interpretum probasset, tamen Madvigii (p. 117.) auctoritate ductus eum, ut in deterioribus Quintiliani libris, *Acilium* nominari maluit. Contrariam sententiam recte amplexus est Zumptius ad Ciceronem: quamquam hic quoque in Quintiliani editione vulgarem lectionem retinuit, quam primus emendaturus est Meierus noster.

4—5. Hoc scholion proximo postpositum est in Princ. Berald. Ald. Lod.

6. *Suo tempore. De suppliciis*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Suo tempore. Cum agetur de suppliciis* Lugd. Hot. Man. Cren.

7—9. Haec sequuntur proximum scholion in Princ. Berald. Ald. Lod.

7. *Viros*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Is viros* Princ. Berald. Ald. — *P. Trebonius viros* Lod. 10. *eis*] *hic* Lod. — *his* editt. Ciceronis.

Ibid. *Aut solvi enim*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Aut enim solvi* Lugd. Hot. Man. Cren.

18. *libertinos*] *libertinas* Princ. Ibid. *quorum*] *quatuor* Princ.

19. *conditionem*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *conditione* priores.

Ibid. *vocat*] Ald. et seqq. — *vetat* Princ. Berald.

20. *Vetus locutio* cet.] „Asteriscus hic est in editt. Oporini aliquid indicans desiderari. Deest etiam nomen fortasse auctoris, unde locus est de Vulturno desumtus: quem quidam non vacat inquirere. Ita vero se locus ille habere potuit, ut Livianus hic II. 32. *In Sacrum montem secessisse, trans Anienem amnem est, tria ab urbe millia passuum.* Ceterum in Tullianis narrationibus nihil hac forma usitatius, ut pro Cluent. 5. 16. cui tamen non videtur Asconianum exemplum accedere. Sed mutilus est Asconius." GARAT.

21. *Eminus est Vulturnus* cet.] Quid sibi hoc velit, aut cur adnotatum sit, non assequor. Aliunde huc translatum videtur." SCHUETZ.

Ex edicto [*istius*], *quod edictum Sacerdos non habuerat*] Edictum in causa veteri novum adhuc ostendit, ut nummarium probet. Nam ex ipso negotio videtur edixisse Verres, ut omnis libertus non patrono tantum, sed etiam patroni filiae sextam relinqnat hereditatis.

L. Gellius] Sine ornamentis nomen posuit, quia per se clarum est: consularis et nobilis vir.

(§. 126.) *Adventicia*] Quia ab alieniore hereditas veniebat.

(§. 128.) *Non alienus a matris eius genere et nomine*] Qui putant εἰρωνικῶς pronunciandum, non vident contra testis sui dignitatem nunquam dicturum Ciceronem fuisse. Ergo simpliciter accipiendum est. Vult enim patrem Verris divisorem fuisse, matrem honestiorem intelligi.

Tabulas protulit] Per quas probavit abisse a se pecuniam certis nominibus inscriptis. Non enim Verres scripserat se accepisse, sed ille, quo tempore, unde et quomodo et per quos dederit, scriptum in tabulis ostendit.

(§. 129.) *Quo maximarum rerum frequentissimae saepe advocationes fiunt*] Vel uti consulantur a convenientibus advocati, vel ut alterutri parti apud arbitros adsint, vel ut ipsi iudices in rem aliquam capiantur.

(§. 130.) *Quibus de sartis tectis*] Harum rerum cura propria censoribus datur, id est, sartorum tectorum. Verum haec cum caeteris

---

1. *istius*] om. Princ. Berald. Ald.
2. *probet*] Lod. et seqq. — *probes* antiquiores.
3. *edixisse*] *elixisse* Princ.
4. *patroni*] Lod. et seqq. — *patronis* Princ. Berald. Ald.
5. *Gellius*] *gallius* Princ.
6. *vir*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *viri* Lugd. Hot. Man. Cren.
7. *alieniore*] *alienatione* Man.
9. *εἰρωνικῶς*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *hironicos* Princ. — *Ironicos* Berald. Ald. Lod.

Ibid. *sui*] Sic scripsi, consentiente Garatonio. Legebatur *suae*.

14. *pecuniam c. n. inscriptis*] Lod. — *pecuniam c. n. inscriptas* Princ. Berald. Ald. — *pecunias c. n. inscriptas* Lugd. Hot. Man. Cren.

15. *ille quo tempore*] Sic scripsi, nondum visa Garatonii adnotatione. Legebatur *illo tempore*. — „Emendabam *ille quo* ad orat. pro Quintio c. 11. ubi de hac re." GARAT.

17. *frequentissimae*] Ald. et seqq. — *frequentissime* Princ. Berald.

Ibid. *saepe*] Princ. Berald. Ald. — *quotidie* Lod. et seqq. cum editt. Ciceronis.

18. *Vel uti consulantur a conv. advocati*] Sic scripsi. — *veluti consulentum conv advocatis* Princ. Berald. Ald. — *veluti consultum conv. advocatis* Lod. — *Vel uti consulantur conv. advocatis* Lugd. Man. — *Vel uti consulatur conv. advocatis* Hot. Cren.

Ibid. *vel ut*] *velit*, *ut* (priori voce cum praecedentibus iuncta) Lod.

21. *sartis*] *sarctis* Princ. Berald. Ald. ubique.

22. *tectorum*] *tectorum exigendorum* Hot. Cren. „Deest *exigendorum* in omnibus. quod autem sequitur, scriptum ita erat, *verum haec in tum publicis tum privatis opibus aedilium c. e. a.* Quod nos ex historia correximus." HOT.

Ibid. *Verum haec cum caeteris inite aut aedilium*] Sic corrupta Princ. Ald. Lugd. Man. — *verum haec c. c. inire aut aedilium* Berald. Lod. („*aut* vacare videtur." LOD.) — *Verum haec tueri et procurare, cum caeteris item tum publicis tum privatis operibus*, *aedilium* Hot. Cren.

† inite aut aedilium cura est annua. Praetores, nisi senatus decreverit, de hac re minus laborant.

(§. 132.) *Sine ullo intertrimento*] *Detrimentum* vel unius partis dici potest, *intertrimentum* vero ad utriusque partem spectat, dantis et accipientis.

(§. 133.) *Nullam esse columnam, quae ad perpendiculum esse* [77] *possit*] Perpendiculum linea laterum aequalitatem probat, a summo ad imum altitudinem probans. Hoc cum in columnis omnibus, tum maxime † instructibus vetus timoris non aliquid provenit, in quibus aut media aut ima crassiora sunt.

(§. 136.) *Sartis tectisque dominata est*] Addidit *que*, ut esset plenum dictum, nam *sarta tectaque* dicuntur.

(§. 137.) *Eques Romanus, publicanus*] * aut potius parco et attento, quo magis indignum sit ad meretricem venisse.

(§. 139.) *Etenim iudicium, quod prope omnium fortunarum*] Causam Mustius pecuniariam habuit Tullio defendente, cuius oratio non est edita.

(§. 141.) *Foro ornato*] Haec fieri ludis solebant, qui in foro etiam tum dabantur.

Renunciat Rabonius] *Renunciat*, irritam nunciat.

Ab eo mancipe, quem iste apposuisset] Rabonio scilicet.

---

1. *Praetores - - - laborant*] om. Man. Cren.

4. *intertr. vero ad utriusque partem sp. dantis*] Lod. — *Intertr. vero ad unius partis sp. dantis* Princ. — *Intertr. non ad unius partem sp. dantis* Berald. — *Intertr. non ad unius partis sp. sed dantis* Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *intertrimentum vero dantis* (omissis intermediis) Schütz.

6. *nullam esse col.*] *nullam col.* (om. *esse*) Ald. Lod. Lugd. Man.

7. *aeq. probat, a summo*] Sic scripsi. — *aeq. probat summo* Princ. Berald. Ald. Lod. — *aeq. a summo* (om. *probat*) Lugd. Hot. Man. Cren.

8. *altitudinem*] *altitudine* Man. — *latitudine* Hot. Cren.

Ibid. *Hoc cum*] *hoc autem cum* Hot. Cren.

9. *instructibus vetus timoris non aliquid provenit*] Sic corrupte Princ. — *instructibus vetus tumoris non aliq. provenit* Berald. — *in structionibus vetus * timoris. nam aliq. provenit* Ald. — *in structilibus vetusti moris provenit* Lod. *in structilibus evenit* Lugd. Man. — *in structilibus vetustis, ubi tumoris est aliquid, evenit* Hot. Cren.

11. *tectisque*] *tectis quae* Berald. Ald. Lugd.

Ibid. *que*] *quae* Lugd.

12. *tectaque dic.*] Pr. Ber. Ald. Lod. — *tecta dic.* Lugd. Hot. Man. Cren.

14. *Eques R. publicanus. aut pot. parco et attento*] Sic mance Princ. Berald. Ald. — *Eques R. publicanus*] *Honestus aut pot. pro parco et attento* Lod. — *Frugalissimus homo*] *Parcus et attentus. Castissimus*] *Quo m. cet.* (om. *Eq. R. publ.*) Lugd. Man. — *Eq. R. publicanus*] *Aut potius parcus et attentus* Hot. Cren.

Ibid. *quo*] *quae* (compend.) Princ.

15. *Etenim iudicium, quod*] Pr. Ber. Ald. Lod. Zumpt. — *Etenim iudicium id, quod* Lugd. Hot. Man. Cren. — *etenim id iudicium, quod* vulgatae editt. Ciceronis.

16. *Mustius*] Lod. et seqq. — *mortuis* antiquiores.

18—19. Hoc scholion sequenti postpositum est in Princ. Berald. Ald. Lod.

18. *Haec f. l. solebant*] *Hoc f. l. solebat* Hot. Cren.

20. *Renunciat Rabonius*] *Renunciata novus* Princ. — *Renunciat Habonius* Berald. — Scholion hoc excidit e Lugd. Man.

21. *iste*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *ipse* Hot. Man. Cren. — om. Lugd.

Ibid. *Rabonio*] Ald. et seqq. — *habonio* Princ. Berald.

Vafrum] Acutum, callidum.

(§. 142.) *Quod est igitur remedium? quod?*] Repetit *quod*, ut deliberantis cunctatio videatur inesse verbis eius.

In bonis praedibus praediisque vendundis] *Bona praedia* dicuntur bona satisdationibus obnoxia, sive sint in mancipiis, sive in pecunia numerata: *praedia* vero domus, agri. Haec omnia venduntur, si rationi publicae locator sartorum tectorum non responderit. Ad hoc autem haec omnia sunt obnoxia, ut pro sua voluntate agat redemptor operis, quicquid suo periculo facit. Tu autem, Verres, cum ego rei publicae sim obnoxius, et praedibus, id est, fideiussoribus et praediis oppositis, tu mihi non exactor sis operis, sed dominus voluntatis meae?

Ut optima conditione sit] Ad hoc, inquit, adstrictus redemptor [78] tenetur rei publicae, ut optima conditione, quod vult, de redemptione sua agat. Et tu eum excludis, quem solum admitti oportuit, ut ad rius pecuniam ac sumptum operis, quem illi imputaturus es, alius accedat.

Et praedibus et praediis] *Praedia* sunt res ipsae, *praedes* homines, id est, fideiussores, quorum res *bona praedia* [non] uno nomine dicuntur.

Populo cautum est] Aerario scilicet.

(§. 143.) *Corriguntur leges censoriae. Quid enim? Video*] *Εἰρωνικῶς* pronunciandum.

---

1. *scilicet. Vafrum. Acutum*] Sic scripsi. — *s. fabrum acutum* Princ. Berald. — *s. fabro. Acutum* Ald. — *scilicet * fabro acutum* Lod. — *scilicet fabro. Veteratorium.*] *Acutum* Lugd. Hot. Man. Cren. — „illud *fabrum* nihil est aliud quam *vafrum* propter Germanicam pronuntiandi rationem corruptum; in cod. Huydecop. [item in Lagom. 5. 27. 29. 42.] pro *tectum* est *verum*. Fuit, ni fallor, in interpretis codice: *nihil ab isto vafrum, nihil veteratorium exspectaveritis*." MADV.

2. *quod? Repetit quod, ut*] *Quod repetit, ut* Ald.

3. *deliberantis cunctatio*] *delibrantis cunctario* Princ.

4. *vendundis*] *vendendis* editt. Ciceronis, forma minus apta formulae iuris.

6. *Haec omnia*] *Hoec autem omnia* Lod.

7. *tectorum*] om. Lugd. Man.

8. *autem haec*] Lod. et seqq. — *autem ante haec* priores.

10. *rei publicae*] Sic (i. e. *R. P.*) Princ. Berald. Lod. — *Ro. Po.* Ald. — *populo Romano* Lugd. Hot. Man. Cren.

11. *oppositis*] Schütz. — *appositis* priores. — „Leg. *oppositis*. *Opponere* enim nonnumquam est pignori dare apud Catullum et alios." GRAEV.

12. *voluntatis meae? Ut opt.*] Lod. — *voluntatis. me autem opt.* Princ. Berald. — *voluntatis. ne autem opt.* Ald. — *voluntatis? Ut opt.* Lugd. Hot. Man. Cren.

13. *rei publicae*] Sic (*r. p.*) Princ. Berald. Ald. — *Ro. Po.* Ald. — *populo Romano* Lugd. Hot. Man. Cren.

14. *eum*] Ald. et seqq. — *cum* Princ. Berald.

Ibid. *ut*] Ald. et seqq. — *et* Princ. Berald.

15. *imputaturus es*] *imperaturus es* Hot. Cren. „Vetus, *imputaturus es*." HOT.

17—19. Hoc scholion sequenti postpositum est in Princ. Berald. Ald. Lod.

17. *Et*] om. Lugd. Hot. Man. Cren. cum edd. Ciceronis.

18. *non*] *nunc* Lod. — om. Hot. Cren.

21. *censoriae*] *censorie* Princ. Ald. Lugd. Man.

22. *Quid enim? Video. Εἰρωνικῶς*] Sic scripsi. — *quid enim quia non hironicos* Princ. Berald. — *QUID ENIM quia non ironicos* Ald. — *quid enim?*] *Ironicôs* Lod. — *quod enim video.*] *Non εἰρωνικῶς* Lugd. Hot. Man. Cren.

Socium ne admittito] Qui tradere aedem debebat.

Neve partem dato] Aliud enim *socius*, aliud *particeps*, qui certam habet partem, non divise agit, ut socius.

Neve redimito] Ne ipse iterum a se redimat, aut per suppositam personam, ut alter ei redimat.

Cuius praedia suberant] Satisdatorem dicit fuisse D. Brutum.

(§. 146.) *Si quid operis causa rescideris*] Satisdet damni infecti redemptor novus veteri, si quid pro necessitate operis in aede laeserit.

Qui redemit] Rabonium significat.

Qui a vetere redemptore accepit] [Pupillum] dicit. Huic iubet satisdare Rabonium, hoc est, ipsum sibi: nam cum sit tutor pupilli, utrobique res eius agitur.

Hoc opus bonum suo cuique] Verbum est res diversas simul comprehendens, hoc est, bono latere, integris mensuris, apta arena, utili calce, machinis idoneis, proba materie.

(§. 147.) *Manupretii machina*] Manupretium dicitur, ubi non tam materiae ratio quam manus atque artis ducitur.

---

1. *admittito*] *admitto* Ald.

Ibid. *Qui*] Lod. — *quae* (per comp.) Princ. Berald. Ald. — *Eum qui* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *debebat*] *debeat* Lod.

2. *particeps, qui*] *particeps, nam particeps qui* Hot. Cren. „Vetus, *Aliud p. q. c. h. p. non divise agit.* Quod cur correximus, minime obscurum est." HOT.

3. *divise*] *indivise* Hot. Cren.

4. *Neve redimito*] *Neve ei redimito* Man.

Ibid. *aut per*] *ut per* Lugd.

5. *at*] om. Lugd. Man.

Ibid. *ei*] om. Cren.

6. *suberant*] Princ. — *subierant* Berald. Ald. Lod. — *subierant periculum* Lugd. Hot. Man. Cren. — Locum Ciceronis interpres noster sic videtur legisse: *D. Bruti, cuius praedia suberant, periculum;* quae lectio concinnitatem huius loci eximie auget. Sic enim singuli genitivi nomen habent, a quo quisque pendeat. *Subesse* (ὑποκεῖσθαι) autem est, quod Pseudo-Asconius de eadem re dicit *obnoxium esse.*

9. *Qui redemit*] Sic scripsi. — *qui redimit* Princ. Berald. Ald. — *Qui redemerit* Lod. Man. Cren. cum editt. Ciceronis. — *Qui redimit, redemerit* Lugd. Hot.

Ibid. *Rabonium*] *Habonium* Princ. Berald. ubique.

10. *qui a vetere*] Lod. et seqq. — *quia a uerre* Princ. Berald. — *qui a Verre* Ald.

Ibid. *accepit*] Pr. Ber. Ald. — *acceperit* Lod. et seqq. cum editt. Ciceronis.

Ibid. *Pupillum dicit*] *dici* (om. *Pupillum*) Princ.

11. *Huic iubet s. Rabonium*] Haec pro lemmate exhibent Ald. et Lod., apud quem sic leguntur: *Eum sibi ipsum iubet s. Rabonium.*

12. *utrobique*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ubique* Lod. — *ut ubique* priores.

13. *bonum suo cuique*] Ald. Lod. Hot. Cren. — *bonum suum cuique* Princ. Berald. — *bono suo quoque* Lugd. Man.

14. *bono*] Ald. et seqq. — *bona* Princ. Berald.

Ibid. *arena*] *harina* Princ.

16. *Manupretii machina. Manupretium dic*] Madvigius. — *manu praedii machina dic.* Princ. Berald. — *manu predii * machina dic.* Ald. — *Et manus precium machinae.*] *Machina dic.* Lod. — *Manupretii machinae.*] *Manupretium dic.* Lugd. Hot. Man. Cren.

17. *artis*] Hot. Cren. — *aptis* Princ. Ald. — *apertis* Berald. — *operis* Lod. Lugd. Man.

(§. 148.) *De populo accedere*] Hucusque a capite, quod est *At enim*, interrogative pronunciandum est, et contra responsive: *Omnes reiecti sunt.* Omnia, inquit, facta sunt, ne quis de populo redemptor [79] fieret, qui aut pupillo parceret, aut conscius praedae praetoris non esset. † Responderunt Ciceronem impensam operis pravam putant non moram sed hac inquit angustias temporis non ti . . . . habonius propter convenientiam Verris.

(§. 149.) *Istam diem quomodo assequitur?*] Quomodo accurrit ad diem?

Neque Kalendis, neque Nonis, neque Idibus] † Religiose in me . . . . nominat vultu divo novit Idus Kal. Cicero in Nonas addidit, quamvis hoc pronunciatione solvatur. At cum irrisione hoc dici videre possumus.

Putabat se aliquid defensionis habiturum] Ut diceret: Adeo nullum apposui redemptorem, ut post diem praestitutum operi non ab eo susceperim opus, nec in acceptum retulerim.

Ut uno minus teste haberet] Ut de tot, qui contra se sunt, testibus unum Rabonium detraheret.

(§. 150.) *Cum die caeteros exclusisset, tum in eius potestatem*

---

1. *accedere*] *accede* Princ.

Ibid. *a*] om. Princ. Berald. Ald. Lod.

2. *quod est At enim*] Inter verba *est* et *At* vacuum spatium decem fere literarum habet Princ., lacunae signum Berald. Ald.

Ibid. *pronunciandum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *pronunciatum* priores.

4. *qui aut*] Lod. et seqq. — *quia ut* Princ. Berald. — *quia aut* Ald.

Ibid. *non*] om. Lugd. Hot. Man. Cren.

5. *esset. Responderunt - - - convenientiam Verris*] Locum corruptum et mancum depinximus ex edit. Princ., quacum ita consentiunt Berald. Ald. Lod., ut *putare* habeant pro *putant*, *conniventiam* pro *convenientiam*; Lod. praeterea *has* et *timuit Rabonius* pro *hac* et *ti * habonius*. — *esset. Sed quaeritur, qui fieri potuit, ut cum ex Idibus Septembribus in Calendas Decembres* (*Decembris* Man.) *diem operi faciundo praestituerit, omnes angustiis temporis excluderentur, in tanta facilitate operis faciendi, quantam ipse ostendit, cum diceret, minus esse operis illas quatuor columnas reponere, quam unam ab integro novam efficere. Respondetur, Ciceronem impensam operis parvam putare, non moram, sed has, inquit, angustias temporis non timuit Rabonius propter conniventiam Verris.* Lugd. Hot. Man. Cren. — „*Sed quaeritur*] Sex hi versus desiderantur in manuscripto et Aldi libro: a Danesio ex antiquo, ut putamus, codice restituti." HOT.

8—9. Hoc scholion sequenti postpositum est in omnibus editt. praeter Cren.

10. *Kalendis*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Calendis Decembribus* Lugd. Hot. Cren. cum editt. Ciceronis. — *Calendis Decembris* Man. — Apud Ciceronem vox *Decembr.* glossatori deberi videtur, qui eam e superiori versu repetiit. Causam enim, cur Cicero, si Kalendis nomen mensis addere voluisset, idem in Nonis et Idibus, ad quas *Decembribus* suppleri nequit, facere neglexisset, non perspicio.

11—12. Lacunae signa etiam inter verba *vultu* et *divo*, *divo* et *novit*, *Kal.* et *Cicero*, posuerunt Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. Graev. Quintum asteriscum inter *nominat* et *vultu* addidit Schützius.

11. *in*] om. Ald. Lugd. Hot. Man. Cren.

12. *At cum irrisione*] Sic scripsi. — *atrum in visione* Princ. Berald. Ald. Lod. — *Et cum irrisione* Lugd. Hot. Man Cren.

14—16. Haec proximo scholio postposita sunt in Princ. Berald. Ald. Lod.

15. *apposui*] *apposuit* Man.

16. *retulerim*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *retuli* priores.

19. *Cum die - - - venire volebat.*] Haec male tamquam pars praecedentis scholii interpreti tribuuntur ab Hot. Cren. Graev. Schütz.

venire volebat] Praestituendo diem angustissimam operi duas res assecutus est Verres, inquit: et caeteros exclusit conditione temporis, et ipsum Rabonium in sua potestate habuit, qui videbat sibi praedam eripi a Verre, sed non se commovebat metu operis praefiniti.

Qui sibi ereptam praedam arbitraretur] Rabonius scilicet a Verre sibi arbitraretur lucrum redemptionis ereptum.

Quod iam iste referre non poterat] Nimis erat invidiosum.

Rabonii tabulae] In quibus scriptum est, ad Verrem pecuniam [10] pervenisse, quam Rabonius tutor pupilli nomine dedit Verri, tamquam si ille a pupillo acciperet.

(§. 151.) *Gracchi, credo, aut Saturnini*] Seditiosorum tribunorum plebis.

(§. 152.) *Sine bulla*] Simul cum praetexta etiam bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertinis scortea, quasi bullientis aquae, sinus communiens pectusque puerile.

(§. 154.) *Dubitamus, quid iste in hostium praeda molitus sit*] Scilicet cum piratarum navem cepit et praedam omnem ad se advertit.

Ex L. Metelli manubiis] Ex aede Castoris, quam de manubiis L. Metellus exstruxerat, qui Metellus subacta Dalmatis Dalmaticus appellatus est. *Manubiae* autem sunt praeda imperatoris pro portione de hostibus capta.

A signo Vortumni in circum maximum] Signum Vortumni in

Ibid. *caeteros exclusisset*] *ceteros redemptores exclusisset* editt. Ciceronis.

Ibid. *eius potestatem*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *eius arbitrium ac potestatem* Lugd. Hot. Man. Cren. cum editt. Ciceronis.

1. *volebat*] Princ. Hot. Man. Cren. et seqq. — *nolebat* Ber. Ald. Lod. Lugd.

5. *videbat sibi*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *videbat quidem sibi* Lugd. Hot. Man. Cren.

4. *non se commovebat*] *non commovebatur* Ald.

Ibid. *operis*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *temporis* Lugd. Hot. Man. Cren.

5. *scilicet a*] *scilicet, qui a* Hot. Cren.

7. *referre*] *ferre* Lugd. Man. cum editt. Ciceronis.

Ibid. *Nimis erat*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Nimis enim erat* Lugd. Hot. Man. Cren.

8. *Rabonii*] *haboni* Princ. Ald.

9. *quam*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *quas* priores.

10. *ille*] Princ. Berald. — *ipse* Ald. et seqq.

14. *libertinis scortea*] Lod. et seqq. — *libertini scorta* Princ. — *Libertini Scortea* Berald. Ald.

15. *bullientis aquae*] Lod. et seqq. — *bulientis atque* Princ. — *bullientis* (om. altera voce) Berald. — *bullientis * atque* Ald.

Ibid. *pectusque puerile*] „Vide Plutarch. Quaest. Rom. [§. 101.] pag. 287." GARAT. (An leg. *b. aquae fascinus c. pectus p.?* Or.)

16. *praeda*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *praedam* priores.

17. *cepit*] *caepit* Princ. — *coepit* Berald.

Ibid. *advertit*] Princ. Berald. Ald. — *avertit* Lod. et seqq.

19. *exstruxerat*] *extruserat* Princ. — „Malim *instruxerat*. Ornarat enim quatuor columnis. Votam autem a patre Posthumio Latino bello dedicaverat filius, auctore Livio [II. 20. 42.]: instruxerat Metellus, Plutarcho [in Pompeio cap. 2.]." HOT. Dissentit Garatonius, quem vide.

20. *autem sunt*] *sunt autem* Princ. Ald.

22. *Vortumni*] *Vertumni* editt. Ciceronis. Sed vide Orellii Inscriptt. Latt. vol. I. p. 311. vol. II. p. 396.

ultimo vico Turario est sub basilicae angulo flectentibus se ad † postramus dextram partem. Vortumnus autem deus invertendarum rerum est, id est, mercaturae. Circus autem maximus est idem, in quo nunc circenses spectantur.

Quam tu viam thensarum et pompae eiusmodi exegisti] Sic exegisti. Exigere viam dicuntur magistratus, cum viciniam cogunt munire quam diligentissime sumptu facto. *Thensae* autem sunt sacra vehicula, *pompa* ordinum et hostiarum. *Thensas* alii a divinitate dici putant, alii, quod ante ipsas lora tenduntur, quae gaudent manu tenere et tangere, qui eas deducunt. *Orbita* autem duas res significat: nam orbita et rota ipsa intelligitur et vestigium rotae in molli solo.

(§. 155.) *Intercessisset contra legem Corneliam*] Ut tribuni plebis aliorum quoque magistratuum capessendorum potestatem haberent. Persuasisse dicitur hanc legem Opimius.

Contra alicuius hominis nobilis potestatem] Catulum significat,
[81] qui tunc princeps fuit Syllanae factionis.

Paucos homines ut levissime dicam arrogantes] Catulum, Hortensium Curionemque significat.

(§. 157.) *Manubias detrahere conatus sit*] Spolia quaesita de vivo hoste nobili per deditionem *manubias* veteres dicebant, et erat imperatorum haec praeda, ex qua, quod vellent, facerent.

---

1. *Turario*] Princ. Ald. — *Thurario* ceteri.

Ibid. *flectentibus*] Ald. et seqq. — *plectentibus* Princ. Berald.

2. *ad postramus*] Sic corrupte Princ. — *ad prost amae* Ald. — *ad postremam* ceteri. — „Fort. *ad Rostra versus dextram partem:* cui lectioni convenit vici Turarii situs. Vid. Nardini Roma antica 2. p. 135." Or.

Ibid. *invertendarum*] *vertendarum* Berald. Lod.

3. *rerum est, id*] *rerum, id* Berald. Lod.

Ibid. *nunc*] *tunc* Princ. 5. *thensarum*] *thesaurum* Princ.

Ibid. *et*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *atque* Lugd. Hot. Man. Cren. cum editt. Ciceronis.

6. *Sic exegisti*] *Sic egisti* Princ. — *Sic exegisti, ut* Lod.

Ibid. *viciniam*] *vicinam* Princ.

7. *munire quam dil.*] Ald. et seqq. — *numi ee cum dil.* Princ. — *munire cum dil.* Berald.

8. *ordinum*] „Malim *deorum.*" Or. Ibid. *hostiarum*] *hostiorum* Princ.

9. *lora*] Lod. et seqq. — *lucra* priores.

Ibid. *gaudent*] *gaudentur* Princ.

10. *eas*] Ald. et seqq. — *ea* Princ. Berald.

12. *Intercessisset*] *Intercessit* Graev. Schütz.

13. *Ut tribuni pl. aliorum quoque magistratuum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *Ut in bonis aliorumque magistratuum* (*magistratum* Princ.) antiquiores. — „*Ut tribuni*] Id prohibebat lex a Sylla data. Idem Asconius, Appianus et alii. Intercedebat igitur Opimius, ut liceret. Quod si ita est, aut *dissuasisse* profecto legendum est pro *persuasisse:* aut *L. Sylla*, pro *Opimius.*" HOT.

14. *dicitur*] Ald. et seqq. — *dicit* Princ. Berald.

15. *potestatem*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *voluntatem* Lugd. Hot. Man. Cren. cum editt. Ciceronis.

Ibid. *Catulum significat* cet.] „Narrasse Asconius superiore adnotatione videtur, unde vera Opimii accusandi exstiterit causa, cum falso nomine accusatus fuerit, eamque in legis Aureliae suasione locasse. Hic vero tantummodo nomen eius addit, quem in suasionis suae calore potissimum irritaret Opimius." GARAT.

17. *dicam*] *appellem* cod. Lagom. 29., quem secutus est Zumptius.

21. *quod*] *quid* Berald.

Nam de subsortitione illa Iuniana iud. nihil dico] Sortitus erat iudices praetor Verres in iudicio, quo Oppianicus accusatus est a Cluentio. Reiectione utrinque facta subsortitus [est] in eorum locum Verres, ut mos est, alios. Damnato Oppianico cum in invidia res esset, quod pecunia reus videretur oppressus, et princeps illorum iudicum damnatus esset Iunius, quod diceretur alios supposuisse, qui reum damnarent, non eos, quos praetor fuerat subsortitus; etiam Verres ipse, ut haec invidia adversus Iunium vera videretur, sustulit quos in suis tabulis habebat et alios in litura scripsit et obsignavit anulo non solum suo, sed etiam scribae sui, quem furtorum participem suorum et divitem fecerat et anulo donaverat aureo.

(§. 158.) *Eiusmodi subsortitionem homo amentissimus suorum quoque iud. fore putavit*] Obscurus locus, sed, ut opinor, hic sensus est: Putavit, inquit, Verres eodem loco supponi potuisse iudices, qui se corrupti absolverent, quemadmodum suppositi erant, qui Oppianicum condemnarant. Nam Q. Curtius sodalis eius, iudex quaestionis, subsortiebatur in locum reiectorum, quos iste redemerat, improbos iudices, quibus ad venales sententias proferendas ultimo die subiectis uteretur. Facile autem pro veris iud. improbi supponi poterant volente hoc iudice quaestionis et illis patientibus, † quibus in iud. erat: quia nisi citati non considebant, et grave onus erat et incommodum, iudicare.

Q. Curtium iudicem quaestionis] Apparet hunc post hoc factum a Cicerone esse reiectum convicio populi, qui in corona aderat.

1. *subsortitione*] Lod. et seqq. — *sortitione* priores.
Ibid. *dico*] Ald. et seqq. — *dicet* Princ. — *dicere* Berald.
3. *a Cluentio*] *aduentio* Princ.
Ibid. *est*] om. Princ. Berald.
4. *ut mos est, alios. Damn.*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *At mos est alios damn.* Princ. Berald. Ald. — *At vero damn.* Lod.
Ibid. *cum in invidia*] Lod. et seqq. — *cum invidia* Princ. Berald. — *cum invidiae* Ald.
9. *litura*] Ald. et seqq. — *littera* Princ. Berald.
12. *Eiusmodi*] Princ. Berald. Ald. Lod. Zumpt. — *Eiusdemmodi* Lugd. Hot. Man. Cren. cum vulgatis edit. Ciceronis.
Ibid. *subsortitionem*] Ald. et seqq. — *ob sortitionem* Princ. Berald. — *sortitionem* codd. Ciceronis.
Ibid. *amentissimus*] Ald. et seqq. — *amentissimum* Princ. Berald.
14. *iudices*] *ius* Princ. — *eos* Ald.
16. *condemnarant. Nam Q. Curtius, sodalis eius, iudex*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *condemnarant. Namque Cursius sodalis eius iud.* Princ. — *condemn. Namque Curtius sodalis eius iudex* Berald. Ald. — *condemnarant. Per sodalem suum Q. Curtium.*] *Index* Lod.
17. *locum reiect.*] Ald. Lugd. Hot. Man. Cren. — *locum non reiect.* ceteri.
Ibid. *redemerat*] Lod. et seqq. — *adimerat* Princ. — *ademerat* Berald. Ald.
19. *veris*] *uerris* Princ.
Ibid. *iud.*] Sic per comp. Princ. Berald. — *iudices* Lod. — *iudicibus* ceteri.
Ibid. *volente*] *nolente* Princ.
20. *quibus in iud. erat.*] Sic corrupte Princ. Berald. Ald. — *qui iudices erant* Lod. — *qui veri iudices erant* Lugd. Hot. Man. Cren.
21. *considebant*] *confidebant* Berald. Ald.
Ibid. *iudicare*] Lod. et seqq. — *iudicaret* antiquiores.
22. *Q. Curtium iudicem quaestionis. Apparet*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *quae cortum iud. quo et apparet* Princ. Berald. Ald. — *Q. Curtium iudicem. Quo apparet* Lod. Ibid. *hunc post*] *hunc et post* Lod.

Ex hac decuria nostra] *Decuriam* modo ordinem, ac per hoc ex nobis, quia honestiorum decuriae, inferiorum centuriae dicebantur.

Cuius mihi potestatem largissimam fieri oportebat] Quae scilicet non fieret, si pro nobis alii subiicerentur.

Quos iste annuerat] Quasi diceret, † suggeret.

Sine causa] Non reiectis scilicet iis, in quorum locum alios subsortiebatur, hoc est, † vestro nobis manente neque reiecto.

---

1. *Ex hac decuria nostra*] Ald et seqq. cum vulg. editt. Ciceronis. — *et hac decuria nostram* Princ. — *Et haec decuria nostra* Berald. — *ex hac decuria vestra* Zumpt.

2. *per hoc ex nobis*] Sic scripsi. — *per hos et nobis* Princ. — *per hoc et vobis* Berald. Ald. — *per hoc et nobis* Lod. — *per hoc ex vobis* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *decuriae, inferiorum*] Ald. et seqq. — *decurioe per haec et nobis inferiorum* Princ. — *decuriae per haec ex vobis inferiorum* Berald.

3. *Cuius mihi potestatem largissimam fieri oportebat*] *Cuius mihi copiam quam largissime factam oportebat* Lugd. Man. cum editt. Ciceronis.

4. *nobis*] Princ. Berald. — *vobis* Ald. et seqq.

5. *Quasi*] *quam si* Princ. Berald.

6. *diceret, suggeret. Sine causa*] Princ. — *diceret suggoret sine causa* Berald. — *dicat, suggerit causa* Lod. — *diceret suggereret. Sine causa* ceteri.

Ibid. *locum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *loco* priores.

7. *vestro nobis*] Sic corrupte Princ. Berald. Ald. Lugd. Man. — *vero numero nobis* Lod. — *unoquoque vestrum nobis* Hot. Cren. „Ita restitui, quum in aliis legatur, *hoc est vestro nobis* cet." HOT.

PSEUDO - ASCONIUS

IN

M. TULLII CICERONIS

ACTIONIS SECUNDAE IN C. VERREM

LIBRUM SECUNDUM.

ARGUMENTUM.

Haec sine dubio ad accusationem propositi criminis spectat oratio. [83] Nam superiore anteactae res sunt expositae, quae quia magis adiuvant accusationem, quam ipsae sunt principales, in unum librum coactae sunt iudicio Ciceronis cursim enumerantis, quae Verres quaestor, quae pro quaestore, quae legatus, quae denique praetor urbanus admiserit. Ubi ventum est ad causam ipsam et Siciliensia crimina, quatuor libros edidit, unum de iuris dictione, alterum de frumento, tertium de signis, quartum de suppliciis: in qua distributione non ordo temporis, sed facinorum genera et momenta servata sunt. Incipit autem a laude Siciliae et egreditur ad crimen Dionis, deinde Sosippi et Philocratis. † Si de iure Siculorum everso. Frustra quidam Ciceronem reprehen-

---

Huic commentationi in Princ. et Berald. praescripta sunt haec: *DE PRETURA VRBANA. FINIT LIBER. III. INCIPIT LIBER IIII.*

1. ARGUMENTUM] om. Princ. Berald. Ald. Lod.

2. *accusationem*] Lod. et seqq. — *accusatorem* priores.

3. *Nam superiore anteactae res sunt exp.*] Sic scripsi. — *nam superiore anteactis rebus exp.* Princ. Berald. — *Nam superiores ante actis rebus exp.* Ald. Lod. — *nam in superiore anteactae res sunt exp.* Lugd. Hot. Man. Cren.

4. *quam ipsae sunt princ.*] Ald. Lugd. Man. — *quam ipse sunt princ.* Pr. — *quam ipse, princ.* Berald. — *quam ipsae princ.* Lod. — *quam ipsae sint princ.* Hot. Cren.

5. *enumerantis*] *enumerantes* Princ.

6. *pro quaestore*] *proquaestor* Man.

Ibid. *legatus quae denique*] Ald. et seqq. — *legatusque denique* Princ. — *legatus denique* Berald.

11. *Philocratis*] Princ. Berald. Ald. Lod. cum quibusdam codd. Cic. cap. 9. §. 25. — *Epicratis* ceteri cum edit. Ciceronis.

12. *Si de iure Siculorum everso. Frustra*] Sic corrupte Princ. Berald. Ald. Lod. — *sed de iure Siculorum everso frustra* Lugd. Hot. Man. Cren.

dunt, quod non inde eoeperit, cum superiora crimina non egeant eiusmodi tractatu, qui ad sequentia pertinet, et oratoris eonsilio a magnis iisdemque clarioribus sumendum esset exordium. Itaque post hoe † de merodio expressis honoribus ab invitis, de Epierate Bidino, deque rebus eapitalibus, de Sopatro, de Sthenio, de iure dicundo. Alterum [34] de senatoribus, de sacerdotibus, de censoribus pretio a Verre factis, de collatione in statuas, de publicanorum eum Verre convenientia in furtis, de tabulis Carpinatii pecunias Verris extraordinarias continentibus. Genus eausae in omnibus Verrinarum libris admirabile. Status principaliter eonieetura.

ENARRATIO.

(§. 1.) *Ea me ad hoc negotium provincia attraxit*] Hoe vero plus est quam quod in Divinatione dixit: *Suscepi causam rei publicae.*

(§. 2.) *Princeps Sicilia*] Tum enim Messana civitas seditione divisa auxilium contra Hieronem per legatos a populo Romano petiit: quod initium fuit discordiae.

Nunquam postea deficerent] Apparet, quia post societates et amicitiam firmatam nihil tale commiserant.

In amicitia perpetuo manerent] Quae nunquam defecerant.

(§. 3.) *Signis monumentisque pulcherrimis*] Praeparatio ad librum de signis.

(§. 4.) *Denique ille ipse M. Marcellus*] Hie, imperator cum esset, vieit eepitque Syracusas et victis pepercit.

---

1. *inde*] *indie* Princ.
2. *et*] om. Princ. Berald. Ald. Lod.
3. *iisdemque clar.*] Ald. et seqq. — *iisdem clar.* Princ. Berald.
4. *hoc de merodio expr.*] Sic corrupte Princ. Berald. Ald. Lod. — *hoc de Heraclio, de expr.* Lugd. Man. — *hoc duo criminum genera persequitur ad extremum, primum de Heraclio, de expr.* Hot. Cren.

Ibid. *Epicrate*] Ald. et seqq. — *epicrote* Princ. Berald.

Ibid. *Bidino*] Ernestius. — *Bideno* ceteri.

5. *capitalibus, de*] *capitalibus, ubi de* Hot. Cren.

Ibid. *Sopatro*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Sopatre* ceteri.

Ibid. *de Sthenio, de*] Lod. — *desticenio de* Princ. — *Cesticenio de* Berald. — *de Aenio, de* Ald. — *de Sthenio, quae omnia genus unum criminum efficiunt, quod est de* Lugd. Man. — *de Sthenio, quae omnia sunt de* Hot. Cren.

11. *ENARRATIO*] *INITIUM EXPOSITIONIS* Cren. — om. ceteri.
12. *vero*] Lod. et seqq. — *verbo* priores.
13. *rei publicae*] *Ro. Po.* Ald.
15. *per legatos*] Hot. Cren. — *per alios* priores. „*Per legatos*] Ex Polybio. Vetus, *per alios*, similiter autem etiam paulo infra locutus est. HOT. Hot. ex Polybio recte hoc emendavit. Fortasse haec MSo Graevii confirmatur emendatio: neque enim solet is admonere." GARAT.

Ibid. *petiit*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *petit* antiquiores.

18. *Apparet, quia post societates et amic.*] Lod. et seqq. — *Apparent quia societates et post amic.* priores.
19. *perpetuo*] *perpetua* Lugd. Hot. Cren.

Ibid. *defecerant*] Hot. Cren. — *defecerat* priores.

23. *cepitque*] *caepitque* Princ. Berald. Ald. Sic infra.

Quae cum manu munitissima esset] Ne quis diceret: Non fuit, quod timeret.

Cum vi consilioque cepisset] Ne quis diceret: Non potuit.

Hostium urbem] Syracusas.

(§. 5.) *Quando illa frumentum*] Omne genus pensitationis in hoc capite positum est, canonis, oblationis, indictionis.

Italico bello] Sociali.

(§. 6.) *Quae forsitan ne sentiamus quidem, iud.*] Quaedam commoda † ita naturalia consequuntur, ut sanitatem integritatem virium. sentimus autem si subtrahantur eiusmodi rem dicitis negent lucra faciunt locupletes sunt de opportunitate Siciliae.

(§. 7.) *Illam veterem*] Bonam.

Hanc, quae nunc inc.] Malam.

Neque publicanus, neque negotiator] Odiosissima haec sunt Romanorum hominum per provincias nomina.

(§. 8.) *Aram legum*] Tribunal praetoris ac subsellia iudicum. [85]

Publico consilio] Quia non potest negari, fuisse illos accusatores M. Lepidi, addidit: *publico consilio*, quasi illud non omnes tunc fecerint.

---

4. *Hostium urbem*] Haec Ciceronis esse vidit Orellius. Ceteri cum praecedentibus sic iungebant: *Non potuit h. u. S.*

6. *canonis* cet.] „*Canonem* intellige *frumentarium*, de quo vide Glossar. nom. Cod. Theodos. *Indictionem* autem *extraordinariam*, de qua iuris lexicon Brissonianum. Ita enim verba Tullii iubent. Putamus vero haec Asconii aetate tali sensu verba fuisse adhibita? Cuius generis etiam videtur vox *pensitatio* et formula, quae ad Divinat. 13. [§. 41. p. 115. l. 14.] profertur: ex qua et his Asconii talia non esse citius dixerim, quam ita eius aevo locutos Romanos, quod ad arg. Divin. deducit Fabricius. Aliae accedunt causae, ut ad I. Accus. 41. [§. 105.] dicebam, vetusque adeo mea opinio est. Servium item, ut hunc nostrum, alienis auctum docuit MSorum collatio, et Burmannus praef. ad Virgil. resque ipsa clamat." GARAT. 8. *forsitan*] *sortitam* Princ.

Ibid. *sentiamus*] Princ. Berald. Ald. Lod. Zumpt. — *sentimus* ceteri cum vulgatis edd. Ciceronis.

8—11. *Quaedam - - - - Siciliae*] Verba haec corrupta dedimus qualia leguntur in Princ. Berald. Ald. (*dictis* pro *dicitis*) — *Quaedam commoda ita naturalia consequuntur, ut sanitas, integritas virium, ut ne sentiantur. sentimus autem, si subtrahant * eiusmodi* (cetera sicut Princ.) Lod. — *Quaedam commoda ita, ut non sentiantur, alia consequuntur, ut sanitatem integritas virium. sentimus autem, si illa subtrahantur: cuiusmodi est, quod nunc dicit, negotiatores Romani lucra faciunt, et locupletes sunt de opportunitate Siciliae* Logd. Hot. Man. Creo.

12. *Bonam*] Sic scripsi. Supple *disciplinam.* — *b. c.* . . . . . Princ. — *B. C.* Berald. — *bonam consuetudinem* Ald. et seqq.

13. *Hanc*] Princ. Berald. — *Non hanc* Ald. et seqq.

Ibid. *inc.*] *in. C.* Princ. Berald. — *increbruit* Ald. Hot. — *increbuit* ceteri.

14. *negotiator. Odiosissima haec*] Princ. Hot. Cren. — *negotiator odiosi, haec* Berald. — *negotiator odio sit. Haec* Ald. Lod. Logd. Man.

16. *Aram*] *asiam* Princ.

Ibid. *Tribunal*] Lod. et seqq. — *tribul.* Princ. Berald. Ald.

17. *Quia*] om. Berald. Ibid. *illos*] *illo* Princ.

18. *non*] om. Ald. Lod. Logd. Man. — „*Quasi illud omnes tunc fecerint*] Aut *non omnes* sententia postulat, aut *non fecerint* pro *tunc fecerint* legendum omnino est." HOT. Supersedere potuisset coniecturis suis vir eruditissimus, si alium praeter *Veterem* suum librum consuluisset.

Etsi illum annum] M. Lepidi praetoris, qui accusari coeperat a duobus Metellis, Celere et Nepote: qui eum legibus interrogassent, vicli eius apud populum gratia destiterunt.

Ut bis ex ea familia] Semel proavus conservavit victor Syracusas, iterum hic pronepos magistratu suo Siculos recreavit.

Et postea M. Antonii] Hic est M. Antonius, qui gratia Cottae consulis et Cethegi factione in senatu curationem infinitam naetus totius orae maritimae et Siciliam et provincias omnes depopulatus est, et ad postremum inferens Cretensibus bellum morbo interiit.

(§. 9.) *In neminem ante hunc*] Recte, quia Lepidus legibus tantum interrogatus necdum coeperat accusari.

(§. 10.) *Postulata consulibus, quae non postulata*] Ne ipse in Verrem concitasse Siculos videatur, voluntatem contra Verrem in multis aliis rebus esse monstratam † cum de illis superioribus, tum etiam, quia petitiones ad senatum per legatos Siculi tales miserunt, ut non tam beneficia postulare, quam huius iniurias describere videantur, ut puta eum petunt, ne rei fiant absentes, quia Sthenius apud Verrem hoc passus fuerat, et alia huiusmodi.

A quo mea longissime ratio] *A quo*, a qua re, a quo negotio, accusationis scilicet.

(§. 11.) *Publice privatimque*] Aut legati, aut suas iniurias persequentes.

At quemadmodum, iudices, venerint] Obscurus sensus, et per hyperbaton cum parenthesi figura, et novo modo in sententia magis quam in verbis explicatur. Est enim sensus hic: *At quemadmodum, iudices, venerint*, id est, quam animose contra Verrem, ex hoc co-

---

1. *Etsi*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Tametsi* ceteri cum editt. Ciceronis. Ibid. *illum*] *et illum* editt. Ciceronis; sed abest *et* a bonis codicibus.

4. *ea*] *eadem* Man. cum editt. Ciceronis.
Ibid. *Semel proavus cons.*] Sic scripsi. — *semel quod avus cons.* Princ. Berald. Ald. — *Semel quod proavus cons.* Lod. et seqq.

5. *recreavit*] Ald. et seqq. — *creavit* Princ. Berald.

6. *Et postea*] *Postquam* Lugd. Man. cum deterioribus libris Ciceronis. Quod autem Orellius Pseudo-Asconio lectionem tribuit *et post*, id pertinet ad p. 176. l. 6., ubi eadem haec Ciceronis verba afferuntur. Item *post*, omisso *et*, legitur p. 122. l. 5. Hic vero nemo edidit *et post*.

8. *maritimae, et Sic.*] Princ. Berald. Lod. — *maritimae, Sic.* (om. *et*) ceteri.

11. *necdum coeperat*] Berald. — *nec dum de ceperat* Princ. — *necdum etiam coeperat* Ald. et seqq.

12. *Postulata cons.*] Lod. et seqq. — *Postulat a cons.* Princ. Berald. Ald.
Ibid. *non postulata*] Ald. et seqq. — *non postulat* Princ. Berald.

13. *voluntatem - - - tum etiam*] Sic corrupte Princ. Berald. Ald. Lod. — *voluntatem eorum contra* (*in* Man. — om. hanc vocem Lugd.) *Verrem cum multis aliis rebus esse monstratam dicit, tum etiam* Lugd. Hot. Man. Cren.

16. *videantur*] *viderentur* Hot. Cren.

19. *a quo, a qua re*] Ald. et seqq. — *a quo quare* Princ. Berald.

21. *Publice privatimque*] Man. — *publicae ac iniquae* Princ. Berald. Ald. Lod. — *Publice privateque* Lugd. Hot. Cren.

22. *persequentes*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *prosequentes* Princ. Berald. — *prosequentis* Ald. Lod.

25. *venerint*] „Non vidit Asconius, si legatur *venerunt*, obscuritatis nihil esse: ut nunc in vulgatis libris legitur." MANUT.

gnoscite. Et docet, quotiens deterriti et per quos et quibus minis accusandi tamen Verris non deposuerint voluntatem. [86]

Saluti enim potius illorum consulam quam voluntati] Hoc ideo, quia contra Metellum dicturus est, Siciliae nunc praetorem.

Quaestores utriusque provinciae] Duos quaestores habet Sicilia, Lilybaetanum et Syracusanum; nam praetori una provincia est, quaestori duae.

Praesto fuerunt] Ut impedirent scilicet meam inquisitionem. Sequitur enim: *Non minus acres contra me fuerunt.*

(§. 12.) * * * Apparet, cum triennio Siciliam tenuerit unus Verres, quaestores tamen per annos singulos huic esse mutatos.

Praetorem vero] Ipsum Metellum, successorem Verris.

(§. 13.) *Una opera*] Quod Romam venerunt, aut quod processerunt in conspectum iudicum.

In laudando atque repetendo] Accusando repetundarum.

Qua ratione isti amica sit] Ob remissa munera societatemque praedarum.

Alia civitas nulla, iudices, publice] Scilicet laudant aliae, sed non publico consilio, per privatos testes. Supra enim dixit: *praeter duas civitates*, Mamertinam scilicet et Syracusanam.

(§. 14.) *Vis illa summi imperii*] Metelli praetoris in Sicilia et Romae fratris eius Metelli alterius consulis cum Hortensio.

Iniussu populi ac senatus] Magnifice † quidem Siculum tantum dicit et populum et senatum.

Testimonium publicum mandataque acceperant] A suis civitatibus scilicet.

---

1. *quotiens*] Princ. — *quoties* ceteri.
2. *accusandi*] *excusandi* Berald.

Ibid. *tamen*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *tantum* Princ. Berald. Ald. — *tantam* Lod.

3. *illorum*] *eorum* editt. Ciceronis.

Ibid. *voluntati*] *voluptati* Princ. Berald. Lod.

4. *nunc*] Princ. Hot. Cren. — *tunc* ceteri.
7. *quaestori*] *quaestoribus* Man.
9. *acres*] Ald. et seqq. — *hac res* Princ. — *hae res* Berald.

10—11. *Apparet - - - mutatos.*] Haec iungebantur cum superiori scholio. Sed manifesto pertinent ad verba: *qui quattuor in una provincia quaestores* cet.

13—14. Hoc scholion sequenti postpositum legitur in Princ. Berald. Ald. Lod.

15. *In*] *hi* Princ.
16. *sit. Ob remissa*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *sic ab se missa* Princ. Berald. — *sit. * ab se missa* Ald. — *sit. Ob ad se missa* Lod.
17. *praedarum*] Ald. et seqq. — *praeclarum* Princ. Berald.
18. *publice*] Princ. Berald. Ald. — *publico etc.* Lod. — *publico consilio* Lugd. Hot. Man. Cren. cum editt. Ciceronis.
19. *testes*] Lod. et seqq. — *testis* priores.
22. *alterius consulis*] *alterius praetoris urbani*, *alterius consulis* Hot. Cren.
24. *Magnifice quidem Siculum tantum dicit*] Sic corrupte Princ. Berald. Lod. — *M. q. S. tamen dicit* Ald. Lugd. Man. — *Magnifice, quum de miserrimis et tenuissimis oppidis Siciliae loquatur, tamen dicit* Hot. Cren. Graev. „Sic reposui ea ipsius Ciceronis verbis. Vetus, *Magnifice quidem siculum tamen dicit* cet." HOT. „An ita divinavit Hot., or eadem ad unum verba in MS. Graev. superfuerint? Certe hoc scire interfuisset." GARAT.
25. *mandataque*] *mandata quae* Ald.

Usu venisse] Contigisse.

(§. 17.) *Statim Romae et ad urbem*] Praeturae ius. Omnis enim magistratus, qui intramuranus non est nec urbanus, etiamsi administrator eius Romae est, *ad urbem* dicitur. Salustius: *Ii utrique ad urbem imperatores erant.*

Maximam uno anno pecuniam facere posset] Cur *uno anno?* [57] An quia non divinabat Arrio sibi non successuro per triennium se [fuisse] in Sicilia futurum?

(§. 18.) *Cum videret in foro latrocinia*] Furta in aede Castoris ac pro Rostris.

In quarto actu improbitatis] Fabula, sive tragica, sive comica, quinque actus habere debet. Ergo et mire transtulit, et significat, administrationes in re publica Verris infames tamquam scenicos actus spectaculo omnibus fuisse.

Non solum genera furandi, sed etiam nomina] Species negotiorum † hominum quasi significant.

(§. 19.) *Quas ego istum in Italia scripsisse arbitror*] Quasi in navi scribere non potuerit. Sed hoc eo dicit, quia constat Verrem negotia Siciliae extra Siciliam didicisse.

(§. 21.) *Sacerdote praetore*] Hic et temporis admonitio est et argumentum calumniae Verris, de qua Sacerdos nihil contra heredem statuerit.

Quadruplatores] Accusatores, sive delatores criminum publicorum sub poena quadrupli, sive quod ipsi ex damnatorum bonis, quos accusaverant, quartam partem consequebantur.

Ad urbem] Iam supra diximus, quid intersit *ad urbem* et *in urbe.*

(§. 22.) *Is, qui Erycum montem obtinebat*] Lilybaetanus scilicet

---

2. *Praeturae ius*] „Haec verba pertinere mihi videntur ad ius sortiendae provinciae. Aliquid fortasse Asconius ad superiora notaverat." GARAT.

4. *Salustius*] „Catil. XXX. n. 4. Confer Hotom. ad I. Act. 15. [§. 45.] Hic *Romae est*, non vero quod ait ibi *in urbe*, pro eo accipi potest, quod ICti dicunt *in continentibus.*" GARAT.

Ibid. *Ii*] *Hi* Man.

6. *facere posset*] Ald. et seqq. — *f. f.* Princ. — *s.* Berald.

7. *quia non divinabat*] Princ. Ber. — *quia divinabat* Ald. et seqq. perperam.

Ibid. *Arrio sibi non successuro*] *Arrio sibi successuro* (om. *non*) Berald. — *Arrium sibi non successurum* Lod.

Ibid. *se*] Ald. et seqq. — *te* Princ. Berald.

8. *fuisse*] om. Lod.

12. *significat*] Sic scripsi. — *significare* Princ. — *significatur* ceteri.

13. *re publica*] *Ro. Po.* Ald.

15. *Non solum*] *non modo* editt. Ciceronis.

16. *hominum quasi significant*] Sic corrupte Princ. Berald. Ald. Lod. — *hominumque significat* Lugd. Hot. Man. Cren.

21. *de qua Sacerdos*] „Sensus, opinor, nullus. Corrigendum putarem, *Quando Sacerdos nihil contra heredem statuerit.*" HOT.

26. *Iam supra diximus*] Ad Act. I. §. 45.

Ibid. *in urbe*] Ald. et seqq. — *in urbem* Princ. Berald.

27. *Is, qui Erycum montem obtinebat*] Sic scripsi cum Zumptio. — *iis qui horincum montem obtinebant* Princ. Berald. — *iis qui Erycinum* (*Hericinum* Ald. *Erycum* Lod.) *montem obtinebant* Lugd. Hot. Man. Cren. — *is, qui Erycinum montem obtinebat* Man.

quaestor, non Syracusanus. Nam hos binos quaestores annuos habuit Sicilia.

Excursor et emissarius] Sic vocantur conciliatores furtorum, quae a magistratibus committuntur, atque internuncii.

Paulo tamen consideratiorem] Si consideratiorem, inquit, aliquatenus calumniatorem quaereret, reperire non posset.

Veneri absolvit, sibi condemnat] Sensus hic est, ita Verrem in causa bona tamen praedatum, quasi minus damni esset, si Dionem Erycinae Veneri addicere voluisset.

Quod non debebatur] Mire perseveravit in causa, ut ostenderet calumniam fuisse praetoris.

(§. 23.) *Quid ipsius Q. Caecilii Dionis*] *Ipsius* [civis causa est [38] amplius] honorifice positum est, quasi alicuius magni hominis.

(§. 24.) *Qui tunc in Macedonia fuit*] Consul scilicet. Nam, ut opinor, Curioni successerat.

Sed legis exceptio] Qua non licet, ut testimonium defensori denunciet accusator.

E Chelidonis sinu] Alludit ad nomen, quod hirundo, quam *chelidon* Graeci vocant, veris, id est, temporis veris, sit amica.

(§. 25.) *Si commissum quid esset*] *Commissa* dicuntur, quae contra testatoris voluntatem facta aut non facta ab herede mulcta aliqua poenaque plectuntur.

Ipso vigesimo anno] Praescriptio temporis.

Cognoscit] Iam primum hoc peccatum.

A duobus fratribus] † In pares voluntate videri damno et unam partis hereditatem et duos fratres.

---

3. *et*] om. Princ. Berald. Ald. Lod.

Ibid. *Sic*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *haec* Princ. Ald. — *hi* Berald. Lod.

Ibid. *conciliatores*] *conciatores* Princ.

5. *Si consideratiorem*] om. Princ.

8. *tamen*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *tantum* priores.

Ibid. *quasi*] Ald. et seqq. — *si* Princ. Berald.

9. *Erycinae*] Ald. et seqq. — *Hericine* Princ. Berald.

13. *civis causa est amplius*] om. Lugd. Hot. Man. Cren.; et sane aliunde irrepsisse videntur.

14. *tunc*] *tum* editt. Ciceronis.

Ibid. *Consul*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *pro consule* Lugd. Hot. Man. (*proconsul*) Cren. — Nihil antiqua lectione verius. Vide Garatonii de hoc Lucullo accuratam adnotationem.

15. *Curioni successerat*] Coni. Melanchth. Lugd. Hot. Man. Cren. — *curionis accesserat* antiquiores.

16. *exceptio*] *acceptio* Princ.

18. *Alludit ad nomen* cet.] „Nimis hoc mihi quidem friget. Chelidon satis facete hic nominatur ob id unum, quod Verres ea usus fuerit meretrice." GARAT.

19. *veris, id est, temporis veris*] Princ. — *veris id est tempori veris* Berald. Ald. — *veris id est temporis verni* Lod. — *veri id est tempori veris* Lugd. Hot. Man. Cren.

23. *Ipso vigesimo anno*] *Ipsos* XX. *annos* Lugd. Man.

25. *A duobus*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Ab duobus* ceteri cum editt. Ciceronis: apud quem ipsum *a duobus* legitur statim §. 26.

25—26. *In pares - - - duos fratres*] Sic corrupte Princ., item Berald. et Lod., nisi quod in his recte *patris* legitur pro *partis*, et in Lod. *partes* pro *pares*.

(§. 26.) *At enim ad Verrem pecunia ista non venit*] Coniectnrae status.

Tentatur] Mire contra Hortensium, qui improbos saepe defendat.

Verres calumniatores apponebat] A summo ad imum, hoc est, a primis ad postrema.

Volcatio [iure] dicunt dedisse] Tollit coniecturam, caussam quaerit.

Et quis Volcatio] A persona.

Veniat nunc] A consequentibus.

Sed cum ob tua decreta] Collectio.

(§. 27.) *Centum cohortes fugitivorum fuissent*] Propter Athenionem dicit, qui dux fugitivorum per Siciliam fuit.

Sed tua manu numeratum] Definitive.

Nam si hanc defensionem probabitis] Admittitis, accipitis.

Non accepit ipse] Sed non accepit ipse.

Licet — tollatis] Pro eo, quod est: iam tollite.

Ad Q. Mucii innocentiam referatur] Q. Mucius Asiam singulariter rexerat, adeo ut dies festus a Graecis in honorem eius constitueretur, qui diceretur *Mucia*.

(§. 28.) *Missos faciamus*] Dimittamus a nobis de provincia, eorumque opera non utamur.

[89] *Rationem reddendam nobis arbitremur*] Accusari nos posse credamus.

— *In volunte videri * patrie damno et unam patris hereditatem et duos fratres.* Ald. Lugd. Man. — *Pares voluntate videri vult in pari damno, et non unam partem hereditatis ablatam, sed duas partes.* Hot. Cren. „Hoc eodem modo reponendum putavimus ex ipsius auctoris verbis. Vetus, *pares voluntate videri in patris damno, et unam patris hereditatem ablatam, et duos fratres.*" HOT.

1. *venit*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *pervenit* ceteri cum editt. Ciceronis.

3. *Mire*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *ire* priores.

Ibid. *defendat*] Princ. — *defendit* ceteri.

4. *Verres*] Ald. et seqq. — *Verre* Princ. Berald.

5. *ad*] om. Princ.

6. *Volcatio [iure] dicunt dedisse*] Princ. Berald. — *Volc. sese dicunt dedisse* Ald. et seqq. — *Volcatio dicunt sese dedisse* editt. Ciceronis.

7. *Et quis Volcatio*] Princ. — *Et quis Volcatii* Berald. — *Quae vis Volcatio* Ald. — *Ecquis Volcatio* Lod. et seqq.

Ibid. *A persona*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *persona* Princ. Berald. Ald. — *si sua sponte venisset* Lod.

9. *collectio*] *collectae* Berald.

11. *Athenionem*] „De hoc III. Acc. 54. et Florus III. 19. de quodam etiam Euno ante hunc in Sicilia duce fugitivorum." GARAT.

12. *Sed tua*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Sed in tua* ceteri. At vide Zumptium ad §. 26.

Ibid. *Definitive*] Berald. Lod. Lugd. Man. — *difinitive* Princ. — *diffinitive* Ald. Hot. Cren.

13. *admittitis, accipitis*] Princ. Berald. Ald. — *admittetis, accipietis* Lod. et seqq.

16. *Mucii*] *Muti* Princ.

Ibid. *referatur*] Ald. et seqq. — *referat* Princ. Berald.

19. *nobis de*] om. Lod.

20. *eorumque opera non utamur*] Ald. et seqq. — *eorum quae opera non utantur* Princ. Berald.

21. *Accusari nos*] *accusare non* Lugd. — *accusari non* Man.

(§. 29.) *Et eos in concione*] * et honori et lucro sunt, ut hastae, vexilla, phalerae, coronae civicae, item anuli aurei, ingenuitatis signa et liberationis a cura † invictae publicarum.

(§. 30.) *Iudicia dant*] Praetores.

Si cum haec a quopiam vestrum petita sint] * * *

Cui nemo intercedere possit] In provincia scilicet. Nam Romae appellari tribuni possunt contra omnem potestatem.

(§. 31.) *L. Octavius*] Verbi gratia hunc dicit, qui nunc in numero iudicum sedet, subtiliterque laudat, † ut praetorem solet in verba litis iure composito.

Iuris et officii] *Ius* ad doctrinam pertinet, *officium* ad virtutem.

L. OCTAVIUS BALBUS IUDEX ESTO et caetera] Haec sunt exempla verborum, in quae verba iudicium dare fingit praetorem improbum.

L. Octavius Balbus iudex esto] Iudicio suo fungatur Balbus in Servilium, si constat fundum Capenatem P. Servilii esse; nec restituetur Catulo, cuius non est. Memento omnes iudices praesentes esse,

---

1. *Et*] Ald. et seqq. — *ut* Princ. Berald.

Ibid. *concione. * et hon.*] Sic mance Princ. Berald. Ald. Lod. — *concione. Quaedam praemia et hon.* Lugd. Hot. Man. Cren.

Ibid. *hastae*] *aste* Princ.

2. *item*] *At* Hot. Man. Cren.

3. *invictae*] *invicte* Princ. — An legendum: *vindictae publicae? Eorum qui iud.* cet.?

4. *Iudicia dant*] Princ. Berald. Ald. — *Qui iudicia dant* Lod. et seqq.

Ibid. *Praetores*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *Praetorum* ceteri.

5. *Si - - - petita sint*] Lemma hoc cum sequente in unum iunctum erat. Sed manifestum est, verba interpretis nonnisi ad posterius pertinere et ea, quae ad prius pertinebant, excidisse.

Ibid. *cum*] Ald. et seqq. — *tum* Princ. Berald.

Ibid. *sint*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *sunt* ceteri cum deterioribus libris Ciceronis.

6. *Cui nemo*] Princ. Berald. — *Praetor improbus, cui nemo* Ald. et seqq.

Ibid. *scilicet*] *Sicilia* Berald.

9. *ut praetorem - - - composito*] Princ. Berald. Lod. — *Ut praetor - - - composito* Ald. — *Ut praetor in ea verba iudicium det.*] *In verba litis iure composito* Lugd. Hot. Man. Cren.

11. Hic versus post sequens scholion legebatur.

12. *BALBUS*] om. editt. Ciceronis.

Ibid. *ESTO*] Princ. Berald. — *homo* Ald. et seqq. Referebant scilicet hoc scholion ad praecedentia verba Ciceronis *L. Octavius Balbus iudex, homo* cet.; cui rationi adversatur ipsa interpretatio.

13. *in quae verba iudicium*] Lod. — *quae verba iudicum* Princ. Berald. Ald. — *quae in verba iudicium* Lugd. Hot. Man. Cren.

16. *si constat - - - Catulo*] Haec verba Ciceroni tribuunt Ald. et seqq. Interpretantis esse viderunt Garatonius et Schützius.

Ibid. *Si constat*] *Si paret* Man.

17. *nec restituetur Catulo*] Sic scripsi. — *nec restitueretur Catulo* Princ. Berald. Ald. Lod. — *neque is fundus restituetur Q. Catulo* Man. — *neque is fundus restituetur Catulo* Lugd. Hot. — *neque is fundus restituatur* (omisso nomine proprio) Cren.

Ibid. *cuius non est. Memento omnes iud.*] Sic scripsi. — *cuius non et momento omnem est iud.* Princ. Berald. — *cuius nomen * momento est indices* Ald. — * *Cuius non enim et monumento omnem est iud.* Lod. — *Cuius non est. Memento autem iud.* Lugd. Hot. Man. Cren.

quorum nominibus utitur ad exemplum. *Iudex esto, si non restituetur fundus.* Hoc significat cogere, ut restituat.

Aut condemnare eum, quem non oporteat] Quia de fundo exemplum dederat, subiecit clausulam etiam de condemnatione.

Si non accipit, quod te debere dicis, accuses: si patitur, ducas] Sensus hic est: Si non acceperit creditor, quod se debere debitor dicit, accusetur: si patitur, condemnetur, idem scilicet.

Duci iussit] Vel reum fieri et accusari eum, qui petitor esset, vel etiam damnari. • Melius autem *duci iussit* in vincula vel in carcerem, intelligimus, quam *duci iussit*, damnavit.

Qui cives Romani erant] Subauditur *addebantur.*

Si Siculi essent] Subauditur *rei.*

[90] *Tum si eorum legibus dari oporteret*] Subauditur *iudicia.*

Qui Siculi] Subauditur *erant iudices.*

Si cives Romani essent] Subauditur *rei.* Sic Terentius:

Hic in noxa est, hic ad defendendam causam adest.
Cum ille est, hic praesto est: tradunt operas mutuas.

(§. 32.) *Verum ut totum genus complectamini iudiciorum, prius iura Siculorum*] Explanationem subiecit obscurae rei.

Domi certet] Apud cives suos.

Suis legibus] Siculis. Etenim apud veteres non Romano tantum iure, sed et suae cuiusque civitatis legibus agebatur.

Ex P. Rupilii decreto] Hic est P. Rupilius, qui quondam ex publicano dictus consul postea de X. legatorum sententia leges Siculis conscripsit.

---

1. *Iudex - - - fundus.*] *Neque is fundus restituatur* (pro lemmate) Hot. Cren. — Priores ita secutus sum, ut *restituetur* scripserim pro *restitueretur.*
2. *cogere*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *coge* ceteri.
3. *eum*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *reum* priores.
Ibid. *Quia*] Ald. et seqq. — *qui* Princ. Berald.
5. *patitur*] *petitur* Ald. Lod. — *petit* Lugd. Man.
6. *creditor*] *credi:* Princ.
7. *patitur*] *petitur* Ald. Lod. Lugd. Man.
Ibid. *scilicet*] *sol* Princ.
8. *Duci iussit*] Lugd. Hot. Man. Cren. — *dici iussit* Princ. Berald. Ald. — *qui duci iussit* Lod.
10. *quam*] add. Lod. et seqq.
11. *Subauditur*] *subaudituri* Princ.
Ibid. *addebantur*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *dobantur* ceteri. *Addebantur* est l. q. obtrudebantur. Vide ad p. 144. l. 7.
12. *Siculi*] Ald. et seqq. — *singuli* Princ. Berald.
13. *oporteret*] Ald. et seqq. — *oportet* Princ. Berald.
14. Hoc scholion om. Cren.
15. *Terentius*] Phorm. Act. II. Sc. 1. vs. 36. seq.
16. *hic ad*] *ille ad* editt. Terentii.
17. *ille est*] *ille abest* Lod.
18. *complectamini*] *amplectamini* codd. Ciceronis et Zumptius.
21—22. *Siculis. Etenim - - agebatur.*] *Siculus etenim - - agebat* Lod. — *Siculis. de decem - - agebatur* Hot.
24. *ex publicano*] „Valer. Max. VI. 9. *At P. Rupilius non publicanum in Sicilia egit, sed operas publicanis dedit.* Vide ibi Vorstium et Torrenium. De hoc infra 15. 16." GARAT.
Ibid. *dictus*] Princ. Berald. Ald. Lod. — *factus* ceteri. (Placet. Or.)
Ibid. *de*] om. Pr. Ber. Ald. Lod. Lugd. 25. *conscripsit*] *conscripsisse* Princ.

Cum alternae civitates reiectae sunt] Apparet ex hoc dicto, primum petitoris ac rei civitatem ad iudicandum more proponi, sed postremo iri ad aliam quamlibet, utriusque facta reiectione.

Quod civis Romanus] Deest *in eo*, ut sit: in eo, quod civis Romanus.

Ex civium Romanorum conventu] Ex iis civitatibus, ad quas cives Romani convenire solent agendae suae aut publicae rei causa.

(§. 33.) *Aut eum iudicem, quem commodum erat*] Vetuste posuit pro eo, quem volebat. Sic Terentius:

Amat? Dabitur a me argentum, dum erit commodum.

Nam meretrici dare quando est commodum? Sed est positum pro eo: quamdiu libuerit.

(§. 34.) *Si quid perperam iudicarit senatus*] Multi subdistinguunt, et separatim addunt *senatus*, ut quasi per interrogationem ostendat, ne senatui quidem cuiusquam civitatis in potestate fuisse iudicare, quod senserat.

Nisi cum nihil intereral istius] Nisi cum, quid iussu ederet, non habebat.

(§. 35.) *Stragulae vestis*] Stragula vestis est picta.

Insanias] Nove, sed propter * * *

Reliqua desunt.

---

2. *petitoris*] Lod. et seqq. — *praetoris* antiquiores.

Ibid. *ad iud. more proponi, sed postremo*] Sic scripsi. — *ad indicandum non proponis. Postremo* Princ. — *ad iud. non proponi. Postremo* Berald. — *ad iud. proponi. postremo* Ald. et seqq.

4. Hoc scholion sequenti postpositum est in Man.

Ibid. *Quod civis Rom. Deest in eo, ut*] Lugd. Hot. Cren. — *quod civis R. deest ut* Princ. Berald. Ald. — *Quod civis*] *Deest Romanus: ut* Lod. — *Quod civis cum cive ageret.*] *Deest in eo, ut* Man.

7. *aut*] *ac* Lod.

8. *Aut eum iud.*] Ald. et seqq. — *Ante iud.* Princ. Berald.

9. *Terentius*] Adelph. Act. I. Sc. 2. vs. 38.

13. *indicarit*] *indicarie* Princ.

14. *subdistinguunt*] *subdinguinent* Princ.

17. *quid*] Ald. et seqq. — *cui* Princ. Berald.

19. *picta*] *pictura* Princ. Ald.

20. *Insanias*] *Et insaniam* Lod.

Ibid. *propter*] Sic explicit autographon Poggii, (teste Malo,) Princ. Berald. Ald. Lod. — *proprie* Lugd. Hot. Man. Cren.

ADDENDA.

Ad pag. 67. l. 9. *de civibus regundis*] *de civibus redigendis* Scholiast. Vatic. p. 131. Ed. Maii Rom. firmans Pighii coni. Or.

Ad pag. 74. l. 16. *res vulgare nomen esse Philerotis*] An: *respondebo* cet.? Or.

Ad pag. 90. l. 5. *Africanis oratoribus*] Bardili meus coniecit *aratoribus*. Or. *Africani oratores* iidem mihi videntur esse, quos paucos ante versus *legatos Afros* dixit Asconius. *Oratores* enim vocari legatos quum ceteros tum eos, qui res repetitum mittebantur, satis constat. Bait.

Ad pag. 105. l. 15. „Hunc Asconii locum suspectum habuit vir summus H. Dodwellus, quippe adversantem novae acutaeque de *Caeritum tabulis* et de aerariis opinioni, quam ille in append. ad praelect. Camden. p. 710. et seqq. proferebat. Nunc, admissa Graeviana lectione, ei adversatur apertius. Sed etiam alia, quae obstent, deesse non puto." GARAT.

Ad pag. 110. l. 5. Garatonii annotationi adde: „quae coniectura Perizonii est Anim. hist. p. 55. Ipsum vide: cui etiam debetur emendatio prorsus recipienda, *Cilicia*. Sustulit eundem errorem Graev. ex Ascon. ad I. Acc. 21. quo nihil est crebrius."

SCHOLIA BOBIENSIA

SIVE

AMBROSIANA ET VATICANA

AD

NONNULLAS

M. TULLII CICERONIS ORATIONES

CUM INTEGRIS ANNOTATIONIBUS

ANGELI MAII

IN EDITIONE ROMANA

ET

EMENDATIONIBUS

IO. CASP. ORELLII.

ANGELI MAII
PRAEFATIO.

[*De antiquis Ciceronis interpretibus.*] I. Dum Ciceronis antiquum Interpretem ad orationes duodecim cdo, quem partim in Ambrosianis Mediolani codicibus partim Romae in Vaticanis nactus sum, non abs rc facere videbor, si de Ciceronis priscis interpretibus, quorum vel scripta supersunt vel memoria saltem ad nos devenit, pauca praefabor; non tam ut horum curiosiorem notitiam tradam, quam ut ad iudicandum de novo qui a me vulgatur Interpretc, viam muniam. Princeps fama atque aetate habetur is, qui sub Claudio Caesare vixit, *Asconius Pedianus*, cuius commentarii ad novem Tullii orationes, apud Helvetios([1]) Constantiensis concilii aetate a Poggio Florentino inventi, Venctiis demum anno MCCCCLXXVII. impressi fuerunt. Iam hos commentarios non esse integros, sed sive breviantium culpa sive codicum([2]) imperfectione fuisse mutilatos, satis compertum est: et quidem princeps editio, quam ipsc in manibus habui, defectibus passim hiat. Quae quum ita se habeant, magni tamen adhuc usus propter eruditionem atquc clegantiam Asconius est. Sequitur *Marius Victorinus*, artis oratoriae sub Constantio Caesare in acterna urbe magister, qui ad duos Rhetoricorum Tullii libros copiosissimum commentarium scripsit, in gratiam sine dubio discipulorum; isque in rhetorum collectionibus edi solet. Ait praeterea divus Hieronymus contra Rufinum I. 16.: *puto quod legeris Victorini in dialogos Ciceronis commentarios.* Atqui opus Ciceronis rhetoricum, cuius cxtat Victorini interpretatio, dialogo carct: ergo vcl lapsus mcmoria Hieronymus cst, vel Victorini ad Ciceronis dialogos

(1) Scil. in Monasterio S. Galli. Deperditus est hic Codex ἀρχέτυπος. Or.
(2) Potius „Codicis." Or.

commentarii iamdiu vixerunt. Tertius e superstitibus Ciceronis interpretibus *Macrobius* est, Honorio imperante clarus, qui Scipionis somnium in extremo de rep. libro a Tullio scriptum duobus voluminibus illustravit. Huic proximus aetate accedit *Eulogius*, S. Augustini Hipponensis discipulus, qui in eodem ac Macrobius argumento, sed longe brevius, versatus est. Quintum Ciceronis interpretem numerare *Boëthium* licet, propter eius uberem ad Topica commentarium. Sextum colloco incertae quidem aetatis, sed priscum tamen, scholiastam illum, cuius aliquot legimus adnotationes ad tres in Verrem orationes, nempe ad divinationem, ad actionem priorem, atque ad secundae actionis librum primum. Quamquam ego prope nolim eundem dici scholiastam, qui duas priores orationes, atque illum qui tertiam illustravit; propterea quod hic mihi certe eruditior elegantiorque videtur. Extremo loco in Ciceronis iampridem editis interpretibus ponendus est semibarbarus scholiastes ille ad orationes pro Roscio Amerino, pro lege Manilia, ad secundam tertiam quartamque Catilinariam, quem Gronovius primus vulgavit. Sed enim praeter hos quos dixi editos, extitisse alios priscos Ciceronis interpretes, exploratissimum est. Etenim ipse Asconius, quamquam longe antiquissimus Tullioque aetate proximus, aliorum ante se hominum ad Tullium observationes satis innuit(1). Fronto praeterea memorat (2) Ciceronianos libros a se adnotatos, quos in vulgus exire nolebat. Tum duo valde nobiles Ciceronis interpretes, *Caper* atque *Volcatius*, ab Agroetio grammatico atque a divo Hieronymo commemorantur. De Capro sic Agroetius in prologo ad orthographiam: *Caper multis litterarum operibus celebratus, in commentando etiam Cicerone praecipuus.* Tum de eodem Hieronymus contra Rufinum II. 9.: *nisi forte quaestionem et querimoniam id ipsum significare putat, quia in Capri commentariis huiusmodi figuram reperit.* Iam vero de Volcatio sic idem Hieronymus contra Rufinum I. 16.: *puto quod legeris Volcatii in orationes Ciceronis commentarios.* Denique Ciceronis interpres fuisse videtur et *Sacer* quidam, si certe Charisii grammatici sana lectio est. Ait enim apud Putsch. p. 188.

(1) Ad divin. in Verr. capp. IV. VII. X.; act. I. capp. VI. VIII.; lib. II. argum. (Scil. est hic Pseudo-Asconius, ut sagaciter demonstravit Madvig. Os.)
(2) Epist. ad amicos lib. II. 2.

quod iudicii genus (de perduellione) *Sacer in oratione M. Tullii pro Rabirio ab Horatio* (sororis interfectore) *sumptum ait.* Sed num mendum est *Sacer* pro *Caper?* Porro in veterum censu nequaquam scholia illa barbarorum seculorum ponenda iudico, quae in multarum bibliothecarum codicibus praesertim ad Rhetorica Ciceronis atque ad Officia occurrunt: sunt enim levioris furfuris, inculti stili, indoctorumque ingeniorum reculae.

[*Unde novus Interpres procedat.*] II. Sed iam de Interprete meo pervetere atque praeclaro dicendum videtur. Fons huius quidem palimpsestus ille Bobiensis est, cuius posterior scriptura Chalcedonensem synodum continet, prior autem, diversi generis atque aetatis, continet Frontonem cum M. Aurelio; Symmachum, Persii folium unum, Iuvenalis cum scholiis folium aeque unum, Moesogothicae homiliae fragmentum, sermonum Arianorum reliquias, et hunc denique Tullianarum orationum, de quo dicendum est, Interpretem. Eius autem Bobiensis codicis partem priorem in bibliotheca Vaticana nunc extare; posteriorem vero in Ambrosiana Mediolani, tam evidenter docui in praefatione Romana Frontonis, ut verbum iam superaddere otiosum sit. Commentarius ad XII. (etsi saepe non integer) orationes superest; nempe in Vaticana codicis parte, ad orat. 1. pro Flacco; 2. cum senatui gratias egit; 3. cum populo item gratias egit; 4. pro Milone; 5. pro Sestio; 6. in Vatinium; praetereaque paginae octo ad orationem pro Plancio. At in codicis parte Ambrosiana, praeter paginas quattuor ad orat. in Vatinium, commentarium reperi 7. ad orationem in Clodium et Curionem; 8. de aere alieno Milonis; 9. de rege Alexandrino; 10. pro Archia; 11. pro Sylla; 12. pro Plancio, cui orationi octo paginas commentariorum Vaticanus quoque palimpsestus suppeditat. Age vero interpretem Mediolanensem eundem esse atque Romanum, meridiana luce clarius est, si quis modo mentem oculosque incolumes habet; idque ego in meis scholiis ad or. pro Plancio, nec non in monitis ad Milonianam atque ad Vatinianam invictis argumentis palam feci. Etenim in commentario ad Plancianam VIIII. 1. cessat folium Vaticanum in vocabulo *adversus*, sequitur autem in Mediolanensi *Tusculanos*, ita ut sententia loci expleatur, et reliqua omnis oratio cohaereat. Item in commentario ad Vatinianam

VIIII. 1. Vaticanum folium desiuit in verbo mutilo sic: *Valerius Maximus tabulam rerum ab se in Gallia prospere gestarum proposue* . . . Sequitur autem in folio Mediolanensi *rat ostentui vulgo*, id est *proposuerat ostentui vulgo*. Item XII. 3. Mediolanense folium explicit in Tullii sententia mutila *ut in epulo Q. Arrii familiaris mei cum toga pulla;* sequitur in Vaticano *accumberes*, quod est sententiae complementum. Est autem folium Vatinianae Mediolanense quaternionis intimum sive quartum; quod cum tribus Romanis aptissime copulatur atque cohaeret. In utroque insuper codice ratio eadem paginarum ac laterculorum est, parque versuum in laterculis numerus: nam quominus scriptura ipsa ab eadem manu profecta sit, specimen aere cusum dubitare neminem sinet: cuius quidem scripturae ea species dignitasque est, ut ei permagnam antiquitatem abnegare non liceat (1).

[*Notabilia aliquot in novo Interprete.*] III. Iam commendare hunc Interpretem neque ut reor necesse est neque officii mei. Nihil tamen prohibet quominus eius notabilia aliquot, narratione veluti historica et tamquam digito intento, demonstrem. Sermo Latinus satis purus(2), Graecae vero linguae usus perfrequens; quamquam eius sermonis vocabula, quia suco olim colorato distinctionis causa scripta fuerant, nunc quidem pleraque omnia evanuerunt. Romanae praesertim historiae tanta est in hoc homine copia, ut is a nemine antiquitatis curioso legi non debeat: neque tamen Graecorum res negliguntur. Sunt etiam nova et insignia quaedam, veluti explicatio illa tabulae Valeriae; de subobscuro Silani atque Carbonis consulatu testimonium evidens; de iudice in causa Archiae Quinto Cicerone notitia; item ioci duo festivissimi Ciceronis pro Sest. LIX. 2. LXIV. 4. nunc primum verissime enucleantur. Permultarum quoque Romanarum legum mentio ac definitio apud hunc Interpretem fit. Mitto aliam doctrinam plurimam variamque philologiam, quam vel ex indice a me confecto perspicere licet. Grammaticum quoque non raro agit Interpres, et de qualitate verborum iudicium interponit: quin ipse adeo novas aliquot Latinis lexicis voces suppeditat. Sed nihil aeque in his commentariis apparet,

(1) Sub Interpretis specimine habes duplicem seriem litterarum, quarum prior sumpta est ex palimpsesto adhuc antiquiore, ubi erant fragmenta orationum pro Scauro et pro Tullio. (Specimen hoc repetere non potui. Or.)

(2) Immo semibarbarus, Seculi quarti vel quinti. Or.

quam ipsorum auctorem professione fuisse rhetorem: is enim singulis propemodum paginis peritiam Tullii oratoriam demonstrat, artisve figuras et praecepta persequitur. Sed et illud iucundum, ut puto, erit quod deperditorum Ciceronis scriptorum nonnullos titulos, et aliorum auctorum veterum incognita fragmenta apud hunc Interpretem legimus: in primis fragmentum nobile orationis C. Gracchi tribuni *de legibus promulgatis*, et orationis C. Laelii sapientis *in Scipionis Aemiliani funere*. Tum in ipsis Ciceronis segmentis ab Interprete nostro prolatis, non solum optimas lectiones haud semel cernimus, quae vulgatos errores corrigunt, verum etiam partes novas atque hactenus inauditas: utique in oratione pro Flacco supplementum lacunae primae, nam secundam eiusdem orationis lacunam, quam editores nostri sibi confinxerunt, nullam esse omnino, integramque ibi seriem orationis decurrere, palam facit idem interpres. Novae item sunt atque ab auctore nostro primum suppeditatae partes trium orationum, *in Clodium et Curionem*, *de aere alieno Milonis*, *de rege Alexandrino*, quae orationes funditus interierant, noster autem eatenus revocat, quatenus earum segmenta ad commentandum delegit, et quatenus ipsi Interpreti in mutilatis palimpsestis evadere exitium licuit.

[*Quisnam homo fuerit novus hic Interpres definiri nequit.*] IV. Sequitur iam illa quaestio, quodnam huic Interpreti nomen fuisse videatur; quod sane in utroque codice tum Romano tum Mediolanensi desideratur: de Asconio autem ipse olim cogitaveram, quamquam nihil adseverantius unquam in fronte libri dixi quam *ita videri:* neque spernendis, ut arbitror, argumentis opinionem meam corroboravi, quam compluribus eruditis extra Italiam quoque probatam scio. Contradixere tamen pro suo iure alii, quamquam suae contradictionis nulla fere, quod ego legerim, argumenta publice exposuerunt. Nunc, ut proprio iam loco dixi, quoniam Interpretis mei commentarium ad Milonianam nuper comperi, ad quam eandem diversus exstat Asconii commentarius; satis constat novum hunc Interpretem non esse Asconium; si certe ille quem Poggius reperit, Asconius est. Omissa igitur de Asconio opinione, placetne suspicari Caprum esse aut Volcatium, hunc interpretem? Sine dubio hic adeo bonus copiosusque est, ut neutrius nominis dignitatem dedecoret. Quumque Agroetius ac Hieronymus Caprum atque

Volcatium in grege interpretum Tullianorum singulari cum honore appellent; noster hic tantae doctrinae atque ubertatis vix Hieronymo aut Agroetio incogitatus fuisse videtur. Ego tamen, ut par est, nihil adfirmo; immo hactenus dictum volo, ne super incerta re verborum molem exaggerem. Ceteroquin unus adhuc haeret scrupulus, num videlicet scholiastes ille, qui ad primum actionis secundae in Verrem librum usque ad capitulum XXIV. commentatur, idem forte sit, qui a me nunc editur, auctor. Certe is formulis interpreti meo persimilibus utitur capp. XVI. XVIII. XIX. XXI. XXII. XXIV. Graecis nempe verbis figuras oratorias, quae apud Tullium sunt, designat; locos etiam auctorum Graece recitat: quae omnia verba ex codice priscis uncialibusque litteris mendose tamen scripto ac mutilo (ut est palimpsestus meus) sumpta esse apparet, siquis rem in Graevii Garatoniive editionibus recte perpendat. Atqui Verrinarum interpretem Volcatii nomine appellatum volebat Isaacius Vossius, ut iamdiu dictum bibliographis. Nihilominus hanc ego in medio controversiam libenter relinquo. — Praeter hactenus commemoratum Interpretem, minora quaedam scholia ad Scaurianam Tullii orationem e perantiquo Ambrosianae bibliothecae palimpsesto, cum ipsius orationis fragmentis, pridem vulgavi; quorum scholiorum pars quadratis litterulis, pars rudioribus sed aeque ferme antiquis scripta erat: nunc vero brevissimas aliquot adnotatiunculas in Verrinarum quoque orationum Vaticano palimpsesto legebam: de quorum item scholiorum parente quaerendum otiosius non iudico. Ac ne de illis quidem ad II. III. IV. Catilinarias, et pro Marcello, Ligario, Deiotaro, scholiis quae mihi Ambrosianus codex obtulit, supervacanea verba faciam.

[*De reliquis Ciceronis in hoc volumine partibus nuper repertis.*] V. Reliqua sunt in volumine meo scripta Ciceronis his annis primum vulgata haec. I. Fragmenta haud modica orationis pro Scauro partim a me Mediolani detecta, partim a cl. Peyronio Taurini. His ego commentarium Asconii addidi, cum segmentis orationis ab eodem conservatis, cumque aliis Scaurianae orationis reliquiis, quas diversi auctores apud se citatas servarunt. Atque haec omnia naturali quantum licuit serie disposui, nonnullisque adnotationibus comitatus sum. Sequuntur orationis pro Tullio haud modica aeque fragmenta, partim item a me Mediolani, partim Taurini a Peyronio edita; cui cl. viro fragmentum quoque insperatum Milonianae orationis

acceptum ferimus. Agmen claudunt novellorum Tullli scriptorum nobilia fragmenta duo, quae ex Vaticanis membranis primus extulit vir ill. Niebuhrius; qui complures quoque emendationes suas atque observationes in partem illam Tulliani interpretis a me Mediolani editam perhumaniter mihi utendas obtulit, quas ego propriis locis, adscripto eius nomine, inserui. Fragmentis autem pro Fonteio unum ego alterumve addidi, itemque contra Metellum a rhetore, quem nuper edidi, conservatum.

[*De Verrinarum orationum palimpsesto Vaticano.*] VI. Nihil esse in arte oratoria perfectius Tullianis adversus C. Verrem secundae actionis orationibus, satis apud doctos exploratum confessumque est. Iam vero antiquissimus harum orationum palimpsestus codex in Vaticana bibliotheca a me observatus fuit, tanto calligraphiae splendore scriptus, ut nihil fere speciosius, nihilque prima Romanorum Caesarum aetate dignius sit: cuius optimae palaeographiae ut specimen ederem, delegi codicis extremam paginam, cui nulla secunda superimposita scriptura est. Atque hunc codicem curiose quum lectitarem, statim agnoscebam, Verrinarum orationum textum, quem in editionibus magno opere depravatum legimus, ad hoc antiquissimum veluti archetypum esse refingendum. Etsi enim amanuensis, calligraphus fortasse magis quam eruditus, menda semper non vitavit, nihilominus ut in tam alta antiquitate tot bona in hoc scripto nitent, ut „non ego illis offendar maculis, quas aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura." Atque utinam opus universum in codice contineretur! Nunc ecce more pervulgatissimo palimpsestorum, nulla in codice oratio integra est; sed primi, secundi, quintique libri partes haud modicae sunt, tertii vero amplissimae, quarti minimae; cunctae autem sus deque perversae; etsi harum ordinem collatione cum libris editis revocare facile fuit; non facilis tamen saepe lectio, quia multae paginae a rescribente obscuratae pessumque datae fuerunt; nonnullae etiam funditus elutae, ita ut eas a me praetermitti necesse fuerit. Quamquam vero tantam operis partem e deletitiis membranis fideliter exscribere laboriosum erat, alacriter id tamen egi, cunctumque codicem in adversaria retuli, typisque edendum curavi: atque ut lectoribus in proximo fructus esset, comparationem institui cum Neapolitana cl. Garatonii editione, quae apud nos, exterosque ut puto, habetur praestan-

tissima; nunc eam plurimis, immo et quandoque gravissimis, inquinatam mendis, ut ceteras, esse cognoscimus.

[*Praedicti palimpsesti fructus.*] VII. Iam quanta emendationum seges ex Verrinarum palimpsesto proveniat, scholia mea critica paginis libri subiecta demonstrant. Multa quippe vocabula in editionibus vitiata, vel perverso ordine collocata, vel omissa codex restituit; et quidem huius lectiones optimas in aliis interdum codicibus viderant Lambinus, Gruterus, Graevius, aliique, quin eae tamen in textum ab incuriosis typographis receptae fuerint: immo Lambinianas quandoque lectiones tamquam fictas atque suppositas nonnulli calumniose traduxerant. Illud quoque percommodum est, quod divisionem capitulorum ab editoribus vulgo exhibitam, nunc imperite prorsus constitutam olim fuisse cognoscimus. Etenim codex, quamquam adeo imperfectus ac mutilus, nihilominus vicies circiter ab illa inepta divisione discedit: cuius differentiae iustas causas intelligere licebit, siquis rei momenta, id est naturales sermonis transitiones, considerabit. Duae quoque fictitiae in editionibus lacunae a codice coarguuntur, una quae vulgo creditur in libri primi extremitate; altera vero a Lambino lib. III. 72. importuno asterisco denotata. Praeterea notabilis admodum multique, ut arbitror usus per omnes hos libros varietas est notarum arithmeticarum, in quibus codex ab editionibus perpetuo dissidet(1): et quidem etiam tractus ille iamdiu controversus atque vexatus de decimis Herbitensium lib. III. 32. sqq., nova fortasse ratione constituendus videbitur. Omnino pars haec varietatis, quae ad numerales Romanorum notas pertinet, criticorum futurorum eruditionem atque acumen magno opere expectat ac prolicit. Illa quoque perinsignis lectio est lib. II. 58. *RESSET* pro *esset.* Verbum enim *RESUM*, *ES* a me iam in Scauriana cap. VIII. repertum, sed dubitanter propositum, a criticis vero hodiernis immerito repudiatum, nunc testimonio novo et verissimo Tullius confirmat. Contra vero lib. III. 37. ubi editiones habent inauditum atque insuave vocabulum *insulula*, Vaticanus codex exhibet *insula.* Quare iam illud *insulula* nemo lexicographus adamabit. Adnotabunt item Grammatici, Ciceronem lib. II. 63. *soteram* pronuntiare Latine, non Graece

---

(1) Pag. 418. in scholiis meis not. (*m*) pro *haec nota o non obscurata est*, lege *obscurata est*, omissa negatione.

sotera. Reapse apud alios auctores *crateram* aliquando legimus pro *cratera.* Optime item lib. V. 40. sqq. pro corrupto *Phalargus*, scribitur *Phalacrus*, unde Latinum cognomen *Calvus.* Denique lib. I. 58. rectissime legimus *veris*, id est, *aequis*, pro quo critici audaces imperitive scripserant *vestris:* itemque lib. V. 49. pari exemplo scribitur *veritatem*, id est, *aequitatem*; quo item loco ab incautis criticis *severitatem* vocabulum obtrusum fuerat. Sed haec pauca in copioso rei bonae numero praelibasse satis sit; ne quid iam de palaeographia dicam, cuius eo maior auctoritas, quo codex antiquior nobiliorque est, atque ad Ciceronis aetatem propius accedens.

AD ORATIONEM CICERONIS

PRO FLACCO

COMMENTARIUS ANTIQUUS INEDITUS.

ANGELI MAII
PRAEVIUM MONITUM.

Orationis pro Flacco pagellas duas ineditas e Mediolanensi palimpsesto ante hos annos evulgavi. Id fragmentum lacunam illam partim explebat, quam post caput orationis secundum offendimus. Nunc in Vaticano rescripto item codice priscam et incognitam orationis huius interpretationem deprehendi, cum aliquot etiam Ciceronis particulis, quae ad praedictam lacunam pertinent, quaeque incrementum illud Mediolanense sic cumulant, ut tamen adhuc aliquid ad sarciendum orationis hiatum desideretur. Atque hic Vaticani codicis prior fructus est: alter autem, quod illa posterior lacuna, quam editores post caput octavum statuunt, nunc fictitia coarguitur: quandoquidem in antiquissimo et fidelissimo, ut credere par est, codice Vaticano post octavum continenter in eadem pagina scribitur nonum caput. Quare iam superest, ut e futuris editionibus falsi istius detrimenti querela tandem excludatur. Persimilem nunc emendationem primo etiam in Verrem libro licet adhibere; quem post verba sine causa subsortiebatur *mutilum explicere editores aiebant. Ecce autem in alio Vaticanae bibliothecae palimpsesto, quadratis et pervetustis speciosisque litteris exarato, atque a me nunc edito, post praedicta verba scribitur* (p. 410.) in C. Verrem explicit feliciter. *Quamobrem nisi antiquissimi quoque codices laborare hiatibus credendi sunt; sequitur ut has lacunas nullas esse putemus. Neque tamen inficias eo, vereri nos posse ne valde antiquis quoque exemplaribus detrimenta interdum acciderint. Mitto quod Xiphilinus seculo Christi undecimo imperfectum se habere Dionem dixit in Antonini Pii fratrumque divorum rebus gestis. Mitto quod Polybium nonnisi mutilum sibi ad manus fuisse testati sunt seculo decimo eclogarii illi, quos Porphyrogenitus ad delibandos priscos historicos incumbere iussit. Nonne haec ipsa, ut propius ad rem accedam, Tulliana pro Flacco oratio quarto iam aevi christiani saeculo im-*

perfecta fortasse erat? En quippe Macrobii locum Saturn. II. 1. *quem a Tullianis editoribus consideratum non video:* Cicero in causis quum nocentissimos reos tueretur, victoriam iocis adeptus est: ut ecce pro L. Flacco, quem repetundarum reum ioci opportunitate de manifestissimis criminibus exemit. Is iocus in oratione non extat; mihi ex libro Fusii Bibaculi notus est, et inter alia eius dicta celebratur. *Quin etiam in divi Hieronymi epistula X.* 3. *ex hac oratione proferuntur verba quattuor quae in editionibus nostris non videntur occurrere: „Doctissimi quique Graecorum, inquit Hieronymus, de „quibus pro Flacco agens luculenter Tullius ait:* ingenita levitas et „erudita vanitas." *Sed credibiliter admodum ad lacunam illam exordientis ferme orationis pertinet locus, quem Iulius Valerius* (Victor) *rhetor a me nuper editus in capite de principiis recitat his verbis: „Licet etiam principales quaestiones in principio praecerpere, sed „praecursu solo atque tactu, ut de his quaeri videatur; quo- „modo pro Flacco Tullius:* nihil agi illo iudicio nisi ut magi- „stratus in provinciis non audeant imperare sociis, quod ex usu rei „publicae sit." *Haec inquam verba collocanda videntur circa initium lacunae capitis secundi, Cicerone ipso indice ubi ait:* nisi forte quae res hoc iudicio tentetur, quid agatur, cui causae fundamenta iaciantur, iudices, non videtis.

De Tulliani textus lacunis hactenus; nunc de ipsius scholiastae defectibus dicendum est. Quoniam in rescriptis membranis versamur, fieri vix poterat, ut hic commentarius sine detrimentis nobis occurreret. Etenim notae sunt palimpsestorum vices atque conditio. Igitur commentarii ad orationem pro Flacco supersunt in codice Vaticano folia paria septem, insuperque paginae duae; summatim triginta paginae. Palimpsesti quaterniones imperfecti, in quibus materia haec continetur, hi sunt.

Q. p. . . . . . ‿	Q. p. 266. 265. ‿ 268. 267.	*Quia palimpse-*
LII. 256. 255. ‿ 246. 245.	LIIII. 272. 271. ‿ 262. 261.	*stus in inversis*
254. 253. ‿ 248. 247.	. . . . . ‿	*membranis rescri-*
. . . . . ‿	. . . . . ‿	*ptus fuit, idcirco*
		paginae hodiernae
Q. p. 250. 249. ‿ 252. 251.	Q. p. 230. 229.	*praepostere se ha-*
LIII. 244. 243. ‿ 258. 257.	LV. *Pro Flacco explicit.*	*bent ad antiquas.*
274. 273. ‿ 260. 259.		
. . . . . ‿		

Prima ergo lacuna est paginarum saltem duarum; in quibus latet prohoemium interpretis et partim explicatio exordientis orationis. Secunda lacuna est paginarum quattuor; tertia duarum, quarta quattuor; quinta octo. Ergo commentarius habuit paginas saltem quinquaginta; quarum triginta, ut iam dictum est, supersunt. Nam difficultas quidem legendi paucos oppido mihi versus eripuit. Sed tamen aliud adest lacunarum genus, Graecorum scilicet verborum defectus, quibus interpres Tullianus persaepe usus fuerat; sed ea verba quum olim non atramento, sed nescio quo colorato suco scripta fuissent, postea funditus palimpsesti lotor delevit, neque iam

chemicis artificiis, quod fit in atramento, suscitari et colorari queunt. Perraro igitur mihi contigit, ut haec Graeca in evanidis scripturae vestigiis adsequerer. Sunt autem pleraeque formulae ex arte rhetorum, quam scholiastes noster, ut valde arbitror, profitebatur; ideoque et hos commentarios in auditorum iuvenum gratiam (veluti etiam Asconius se fecisse ait Com. ad Mil. cap. V.) scripsisse videtur. Idem porro Graecorum verborum defectus in Ambrosiano quoque palimpsesto mihi olim negotium facessebat, quem codicem partem esse Romani, in praefatione iam docui.

COMMENTARIUS.

[*Desiderantur paginae saltem duae.*]

Cap. I. 1. *Numquam existimavi, iudices, D. Laelium, optimi viri filium, eam suscepturum accusationem.*

[Cod. Q. LII. p. 256.] *Decimus hic Laelius repetundarum reum Flaccum fecerat; subscri*‖bentibus L. Balbo et Apuleio Deciano; quos vult obtrectatores intellegi, invidos gloriae huius Valerii Flacci, magisque cupientes destruere virtutem, quam ullum crimen ostendere: quorum personas onerat invidia; quasi nihil aliud adfectent, quam adiurationem[1] illam Catilinae, quae hoc adiutore oppressa sit, vindicare.

II. 1. Si umquàm res p. consilium, gravitatem, sapientiam[2] iudicum imploravit, hoc, hoc, inquam, tempore[3] inplorat[4]

Vehementer congeminavit, ut attentiores animos iudicum faceret[5], quo magis universae rei p. providerent, ne bene meritis civibus virtus sua non gratiam praemii[6], sed materiam periculi compararet. Est ergo - -[7] invigilari oportere, ne omnes quicumque rei p. profuerint, similibus calumniae periculis opterantur[8]. Iam enim coeperat invidiosus consulatus *esse* Ciceronis, aegre ferentibus plerisque, quod indemnatos cives r. iussisset in carcere strangulari.

2. Non estis de Lydorum aut Mysorum[9] aut Frygum[10], qui huc corrupti[11] concitatique venerunt, sed de vestra re p. iudicaturi. |

1. Nolemus *adiurationem* pro *coniurationem*. Quamquam id potius mendum videtur: namque inferius II. 4. idem scholiastes scribit *coniurationem*. 2. Edd. *sapientium*, *providentium*. 3. Male in Edd. *hoc tempore*, *hoc*, *inquam*, *tempore*. 4. Ita cod. per *n* etsi prius pee *m*. 5. Cod. *facere*. Abundat autem passim mendis codex. 6. Cod. *praemiis*. 7. Spatium duorum versiculorum, in quo verba Graeca fuerunt. 8. Cod. *operuntur*. Sic apud Cic. de rep. II. 41. mendose *opertiur* pro *opteritur*. 9. Cod. *Myrsorum*, sed prior *r* videtur expuncta. 10. Ita cod. *f* pro *ph* heic et alibi. 11. Edd. *compulsi*.

29. Reapse anno post hanc orationem dictam Cicero in exsilium pulsus est. Consul Cicero fuit anno urbis Varroniano DCXCI. oravit pro Flacco anno DCXCV. exsulavit an. DCXCVI.

[P. 255.] Haec omnia congessit eo studio[1], quo et illos destrueret, qui accusaverant Flaccum, et omnem diligentiam iudicum ad utilitatem rei p. flecteret. Nam quo magis in planum deducerentur, qui accusabant, non dixit Asiam provinciam, sed diduxit in species nationum barbararum[2], ut Lydos et Mysos et Frygas diceret: et vocabula ipsa quendam metum barbariae ferocientis ostentant. Nec sufficit hoc modo auctoritatem destruxisse; adiecit etiam illud „qui huc corrupti concitatique venerint:" et duplici modo fide careant, vel quia barbari, vel quia redempti sint ad obsequium mentiendi. Et hic — —[3].

3. Quem enim[4] appellem? quem obtester? quem implorem? — Oratorie[5] interiacit ad dubitationem: quasi omnium periclitantium animus aestu quodam magnae sollicitudinis inquietetur; ut incertum sit, cuius ordinis potissimum inploret auxilium, quum in huiusmodi rebus ita singuli periclitentur, ut clades omnibus compararetur.

4. Iudicabitis principes eius ordinis quinquaginta, quid cum omnibus senseritis.

[P. 245.] Lex enim Aurelia iudicia ‖ ria ita cavebat, ut ex parte tertia senatores iudicarent, ex partibus duabus tribuni aerarii, et equites[6] r., eiusdem scilicet ordinis viri.

5. Condemnatus[7] est is, qui Catilinam signa patriae inferentem interemit.

Caius scilicet Antonius collega Ciceronis, M. Caecilio Rufo accusante, non tantum pecuniarum repetundarum crimine, verum etiam ob hanc coniurationem non ita pridem damnatus fuerat. Nec ignoramus praefuisse exercitui, quo Catilina superatus est: quamvis ipse Antonius vel pedum valetudine vel conscientia retardatus Petreium legatum suum miserit, qui cum hoste confligeret.

6. Cur sibi confidat is, qui ea proferenda et patefacienda curavit?

Haec ad semet ipsum refert, periculi etiam sui gradu[8] quodammodo adiecto: ut omnes, *qui*[9] coniuratos obnixe[10] persecuti sint, poenae videantur quodammodo destinati, dum singulis crimen aliquod et invidia conflatur.

---

1. Verba *eo studio* haud certa sunt, sed ea vestigiis tantummodo adsequi vix mihi videor in membrana lacera. 2. Cod. *barbarum*. 3. Spatium versiculi cum dimidio. 4. Edd. *enim alium* 5. Cod. *oratorias*. Tum ante hoc vocabulum spatium est unius vocabuli Graeci quod legi iam nequit. 6. Cod. *aequites* 7. Edd. *damnatus*. 8. In cod. superponitur linea, ut fiat *gradum*. 9. In cod. deest *qui* et ante *ut* una vel duae sunt incertiores litterae. 10. Cod. *obnixae*.

5. Notemus locutionem pro *refutarentur*, vel *deprimerentur*. (Eandem rursus habes infra Cap. XXII. 1. Or.) 8. Lege *ut*. Or.

11. Hinc figura *interiectio*.

19. Cave heic intelligas eundem fuisse equitum et tribunorum aerariorum ordinem. Namque hi perspicue distinguuntur infra VI. 1.

22. *Caecilio*] Lege *Caelio*. Or.

21. Nempe hoc ipso anno, quo Cicero pro Flacco orabat, Caesare et Bibulo coss. Dionem lege Cassium XXXVIII. 10. 27. Sallustius Catil. cap. LIX.

7. Strangulatos maluit dicere.

Adfectata et oratoria quadam calliditate hoc uti verbo Decimum Laelium accusatorem voluisse denotat Cicero, ut memoriam videlicet [P. 253.] eorum | resculperet, qui cum Lentulo in carcere poenas dederant post indicia litterarum.

8. Quod sibi meus necessarius Caetra[1] voluit.

Subscripserat hic inter ceteros Decimo Laelio accusatori.

9. Quid vero Decianus?

Et hic subscriptor fuit Apulaei[2] Deciani filius, iam nuper damnati, quum tribunus pl. esset, et in ultionem Apulaei Saturnini, nec minus etiam C. Servilii Glauciae, multa improbe[3] seditioseque[4] committeret: quam tamen damnationem passus, in Pontum se et ad partes[5] Mithridaticas[6] contulit. Quo ipso infamiam generis eius perstringit orator; ut imitatus quodammodo patrem, omnia pro hostibus sentire videatur.

10. Utinam esset proprie mea! Senatus igitur magna ex parte.

Mire[7] hic respondit — —[8]. Remotionem facturus in auctoritatem senatus, quo decernente puniti sint Catilinae socii, amplectitur quoddam votum, quasi potuerit etiam gloriose confiteri auctorem se illius fuisse supplicii: magis enim ex hoc remotioni firmitas adquiretur, si potuerit esse etiam ipsius de se laudanda confessio.

11. Dii, inquam, immortales! Lentulum ||

[Desiderantur paginae quattuor.]

* * *

---

1. Ita manifeste codex; at solemus Ciceronis familiarem vel cognatum. 2. Ita cod. cum diphth. 3. Cod. *improbae*. 4. Cod. *seditiosaeque*. 5. Cod. *parte*, superposita linea, ita ut sit *partem*. 6. Cod. *mithridaticos*. 7. Cod. *mirae*. 8. Versiculus unus cum dimidio vacuus, amissis litteris Graecis.

1. In hoc vocabulo incipiunt supplementa eius lacunae, quae in editionibus occurrit.

6. Lege *Quid*. Tum fort. *Chaerea*. Or.

9. Huic praenomen dant *Caium* Cicero pro Rabir. IX. et Valer. Max. VIII. 1. p. 705. Torr. qui auctores damnatum Saturnini causa *C. Decianum* aiunt; sed neuter vel Apuleium appellat vel ad partes cum Mithridaticas transfugisse ait: immo Valerius honorifice de eo loquitur. Nunc *Apuleium Apuleio* Saturnino gentili suo faventem videmus.

10. Tribunatum hunc collocat Pighius in Antonii et Postumii consulatu an. urb. DCLV.

15. Sic dixit etiam Romanus ille, Caligula occiso, in Dionis fragm. Vat.

17. De figura remotione consule artigraphos.

23. Periit folium quartum, id est, intimum, quaternionis: atque hinc deesse cognoscimus paginas quattuor. Iam vero quum in hoc hiatu sine dubio collocandum sit fragmentum Mediolanense, satis probabiliter videmus quantum fere fuerit lacunae spatium, et quam iam parum materiae ob explendum defectum desideretur. Certe in hoc toto amissae materiae tractu Vaticanus interpres paginas commentarii non plus quattuor insumpsit.

[*Fragmentum Mediolanense* p. 35. 46.]

* * * externum quum domestica vita naturaque constaret? Itaque non patiar, D. Laeli, te tibi hoc sumere, atque hanc ceteris in posterum, nobis in praesens tempus legem conditionemque *constituere*. * * * Quum adulescentiam notaris, quum relicum[1] tempus aetatis turpitudinis maculis consperseris, quum privatarum rerum ruinas, quum domesticas labes, quum urbanam infamiam, quum Hispaniae, Galliae, Ciliciae, Cretae, quibus in provinciis non obscure versatus est, vitia et flagitia protuleris; tum denique quid Molitae[2] et Loreni de L. Flacco existiment audiemus. Quem vero tot tam gravesque provinciae salvum esse cupiant, quem plurimi cives tota ex Italia devincti necessitudinis vetustate[3] defendant, quem haec communis nostrum omnium patria propter recentem summi beneficii memoriam complexa teneat; hunc etiam si tota Asia deposcit ad supplicium, defendam, resistam. Quid si neque tota neque optime neque incorrupte[4] neque sua sponte nec iure nec more nec vere nec religiose nec integre? si inpulsa[5], si sollicitata, si concitata, si coacta, si impia; si temere, si cupide[6], si inconstanter nomen

1. Ita cod. pro *reliquum*. Par scriptura in antiquis codicibus haud raro occurrit. 2. Ita cod. pro *Tmolitae*. Et quidem *Molus* pro *Tmolus* non caret exemplis, ut iam critici observaverunt. 3. Ego olim legebam in cod. *necessitudinem vetustatem*. Cl. autem Peyronius, qui post me codicem illum retractavit, ait se legisse *necessitudine ac vetustatem*. 4. Cod. *neque optimos neque incorruptos*; sed *s* expungitur ex *optimos*. 5. *Inpulsa* pro *inprovisa* dedit Peyronius; prior autem lectio sine dubio vera est; nam et schedarum mearum indicia eam mihi plane suadent. 6 Ego olim legebam *putide*; at Peyr. *cupide*, quamquam obscuratum vocabulum sit. *Τῷ cupide* favet Cicero in hac or. cap. 11. 12. 26. 27.; *τῷ putide* idem cap. 22.

2. Fragmentum hoc in eam orationis lacunam incidere, quae inter caput II. et III. interiacet, dubitari non potest. Agitur enim capite III. de muneribus a Flacco gestis non sine optima fama pluribus in provinciis, et de testium adversariorum iniquitate atque ignobilitate. Atque in Mediolanensi fragmento de his ipsis agitur: cum in eiusdem extremitate dicitur Flaccus puer cum patre consule ad bellum esse profectus; initio autem capitis III. munera quibus Flaccus in reliqua vita functus est percensentur; ergo fragmentum ante caput III. prorsus collocandum fuit.

5. Membranae particula abscissa fuit, perieruntque vocabula paulo minus viginti.

9. In orationis peroratione cap. XL. rursus hae provinciae pro Flacci innocentia appellantur.

11. Videtur nomen derivatum ab ignobili Asiae oppidulo. Nam Tullius ut testium infringat auctoritatem, patriae eorum obscuritatem deridet. Erudite vero Cramerus (qui cum Heinrichio inventa mea Mediolanensia recudit) quia *Loryma* urbs Cariae, scribendum putabat *Lorymani*, quod rursus scribere *Lorymeni* Heinrichius malebat.

13. Flaccus Ciceronem adiuverat in opprimenda Catilinae coniuratione triennio ante hanc orationem. (Lege *necessitudine ac vetustate* et v. 20. *impia*. Or.)

suum[1] misit in hoc iudicium per egentissimos testes, ipsa autem nihil queri[2] vere de iniuriis potest? Tamen ne, iudices, haec ad breve tempus audita longinqui temporis cognitarum rerum fidem derogabunt? Tenebo igitur hunc ordinem defensor, quem fugit inimicus, et accusatorem urgebo atque insequar, et ultro crimen ab adversario flagitabo. Quid est, Laeli, numquid ea . . . . vere . . .[3] dicis? qui equidem non in umbra neque in illius aetatis disciplinis artibusque versatus est. Etenim puer cum patre consule ad bellum est profectus. Nimirum etiam hoc ipso nomine aliquid . . . asus.

* * *

[Pag. 248.] 12. * * * tirent fuisse testatur. Sed ne originem civitatis eiusdem nude transcurrisse videamur, antiquissimis haec temporibus Tantis[4] vocitata est, quam terra ipsa consumpsit, hiatu scilicet intereeptam: ibique postea oppidum constitutum, cui Sipylo nomen inditum. Pleraeque aliae maris inundatione[5] demersae sunt, quarum fuit Leucadia, Antirrhion[6], Hellespontus, Bosphori duo: ut Pyrram[7] et Antisam circa Meotin[8] paludem pontua abstulit: ut Helicem et Biram sinus Corinthius devoravit. Satis autem oratorie[9] commemorans ipsius civitatis devotissimam circa Romanos fidem, minuit opes eius: et exigua moenia et parvum numerum civium dixit, quibus[10] tamen maximos regia Mithridatis impetus propulsaverit; fide et amore scilicet, quam virium facultate[11] robustior. Et est quaedam laudativa sententia.

13. Sed si neque Asiae luxuries[12] infirmissimum tempus aetatis.

Mores inlustrantur eius, quem non potuerit[13] Asia multiformi voluptate corrumpere. Similis et in L. Murenae defensione sententia est.

---

1. *Nomen suum* pro *nomina* legebat Peyr.; quam lectionem ab eo libenter accipio. 2. Cod. *queeri*. Sic alibi *queerella*. 3. Perierunt vocabula duo. 4. A Plinio aliisque auctoribus scribitur *Tantalis*. 5. Cod. *inundationem*. 6. Cod. *Anthirrioni*. 7. Ita cod. sine adspir. 8. Ita scribitur in cod. sine diphth. 9. Cod. *oratoriae*. 10. Cod. *cuius*. 11. Cod. *facultatem*. 12. Cod. *luxuriues*. 13. Cod. *potuerunt*; quod correxi, quamquam Asia est collectivum nomen.

10. Idem huic occurrit membranae defectus (sed in aversa pagina) qui p. 8. adn. 3. (ad. p. 231. l. 5.) a me memoratus fuit.

19. Plinius II. sect. 91. *perrupit mare Leucada, Antirrhion, Hellespontum, Bosporos duos. Atque ut sinus et stagna praeteream, ipsa se comest terra; devoravit Cybotum* etc.; *Sipylum in Magnesia; et prius in eodem loco clarissimam urbem quae Tantalis vocabatur* etc. *Pyrrham et Antissam circa Maeotim pontus abstulit. Elicen et Buram in sinu Corinthio.* (Sic vulgo: sed a Scholiasta confirmatur lectio Cod. Chifflet. a Silligio recepta: *Buram sinus Corinthius.* Apud Schol. repone *Buram*. Or.) Rursus lib. V. sect. 31. *interiit et Sipylum, quod ante Tantalis vocabatur, caput Maeoniae.* Lege etiam auctores in scholiis ad Plinium laudatos. (*Tantis* Schol. merus est librarii error. Or.)

20. Sipyli scilicet, seu Magnesiae ad Sipylum, quam urbem Mithridati restitisse, ideoque a Sylla pronuntiatam fuisse liberam tradit Appianus Mithridati cap. XXI. LXI.

27. Cap. V.

[P. 247.] Verum, quod hic magis animadvertendum | puto, consideremus omnium horum capitum transitus oratorie[1] factos: ita enim sibi conectuntur[2], ut gradus honorum cum quadam testificatione cognitae simul et probatae integritatis extollat. Praemisit quippe, in Asia[3] nullam Flacci fuisse luxuriam: dein sequenti capite „ex hoc, inquit, aetatis gradu se ad exercitum C. Flacci patrui contulit": et statim subicit:

14. Tribunus militaris cum P. Servilio gravissimo et sanctissimo cive profectus.

Laudatio enim L. Servilii magnum testimonium Flacco ad indicium vitae honestioris adquirit. Post haec etiam quum esset quaesturae[4] mentionem facturus, ita subiecit:

15. Quorum amplissimis iudiciis ornatus, quaestor factus est.

Omnis[5] haec ergo enumeratio magistratuum, quos gessit, ita pendet ex se, ut laus praecedentium consecutis honoribus suffragata sit; et in nullo fuerit gratia fortuita, quum in omnibus censura meriti haberetur.

16. M. Pisone, qui cognomen frugalitatis, nisi accepisset, ipse peperisset.

Vigilanter omnes hos, qui Flacco in primis magistratibus praefuerunt, laudativa γνώμῃ[6] orator exornat, ut, quod viris[7] tam inlu- [P. 246.] stribus[8] placuit, exploratae in | nocentiae testimonium sit. Verum quod ad Pisonem pertineat[9], plurimi quidem ex hac familia cognomentum frugalitatis habuerunt: sed enim primus hoc meruit L. Piso, qui legem de pecuniis repetundis tulit, et fuit C. Graccho capitalis inimicus, in quem ipsius C. Gracchi extat oratio maledictorum magis plena quam criminum.

17. Idem novum bellum suscepit atque confecit.

Q. Metellus[10], detrectante collega suo Q. Hortensio, administrationem provinciae Cretae ipse suscepit, et ibidem confecto bello cognomentum ex virtute, ut supra diximus, Cretici meruit. Coeperat

---

1. Cod. *oratorian*. 2. Ita cod. unica *n*, ut in aliis codd. *coniter*, *conexus*. 3. Cod. *Asiam*. 4. Cod. *quaestura*. 5. Cod. *omni*. 6. Tantum spatii est in codice, ubi Graeca vox fuit; scribo autem sic, quia supra dicitur *laudativa sententia*. 7. Cod. *iuris*. 8. *einlustribus*] Deletur *e* in codice; ego tamen archaismum retineo. (Error hic est scriptoris librarii, non archaismus. Or.) 9. Ita cod. (ut infra Cap. VI. 3. Or.) 10. Cod. *Metello*.

6. Ita cod. Ego vero existimabam dicendum esse *patris*, uti legitur in eo quem citat Scholiastes loco. Vel heic igitur vel ibi mutanda videtur lectio. Fuit autem C. Flaccus anno urbis DCLXI. consul, pater scilicet aut patruus huius L. Flacci, pro quo Cicero orat.

13. Quaesturam adibant Romani aetate admodum iuvenili. Cic. de Rep. I. 12.

25. Tres tantummodo *Frugi Pisones* recenset Glandorpius in Onomastico. Noster autem interpres dicit *plurimos* pro *plures* etiam inferius XXXIIII. 2.

26. Rem diserte narrat Cicero ipse pro Fonteio cap. XIII.

28. Hortensii oratoris detrectationem provinciae confirmat Dio fragm. CLXXVIII. ed. Reimari.

quidem ante illum orae maritimae praepositus M. Antonius piratas persequi; sed rebus nondum confectis, morte praeventus est.

18. Non Asiae testibus, sed accusatoribus contubernalibus traditus.

Vigilanter subtrahit auctoritatem provinciae, qua Flaccus opprimi poterat, et subdit accusatores contubernales. Hoc enim fere nihil optinet auctoritatis, si contubernales ad[1] obsequium mendaci obtemperaverint accusatori: illud contra pro validissimo acciperetur, si accusatio provinciae totius incumberet.

III. 1. At a testibus laeditur.

[P. 245.] Exsecutio haec omnis hanc optinet quaestionem, an testibus credendum sit. Et prius quam adgrediatur orator —[2] et destruere personam Graecorum et nationem gentili quadam levitate praecipitem, statim prima conflictatione —[3] opponit praecedentium magistratuum[4], in quibus bene cognitum et gloriose probatum Flaccum non oporteat his eum maxime testimonio pugnantibus[5] addici, quum plura sint, quae laudi proficere debeant, quam quae nunc crimini fidem faciant.

2. Nullam in re familiari sordem.

Notabile[6] hoc, quod singulari numero *sordem* dixit, quum de moribus ad cupiditatem pecuniae promptioribus secundum numerum pluralem consuetudo celeberrima sit *sordes* dicere. Hoc igitur de verbis rarioribus adnotemus.

IIII. 1. Non quo nationi huic ego unus maxime fidem derogem.

Localiter —[7] impleturus Graecis testibus non esse credendum, quo sibi contra invidiam mederetur, praemisit hoc σχῆμα[8], quod aput Graecos —[9] dicitur. — Tanto enim maiore auctoritate proscindet illorum in testimoniis dicendis ‖ *levitatem*.

* * *

[Desiderantur paginae duae.]

1. Cod. *ad ad*. 2. Spatium versiculi cum dimidio, ubi Graeca verba fuerunt. 3. Spatium unius vocabuli Graeci (ἔχαινον? Os.) 4. Cod. *magistratum*. 5. Lege *oppugnantibus*. Os. 6. Cod. *notabilem*. 7. Spatium unius voc. Gr. 8. Suppleri vocabulum spatio congruens. 9. Supple vocab. unum Gr.

2. Hinc a Cicerone in Verr. II. 3. et III. 91. dicitur M. Antonii infinitum imperium. Idem postremo loco ait: *Antonium, quum multa contra sociorum salutem, multa contra utilitatem provinciarum et faceret et cogitaret, in mediis eius iniuriis et cupiditatibus mors oppressit.*

10. Rursus incipit textus editus. Ergo codex Vaticanus sarcit priorem extremamque partem lacunae: innuit etiam, ut iam dixi, quantum adhuc desit, nempe quidquid interpres quattuor commentarii paginis, quae perierunt, partim illustraverat, partim, ut fit, omiserat. Quamquam intra quattuor illas paginas concludendum est Mediolanense fragmentum iam pridem a me editum; quo insigni additamento hiatus orationis, ut iam dixi, valde imminuitur.

28. Si mihi commodius otium fuisset, hoc fortasse et alia figurarum nomina apud Graecos vel Latinos rhetoras atque artigraphos invenissem. Nunc multis curis distentus spartam hanc adornandam studio cuilibet prope invitus permitto.

[Q. LIII. P. 250.] V. 1. . . *offenaas*[1] privatae indignationis ulcisci, qui moleste ferant, se Flacco iudicante perpessos.

2. Qui comitatus in inquirundo? comitatum dico? immo vero quantus exercitus?

Gestit persuadere iudicibus, praeter levitatem Graecorum, plurimum valuisse Laeli accusatoris sive potentiam sive gratiam, ut illis mentiendi[2] non tantum voluntas insinuaretur[3], verum etiam necessitas inrogaretur.

VI. 1. Lege hac recenti ac nova certus est inquisitioni comitum numerus constitutus.

Legem iudiciariam videtur significare sive a P. Vatinio tribuno pl., sive a. Q. Fufio Caleno perlatam: pertinebat autem ad iudicum reiectionem, quae fiebat secundum legem Aureliam ex tribus ordinibus, senatorum, equitum romanorum, tribunorum aerariorum. Igitur ea lege praefinitum videbatur quot[4] numero comites habere deberent, qui in provincias irent, *ut*[5] accusationem de pecuniis repetundis instruerent. Hunc ergo Laelium videri vult supergressum legis istius praescripta inciviliter multa fecisse.

2. Sermo est tota Asia dissupatus[6], Cn. Pompeium, quod Flacco esset inimicus, contendisse *a*[7] Laelio paterno amico.

[P. 249.] Summa diligentia, quum intellegat orator obesse reo plurimum posse auctoritatem Cn. Pompei, si accusatoribus contra reum favere videatur, eripere temptat hanc persuasionem; quasi Laelius falsi huius rumoris auctor extiterit, nihil vero Pompeius in Flacci perniciem cogitaverit. Sed enim quod paternum amicum Cn. Pompei[8] Laelium dicit, opinor ad tempus belli Sertoriani esse referendum, quo ibidem[9] Laelius pater huius ab Hirtuleiania interfectus est, ut ait Sallustius, receptis plerisque signia militaribus cum Laeli corpore.

3. Et praedonum et regum bello liberavit.

Scimus Gabinia rogatione victos esse ab Cn. Pompeio imperatore piratas. Quod ad reges pertineat[10] ab eodem superatos, Tigranem significat Armeniae, et Mithridatem Cappadociae regem.

---

1. Vel *causas*. 2. Cod. *mentiendis*. 3. Cod. *insuaretur*. 4. Cod. *quod*. 5. *Ut* deest in cod. 6. Cod. *dissupatum*. Porro *u* pro *i* ut *existumare* et *surrupere* in Vaticanis fragmentis pro Fonteio. 7. Deest *a* in cod. 8. Cod. *Pompeium*. 9. Ita cod. Sed malim *idem*. 10. Ita cod.

12. De Vatinio legis auctore testis est ipse Scholiastes noster in Vatin. XI. Lex Fufia incerta citatur a Cicerone in Verr. I. 42.

14. De Aurelia lege item loquitur noster Scholiastes in parte illa, quam Mediolani edidi ad Ciceronis orationem ineditam in Clodium et Cur. VII. 2. Auctoritatibus a me ibidem laudatis adde Paterculum II. 32.

28. In historiarum fragmentis non extat haec narratio; quae tamen occurrit apud Frontinum Strateg. II. 31. et apud Obsequentem Prodig. CXIX. Iam Hirtuleium fuisse Sertorii quaestorem satis exploratum est.

50. Res notissima ex Paterculo II. 31. Plutarcho in Pomp. XXV. aliisque auctoribus.

52. Vel dicendum est *Ponti regem;* vel intelligitur id tempus, quo Mithridates

4. Adiunxit illa, ut eos, qui domo exire nolebant, testimonii denuntiatione terreret; qui domi stare non poterant, largo et liberali viatico commoveret[1].

Calumniosa Laeli ostenditur accusatio, quod ei se testes non ultro secundum fidem veritatis obtulerint, sed ab eo vel minis compulsi sint, vel [P. 244.] pecunia corrupti. In superiore enim ‖ parte nolentes Romam proficisci, territos ab Laelio[2] dicit denuntiatione veniendi, ut cogerentur ea de Flacco mandare[3] quae nollent. Verum in sequenti parte obscurius aliquanto[4] locutus est. Ait enim: „qui domi stare[5] non poterant, largo et liberali viatico commovebat." Hos significat pauperes et egentes, qui nullo patrimonio sustinerentur; ac propterea pecuniae largitione ad falsum testimonium provocatos, nam stare eos dicebant veteres qui habebant idoneam rem familiarem. Similiter et in oratione[6], quae habita est aput populum post fugam Catilinae; „si stare[7] non possunt, corruant; sed ita, ut non modo civitas, sed ne vicini quidem proxumi sentiant."

5. Non iure iurando constricta, sed porrigenda manu.

Hanc Graeci *χειροτονίαν*[8] dicunt. Itaque —[9] morem nationis plurimum dissentire a fide et religione testium confirmat ex hoc, quod non iurare soleant in aliquam rem, sed tantum porrecta manu consentire; ex quo praeceps temeritas colligi potest.

VII. 1. Sedentis contionis[10].

Plerumque enim Graeci in theatro consulebantur, et ita decreta faciebant. |

[P. 243.] 2. Tum optime meritos civis e civitate eiciebant.

Legimus enim duces maximos et inlustres in exilium relegatos ab Atheniensibus, vel etiam in vinculis necatos, ut Miltiadem[11], Themistoclem, Aristidem, Alcibiadem.

3. Caesus est virgis Cymaeus ille Athenagoras[12], qui in fame frumentum exportare erat[13] ausus.

---

1. „Cod. *commoveret.*" Maius; (qui nescio cur dedit *commovebat* contra Ciceronis ipsius auctoritatem. Nisi forte error subest Codexque Schol. revera habet *commovebat*, in Maii vero editione leg.: Edd. *commoveret*. Or.) 2. Cod. *Lo pro Laelio.* 3. Cod. *mandarent.* 4. Cod. *aliquanda.* 5. Cod. *instare.* 6. Cod. *orationem.* 7. Cod. *istare.* 8. Ita suppleo in cengrno spatio. 9. Spatium duorum fere vocabulorum Gr. 10. Cod. *contentionis.* 11. Cod. *militiam.* 12. Cod. *Athenachorus*, sed recte infra. 13. Cod. *erant.*

Cappadociam armis subditam tenuit, pulso rege iusto Ariobarzane. Cic. pro leg. Manil. cap. V. Quin adeo Tullius in hac quoque pro Flacco oratione cap. XXV. Mithridatem vocat *Cappadocem*. Sane et agri, quos Mithridates in Cappadocia possedit, memorantur in Rullana oratione I. 2.

14. In Catil. II. 10. Respondebat autem Tullius Catilinae qui in senatu, ut ait Sallustius cap. XXXI. furibundus dixerat: *quoniam quidem circumventus ab inimicis praeceps agor, incendium meum ruina restinguam. Dein se ex curia domum proripuit.*

24. Sic etiam Graeci Tarentini apud Dionysium et Dionem a me editos, in theatro de rebus publicis deliberant.

28. Lege Ciceronem de rep. I. 3.

Graviter et congeste[1] . . causam ostendit, quare potuerit Athenagoras ad mentiendum provocari, propter indignationem verberum, quibus fuerat castigatus; et iustitiam Flacci praetoris, qui propter huiusmodi audaciam existimaverit puniendum. Ita utrumque fit, ut testium auctoritas devoretur, et Flacci iustitia comprobetur.

4. Qui multitudinem illam non auctoritate sua, sed sagina tenebat.

De Mithridate Pergameno loquitur, a quo vehementer adseverat testes esse corruptos: et quo magis eorum levitas et paene obsequium servile detegeretur, quam multitudinem, inquit, non auctoritate sua sed sagina tenebat: ne quid fidei hominibus adsit, qui parasitorum in modum vel solo possint ventre corrumpi, ad gulae[2] blandimenta venales.

[P. 271.] 5. Quod se velle dixit, id ‖ sutores et zonarii conclamarunt. Hoc testimonium est civitatis?

—[3] in clausula pronuntiandum est —[4] quid sit testimonium; ad quod destruendum —[5] ab oratore praemissa eat dicendo „sutores et zonarios"; ut volgaribus et sordidis artificiis appareat humilitas personarum, nec ullum genium publicae maiestatis obtineat.

VIII. Quibus odio sunt nostrae secures.

—[6] Magna eum invidia exaggeratae sunt causae, quibus utique veri simile sit, Graecos contra Flaccum voluisse mentiri; quod e [s om] nia quae in provinciis exerceantur, habuerint semper onerose[7] et ea gravate tulerint[8], odio iam non praetoris unius, sed Romani imperii. Similiter et de Gallis pro Fonteio. Est autem potentissimum, si ab unius persona[9] flectatur intentio iudicum, ut publico nomine recenseant, testibus molestae haec obsequia tolerantibus.

VIIII. 1. In aerario nihil habent civitates, nihil in vectigalibus.

—[10] materiam nullam habuisse praedandi Flaccum in istis civitatibus, quas invenerit opibus exhaustas, et quae | nec versuram fecisse, nec viritim titulum contulisse dicantur.

[P. 273.]

2. Quam vero falsas[11] rationes in tabulas inferre soleant.

---

1. Vox *congeste* aegre legitur, tum sequitur vocabulum oblitteratum. 2. Cod. *gylae*, qui scilicet *y* pronunciabatur *u*, teste alium Symmachi codice. 3. Unum vocab. Gr. 4. Duo voc. Gr. 5. Unum vocab. Gr. 6. Unum vocab. Gr. 7. Cod. *onerosae*. Item *gravatae*. 8. Cod. *tulerunt*. 9. Cod. *personae*. 10. Versus unus et dimidius vacuus, quo in loco fuerunt Graeca verba. 11. Edd. *facile falsas*.

5. (Lego *defloretur*, ut Cap. XVIIII. 3. et vers. 18. *ingenium* pro *genium*. Os.)
24. Cap. XI.
25. (Fortasse: *ut publico nomine succenseant testibus*. Os.)
27. Iam in monito huic orationi praevio dixi, continuam heic esse scripturam codicis Vaticani; ideoque falsam esse lacunam, quam editores inter huius orationis caput VIII. et IX. incommode obtrudunt, dum in libris aiunt: *deesse videntur nonnulla*.
31. (Fortasse: *tributum*. Os.)

Sollertissime invigilavit, ne quid Graeci etiam tabularum recitatione firmarent —[1] praemittit hanc insimulationem, ut si quod instrumentum probationis attulerint, pro falso accipiatur. Et confirmat hoc —[2] interponendo auctoritatem Cn. Pompeii[3] et Hypsaei, quorum litteris indicabatur perfidia Graecorum. Et statim sub eodem — —[4] in clausula ponitur, eos, qui de Pompeio et Hypsaeo mentiti sint, nec de insimulanda Flacci innocentia potuisse dubitare.

3. Triduo lex ad praetorem deferri iubet.

—[5] Lege enim habebatur[6], ut accusatores[7] de pecuniis repetundis omnia instrumenta tabularum et intra diem tertium ad praetorem deferrent et omnia iudicum anulis obsignarentur. Hos contendit post diem tricensimum[8] obsignandas tabulas edidisse, ut videlicet hoc intervallo potuerint habere largum tempus easdem tabulas [9] *corrumpendi*
* * *

[*Desiderantur paginae quattuor.*]

* * *

XIIII. 1. *Negas fratrem meum, qui Flacco successerit, pecuniam ullam in remiges imperasse.*

[P. 260.] * * * neque fratris sui laudem decerpat, et quod Flaccus egerit, rectissime factum esse persuadeat. Quintus enim Cicero successor eius non imperaverat Asiae pecuniam classis nomine conferendam; Flaccum vero imperasse constabat. Igitur non in totum concessit, fratrem suum hanc speciem praetermisisse, ad tempus necessarium reservasse. Ergo non damnavit quod praecessor fecerat, sed distulit quod ipse non imperabat. Praeter hoc etiam —[9] *defendit* per absolutam qualitatem, salva religione, fraterna libertate[10] causam Flacci, quod nulli umquam crimini datum sit id quod successor aliter fecisse videatur: propterea quod exempla praecedentium sequenda sint, successorum praedivinari voluntates et consilia non possint.

XV. 1. Procedit unus Asclepiades.

—[11] *Prudenter* satis, quoniam praeco legatos Acmonenses excitaverat, et de Acmonensibus unus Asclepiades prodierat, arripuit accusaturus malitiosam criminationem Graecorum, qui uni homini auctoritatem quandam multitudinis darent. Impleta ergo responsione generali [P. 259.] contra auctoritatem totius | Asiae, transitum facit ad singulas civitates. Et hic primo gradum figit[12] destruens etiam ipsius Ascle-

1. Spatium eius versus. 2. Spatium versus eius. 3. Ita cod. At supra VI. 2. *Pompei.* 4. Spatium duorum versuum cum dimidio. 5. Spatium versus eius cum dimidio. 6. Cod. *habebantur.* 7. Cod. *accusatori.* 8. Incertum est utrum sit *tricensimum* an *trigensimum.* 9. Spatium versiculi. 10. Cod. *libertatem.* 11. Spatium dimidii versus et paulo plus. 12. Cod. *fugit.*

4. Quippe Hypsaeus quaestor Pompeii fuit bello Mithridatico, quo tempore scriptae fuerunt mutuae horum, quas commemorat Tullius, litterae.

11. Quaenam e tot legibus de repetundis caput hoc de tabulis certa die obsignandis habuerit, quaerendum superest.

23. (Fortasse: *praetermisisse, sed ad tempus.* Or.)

piadis personam, ut nihil ad optinendum valeat vel numero quod solus, vel moribus quod infamis.

2. Nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis.

Festivissime —[1] subiecit destruens hominum personas, qui ob egestatem nimiam nec habuerint quod amitterent. Eo etiam illud accedere, quod praesentes non sint ad dicendum testimonium, a quibus se pecuniam sumpsisse Asclepiades dicat, quam Flacco datam criminabatur.

3. Tu vero tibi habe totam[2] laudationem decrevisse[3].

Eam temptaverat accusator falsam dicere; et oratorie[4] hoc ipsum Cicero concessit, ut Graecorum mores atque perfidia etiam ab ipso accusatore damnata sit, qui ab eorundem maxime testimonio nititur. Utiliter itaque facit[5] iacturam civitatis unius, multarum, quae accusant, deminuturus auctoritatem.

4. Ut Flacco absenti aliquid civitates tribuisse dicantur.

Laelio praesenti, per se agenti, vi legis, iuris, accusationis, opibus praeterea suis terrenti ac minitanti nihil obsignasse videantur . . .[6] [P. 258.] ante [7] . . non fecerit; sponte concedens Acmonensium videri falsam laudationem, tamen sequentia . . . adverte quam tenaciter laudationem suam videri velit . . . fuisse indicia; e contrario calumniosa eorum testimonia, qui pro accusatore consentiant. Absenti, inquit, Flacco decreta laudatio est. Ergo nihil invitis extorsit vel gratia vel potestate, quum absens esset. At[7] ceterae civitates praesenti Laelio, cogenti, opibus magnis et obstinata necessitate suadenti, magis est ut succubuerint ad obsequium mendacii. Sic et deprimitur fidea accusantium, et veritas factorum *coarguitur*[8].

XVI. 1. Obsignata erat creta illa Asiatica.

. . . celebrata . . . valde veluti quodam . . . consuetudine . . . qui solebant . .[9] creta quadam candida uterentur, et adhuc videtur frequentari haec consuetudo. Instrumentum igitur laudationis creta obsignatum proferebatur; tabulae vero, quibus illi ad criminandum ute- [P. 257.] bantur, signa habebant cerae *insolitae*. | Quod ergo secundum morem factum sit, id vult esse veritatis: illud contra falsum quod dissenserit a perpetua cousuetudine.

XVII. 1. O pastores nescio quos cupidos literarum!

—[10] pertinens ad coniecturalem quaestiunculam —[11] veri simile[12] non esse, ut incursu latronum tabulas in itinere perdiderint; quum

---

1. Vocabulum Gr. oblitteratum. 2. Edd. *habeto istam*. 3. Ita cod. Nam est mendum? num sequenti commentario addendum hoc vocabulum, quod certe in textus editionibus deest? οὐδὲν ὁρίζω. 4. Cod. *oratoriae*. Saepe iam mendosas has diphthongos coarguimus. Id tamen repetitum mendum nos docet eandem fere fuisse pronuntiationem apud veteres τοῦ ae et τοῦ e. 5. Cod. videtur habere *pacti*. 6. Unum verbum legi nequit. Ita fere et in proximis lacunis tribus. 7. Cod. *ad*. 8. Hoc fere unum vocabulum legi nequibat. 9. In his lacunis versiculi ferme octo amittuntur. 10. Spatium unius voc. Gr. 11. Spatium versiculi. 12. Cod. *verissimi*.

29. Notemus diplomaticam consuetudinem.

aoleant non hoc genus praedae, sed alia captare: quando tabulae causis tantum et probationibus instrumento sint, praedonibus lucro esse non possint. Probare vult igitur non tabulas in itinere amissas, sed domi nullas esse conscriptas.

2. Bellissimum putaverunt[1] dicere amissas.

Quid causae secuti sint, ut tabulas non proferrent, ratiocinatione facta per coniecturam, revocavit omnem suspicionem vel ad metum poenae, quam legibus suis passuri essent, si falsas protulissent; vel ad probationem innocentiae Flacci, si veras protulissent, in quibus nullum indicium criminis inveniretur, et potius color ipse quaesitus sit, ut viderentur perdidisse, ne aut ipsi periclitarentur, aut reo nocere non possent.

[P. 252.] 3. Quin ab hoc ignotissimo fryge ‖ nobilissimum civem vindicetis[2].

Utrumque vehementer et ad deprimendum adversarium et ad extollendum reum; ut tantum in illo obscurata sit, quantum in hoc inlustrata persona.

4. Homini enim frygi, qui arborem[3] numquam vidisset[4], fiscinam ficorum obiecisse.

Valde summa cum festivitate discussit inridens veneni criminationem, quod hic videretur unus de numero accusatorum Flacci repentina morte defunctus. *Causa*[5] interposita est aviditatis et intemperantiae barbari hominis, quem poma insitata distenderint. Notemus igitur quasdam criminationes non pugnaci argumentatione, sed etiam[6] festiva urbanitate dissolvi.

5. Flacco vero quid profuit[7], qui valuit tamdiu dum huc prodiret? mortuus est aculeo iam emisso ac dicto testimonio.

Leve putavit orator diligentissimus hanc suspicionem veneficii sola urbanitate discutere; conclusit etiam breviter argumentatione validissima, nullum Flacco emolumentum fuisse in eius interitu, qui iam testimonium [P. 251.] dixerat et vim | criminationis ediderat: unam autem occidendi fuisse rationem ante quam[8] testimonium diceret: dicto autem iam testimonio, magis potuisse crimen augeri, quam periculum declinari.

6. Totoque Mithridatico crimine.

Eleganter et oratorio stomacho; Mithridatico crimine quasi Mithridatico bello. Id autem crimen significat, quod Mithridates ille Pergamenus intenderat.

---

1. Edd. *putarunt*. 2. Cod. *condonetis*. 3. Edd. *arborem fici* et *obiecisti*. 4. Cod. *vidisse*. 5. Spatium erat unius vocabuli. 6. Cod. *etam*. Et quidem superius supplendum *solam*; vel dicendum *tam quam*. 7. Cod. *profluit*; sed mox ibidem deleta *l*. 8. Cod. *et quam*.

25. Recole quae dicit apud nos in monito Macrobius de utilibus Ciceronis in orando locis. Sed tamen Macrobius de alio loquitur in Flacci causa loco.

36. Odium Mithridatici belli nunc suscitat oblique orator; sicuti in reliquiis pro Scauro a me editis eodem astu oratorio Poenorum odium convertit in illorum colonos Sardos, contra quos Cicero clientem suum defendit.

XVIII. 1. Et qui ita sit ambitiosus, ut omnis vos nosque[1] cotidie persalutet[2].

Ambitiosum dicit demisse et officiosa quadam veneratione blandissimum: unde intellegere possis improprie ambitiosos de adrogantibus dici. Ambitio est enim favoris alicuius supplex et cum lenocinio humilitatis adfectatio gratiosa.

2. *Turpissimis iudiciis.*

Famosis, ut saepe iam dictum est.

3. Et furti[3] et pro socio damnatus est.

Per omnem decursum partis huius destruit personas testium singulorum, quo minus bis credendum iudices arbitrentur, quibus nulla vitae honestas patrocinatur. Pro socio autem damnantur, qui aput arbitrum infideliter in societate gessisse vincuntur[4].

[Q. LIIII. P. 266.] 4. Nam Lysanias adeptus est ordinem senatorium: sed quum rem p. nimium amplecteretur, peculatus damnatus est.

Eleganti verbo usus est „amplecteretur"; est enim dubium; nam et qui diligit, amplectitur, et qui spoliat et intercipit aliquid ex aerario.

XVIIII. 1. Quattuor mensaris[5].

Actus in Caria plerumque videtur per has personas et officia decurrere; sed mensarios dicit, quos illi τραπεζίτας vocant.

2. Ex[6] tanto numero deductus est nemo.

Ex iis argumentatur[7], quae desunt accusatoribus ad probationem; et quae omni modo constare[8] deberent, siquidem re criminarentur.

3. Quem iudicatum duxit[9] Hermippus?

Persona[10] hominis defloratur, ne quam possit auctoritatem testis aut religionem sibi vindicare, cuius pudor tanta ignominia publicatus sit: iudicati enim ducebantur.

4. Ultroque iis sumptum intulit.

Id est, etiam erogationem sumptus imputavit.

5. Heraclidam[11] istum Temni postea nemo vidit.

ἀπὸ τῆς . . . τοῦ . . .[12] consequentia in argumentum deduxit eius, qui sibi huius fraudis conscius auxilium fugae petierit.

[P. 265.] XX. 1. Qui tamen credidit L.[13] Fulvi Nerati[14] lectissimi hominis fide[15].

---

1. Cod. *nos.* 2. Cod. *per salutem.* 3. Cod. *et pro furti.* 4. Nam pro *convincuntur?* 5. Ita cod. cum unica *i.* Et sic in Vaticanis fragmentis pro Fonteio *dodrantariis, quadrantariis.* 6. Edd. *ex hoc.* 7. Cod. *argumentantur.* 8. Cod. *constat re.* 9. Edd. *duxit hic.* 10. Cod. *personam.* 11. Edd. *Heraclidem.* 12. Versiculi duo Graeci legi nequeunt. 13. Edd. *P.* 14. Edd. *Veratii.* 15. Edd. *fides.*

6. Notabilis atque egregia definitio ambitionis.

Eleganter, ne quid sibi ad testimonium probatae integritatis adsumeret Heraclides, pecuniam creditam illi sub aliena tamen[1] fide et promissione dicit, ut ille quidem male notus fuerit, aliis tamen oppositis ut sibi[2] pecunia crederetur effecerit.

2. Hic ercle[3] cornici oculum[4], ut dicitur.

Proverbio celeberrimo usus est, cuius et pro Murena mentionem facit. Cornix autem avis genus est, quod esse fertur acutissima visione; et quando aliquod ad cadaver offendit, praecipue invadere in oculos dicitur. Volens ergo significare Hermippum hominem callidissimum ab hoc eodem Heraclida esse deceptum, ait non aliter iam accidisse, quam si cornici oculos effodias, quum ipsa vesci soleat alienis.

3. Habebat discipulos[5], quos dimidio redderet stultiores quam acceperat.

Inludit personae rhetoris imperiti, hanc eruditionem discipulorum fuisse in eius schola dicens, ut in ea nihil alud disceretur praeter ignorantiam litterarum.

[P. 272.] 4. Infatuare.

Verbi novitatem consideremus.

5. Homo audacissimus pertimuit, loquacissimus ommutuit[6].

Vehementer expressit vim conscientiae, quum et loquacissimo verba defuerint, et inpudentia nihil audacissimo patrocinata sit.

XXI. 1. In duplum iret.

Dupli sponsionem faceret.

2. Qui tunc[7] te nudus delectaverat[8], semper nudum esse voluisti.

Asperrime hoc in mores Deciani, ut avaritiam probro illi daret et inpudicitiam. Quippe dicit eundem Lysaniam ephebum[9] placuisse Deciano propter gratiam corporis nudum; eundemque postea omnibus fortunis spoliatum. Utrumque igitur aspergit infamia.

3. Eum[10] spe recuperandi fundi paterni venire ad testimonium dicendum coëgisti.

---

1. Malim *tantum*. Or. 2. Cod. *ibi*, sine *ut*. 3. Ita Cod. 4. Cod. *ocumulum*. 5. Edd. *adolescentem*. Videtur autem scholiastes heic et alibi libere scribere et fortasse etiam immutare. 6. Ita Cod. Similes autem scripturas in antiquis codd. haud raro legebam, quae veterem pronunciationem demonstrant. 7. Edd. pro *qui tunc* habent *quoniam*. 8. Edd. *delectarat*. 9. Ita Cod. 10. Edd. *cum tu*.

6. Cap. XII.

9. Hinc perspicue cognoscimus proverbii huius originem, quam se nescire fatetur Forcellinus in lexico; Gesnerus autem item in lexico, nec non interpretes Quintiliani Inst. VIII. 5. pertractant.

12. Nunc probe intelligimus Macrobium Saturn. VII. 5.: *ut suis telis lingua violenta succumbat, et Graecus Graeco eripiat hunc plausum, tamquam cornix cornici oculos effodiat.*

Artificialiter et dignitatem personis testium derogat, et falsum dicendi causas interponit, ut nihil in totum religiosae fidei relinquatur.

4. Quidnam sit[1] dicturus expecto.

Praevenitur ab oratore imminens testimonium, ut aut nihil conari ad mentiendum audeant, aut prius quam dixerint, refellantur. Suspendit tamen et ipse responsionem, ne absurdum faceret copiosius exsequendo eam rem, quae non erat ab teste prolata.

XXII. 1. Trallianos causam publicam[2] Meandro[3] homini sordido commisisse.

Ὑπέκβασις fit ad refutandum publicum testimonium Trallianorum. Et bene praemisit orator habere quandam se et fratrem suum cum eodem populo necessitudinem, ut quidquid adversus eos dixerit, necessitate fidei coactus dixisse videatur. Acutissime praeterea omnis auctoritas publica, quae adesse poterat civitati, deducitur in planum; quum solus Meandrius ad testimonium dicendum processerit, nullis ornamentis vel morum vel dignitatis instructus. Ita quod validum esse contra Flaccum poterat ex contemplatione publici testimonii, pro adfecto accipiendum videbitur, uno loquente, et eo, qui non sit aliqua honestate subnixus.

2. Quasi ministrator[4] aderat.

. .[5] accipe. Ministratorem hic[6] enim dicit, qui tela gladiatoribus suggerit: ad quem modum vult intellegi etiam ab hoc accusatoribus crimina subministrari.

3. Quare si hunc habent auctorem Tralliani doloris sui.

—[7] Poten||. . .

[*Desiderantur paginae octo.*]

* * *

XXXII. 1. *Quod patri L. Flacci aedili curuli pater tuus tribunus plebi diem dixerit.*

[P. 262.] * * * tem ad consulatum usque pervenerit; ille vero deposita tribunicia potestate damnatus sit. Et firmamentum adicit huic argumentationi ἀπὸ — —[8] hunc quoque Decianum nihil apud animum Flacci resedisse ex illis inimicitiis credidisse, quando quidem non dubitaverit sub eodem tribuno militare.

2. Quum prodire nollet[9]. Non est hoc in absentem, sed in latentem.

—[10] Breviter et expedite per definitionem probavit[11] nihil inique

1. Cod. *si*, extrita *t* ob similitudinem sequentis *d*. 2. Deest in edd. *publicum*. 3. Ita cod. sine diphth. et sine *i*. 4. Cod. *nistratur*. 5. Unicum ferme verbum Gr. supplendum. 6. (Cod. *his*: unde Maius fecit *is*; ego *hic*. Os.) 7. Desiderantur Graeca verba duo. 8. Versiculus unus cum dimidio Gr. 9. Cod. *nolet*. Edd. *nolles*. 10. Spatium unius vocabuli. 11. Cod. *probabit*.

21. Notemus ergo vocabulum gladiatorium *ministrator*; isque sensus addatur novae Forcellini editioni.

indicasse Flaccum, quando se non absentem fuisse probet eo tempore, quo sententia dicta sit, sed prodire noluisse fateatur se de conscientia[1] malae causae.

3. Mitto quod aliena, mitto quod possessa per vim.

Παρασιώπησις[2], quo genere figurae creberrime utitur: et idcirco semel atque iterum demonstratum iam in ceteris etiam sua sponte lector adgnoscet.

4. Subsignari aput aerarium aut[3] aput censorem possent[4].

De iure loquitur praediorum, in quae per vim et iniuriam videbatur invasisse Decianus. Praedia autem, quae iure legitimo non habentur, neque aput aerarium subsignari neque aput censorem possunt. [P. 261.] Et subsignandi | haec solebat *esse*[5] causa, *ut* aut qui vectigalia redimeret, aut qui pro mancipe vectigalium fidem suam interponeret, loco pigneris (*sic*) praedia sua rei p. obligarent, quoad omnem pecuniam redemptores vectigalium repensarent.

XXXIII. 1. Ut duceret iudicium[6].

Ut protraheret causae cognitionem.

2. Invidisti ingenio subscriptoris tui, quod ornabat facile[7] locum, quem prenderat[8].

—[9] Cicero dicit, infantissimos oratores et nulla eloquentiae praeditos dignitate volens significare; quos nec pecunia corruptos ab aliquo auspicari quisquam debeat, quorum ingenium despici magis quam timeri oporteret.

3. Et eum tu accusas avaritiae, quem dicis[10] sestertium viciens voluisse prodere[11]?

Cum stomachi asperitate proscidit Laelium, qui tam nullius eloquentiae sit, ut Flaccus eam[12] pecuniam fuerit perditurus, eo parcente, qui tam inani esset ingenio, ut etsi maxime cuperet, tamen nocere non posset.

XXXIIII. 1. Nihil potest de tutela legitima, nisi[13] omnium tutorum auctoritate deminui.

— —[14] Negotialem quaestiunculam facit, proponente adversario, [P. 268.] inciviliter egisse Flaccum, quod bona cuiusdam Valeriae possederit, quae Androni Sextilio[15] marito suo in manum convenerat. Hoc autem iuria observabatur, ut loco filiarum haberentur, quae in manum viris convenissent. Verum fuit haec Valeria de libertis Flacci; ac propterea in legitima tutela quasi aput patronum habebatur; nec

1. Cod. *sed de conscientia*. Maius: — *fateatur, conscientia*. 2. Hoc vocabulum suppleo. 3. *Aut* deest in Edd. 4. Edd. *possint*. 5. *Esse* et deinde *ut* absunt a cod. 6. Cod. *iudicum*. 7. Male Lambinus scribebat *facete*, contra vulgatam lectionem *facile*, quam nunc Vat. codex confirmat. 8. Ita cod., quae antiqua orthographia est. 9. Spatium vocabuli unius. 10. Cod. *dicens*. 11. Edd. *perdere*. 12. Cod. *eum*. 13. Edd. *sine*. 14. Spatium versiculi unius Gr. cum dimidio. 15. Edd. *Sextilio*.

56. Lege Caii iurisconsulti supplementa lib. III. 1.

videri poterat iure in manum convenisse, quum hic ei tutor legitimus auctor non fuerit, et ideo hereditas ad hunc Flaccum legitimo iure pervenerit.

2. At[1] istius hereditatis iam Globulo praetore, Flacci nomine, petita possessio est.

Responsio contra illud adhibetur, quod accusator obicerat[2], non debuisse ipsum Flaccum de causa, hoc est, hereditate ad se pertinenti, indicare, quoniam nemo sit iudex, qui de negotio suo non ita iudicet, ut sibi potissimum faveat. Itaque *exempla*[3] intulit plurimorum, qui quum provincias administrarent, hereditates sibi vindicaverint, et ali[4] quamplurimi vindicaturi sint, quibus similiter obvenerit. Sed ut omni invidia liberaretur Flaccus, ait P. Globulum decessorem illius de [P. 267.] portione huius here|ditatis ante adventum Flacci iudicasse; quo magis appareat, nihil incuriose decretum, quum id indicaverit[5] Flaccus, quod fuisset quivis alius, si de eadem causa cognosceret, indicaturus.

3. An legationes liberas?

Eas nunc commeatus appellamus.

XXXVII. 1. Nunc denique materculae suae festivus[6] filius, aniculae minime suspiciosae, purgat se per epistulam.

. . fide fal . . . luxuriam consumpto patrimonio . . calumniose composita . . avar . . . . Flacci ad matrem suam miserit, ut prodigos mores huiusmodi mendicatio coloraret. Facit ergo *με* . .[7] *σιν*, quam illi ostendat egestatis causam vitio suo accidisse, non huius iniquitate praetoris.

2. Magnum erat ei certamen[8]. Iste unus totam Asiam magnitudine poculorum bibendoque superavit.

— —[9] Iucundissime hoc contra opinionem intulit, helluonem quendam et summa[10] luxuria praeditum volens ostendere, cui hoc vanum genus exercitationis et gloriae fuerit conpotores suos ebrietate superare.

[P. 230.] XXXVIII. 1. Videtis, quo in[11] motu temporum, quanta in conversione rerum ‖ ac perturbatione versemur.

Κατὰ προσοχὴν. Conmovetur[12] iam peroratio, magnitudinem beneficiorum L. Flacci complexa, quae pendent ex consulatu ipso Ciceronis,

1. Cod. *ad*. 2. Ita cod., qui sal scripturas archaismus. 3. Ita scripsi in spatio duorum circiter vocabulorum. 4. Ita cod. 5. Cod. *dicaverit*. 6. Cod. *festina*. 7. Supple unum vocab. 8. Edd. *certamen propositum*. 9. Versiculus unus cum dimidio Gr. 10. Cod. *summum*. 11. Edd. *in quo*. 12. Cod. *non movetur*.

5. Notabunt hunc locum iurisconsulti ac philologi; conferentque classicos locos Ciceronis Top. cap. III. et Servii ad Aen. XI. 476., tum denique Vaticana fragmenta iuris a me nuper edita p. 1.

9. Recole dicta p. 13. n. 1. (ad p. 233. l. 23.)

18. Atqui iam inde a T. Livii aetate hoc sensu dicebatur *commeatus*.

22. Quinque circiter vocabula in his hiatibus perierunt. 29. An *perditum*?

quo videtur magno usui rei p. fuisse, investigata coniuratione Catilinae et deprehensis in ponte Mulvio[1] Allobrogum legatis. Proficiet igitur ad consilium compensativae defensionis,[2] quam vult orator in hac causa non mediocriter valere, ut etsi alicuius[2] suspicioni videatur obnoxius, tamen contemplatione insignium meritorum ab huius damnationis periculo protegendus sit. Praeterea in toto contextu huius epilogi de se ipse[3] Tullius plurimum dicit, quasi per communionem rerum, quas[4] pro patriae salute gesserunt, ambo rei et ambo absolvendi sint.

XXXVIIII. 1. M.[5] Aquilium patres nostri.

Commemorationem facit huius Aquilii et in Verrinis orationibus, qui bellum in Sicilia contra fugitivos gessit et gloriose multa confecit. Horum igitur enumeratio exemplorum πρὸς τὴν ἀντίθεσιν operatur, ut, quum illis omnibus causam dicentibus gloriae suae profuerint, huic [P. 229.] etiam Flacco prodesse debeat, quod coniurationis indicia | deprehenderit.

XXXXI. 1. Quem posthac tam amentem fore putatis?

Ἀπὸ . . .[6] *ut* magis moveret, addidit conservandos bene de re p. meritos viros, ut ceteri huius devotionis imitentur exemplum.

2. Huic misero puero.

[Παθητικῶς] intulit, secutus videlicet suam consuetudinem et artis oratoriae disciplinam, ut lacrimosis adfectibus prope sententiam iudices inpleantur.

---

1. Ita Cod. 2. Ita Cod., non *alicui*. 3. Cod. *et se ipse*. (Maius dedit *ipso*; ego retinui *ipse*. Or.) 4. Cod. *quasi*. 5. Edd. M'. *Aquillium*. 6. Vix unius versiculi Gr. spatium.

2. Recole dicta in fragmento Mediolanensi supra edito p. 9. (p. 231.)
11. Lib. III. 54.
12. Liv. Epitom. LXX.
23. Morem hunc Tullianum commovendorum in epilogis adfectuum confirmat noster interpres ad Or. pro Plancio XXXI. 2.

PRO FLACCO EXPLICIT.

AD CICERONIS ORATIONEM

QUUM IN SENATU GRATIAS EGIT

COMMENTARIUS ANTIQUUS INEDITUS.

EDITORIS MONITUM.

In quaternionis LV. pagina secunda desinit oratio pro Flacco *simulque incipit oratio, qoom dixit Cicero,* quum senatui gratias egit. *Verum huius quaternionis nonnisi unicum folium superest, id est, extimum; ideoque statim prohoemium ipsum Scholiastae abrumpitur, sequiturque hiatus paginarom duodecim. Rursus post ultimam paginam praedicti quaternionis alius hiatus est paginarum sex. Etenim quaternionis LVI. nonnisi folium intimum aetotem tulit. Iam, quum commentarius ad hanc orationem cesset in media versa pagino folii praedicti intimi vix incepti, sequitur, ut idem commentarius, quum erat integer, paginas XXI. occupaverit, quorum nunc tres tantummodo (quod valde dolendum est!) supersunt. Neque tamen hae tennes reliquiae nihil prosunt, tum per se ipsae, tum quia satis suadent genuinam esse hanc Tullii orationem, contra hodiernorum aliquot criticorum adversus hanc et seqnentem* ad populum *dubitationes. Contradicentium quidem principes sunt Marxlandus Anglus et Frid. Wolfius Germanus; adfirmantium autem Matthias Gessnerus: atque horum et reliquorum sententias collegit in nupera Ciceronis praestante editione cl. Schützius, qui et has orationes spuriarum instar collocavit in appendice, et suum calculum contradicentium sententiae adiecit. Iam vero Ciceronem ab exilio reversum gratiarom agendarum causa dixisse orationem in senatu, testis est ipse aoctor* ad Att. *IV. 1. et* pro Plancio *cap. XXX.; tum vero non in senatu solum, verum etiam apud populum agendarum gratiarum causa verba fecisse Ciceronem confirmat prorsus Dio Cassius XXXIX. 9. et nunc denique antiquissimus utriusque orationis interpres Vaticanus. Et Tullii quidem ipsius testimonio nemo criticus resistebat, quod de priore oratione loquitur; Cassium vero Dionem falsum aiebant critici satis audacter, dum secundam orationem commemoraret. Summa vero contradictionis est, quod etiam si duae forte orationes habitae fuerint, eae tamen diversae ab his, quas legimus,*

habendae sint. Atqui nunc Vaticanus interpres id quoque effugium praecludit, quoniam has ipsas in commentario suo nobis exhibet, quas praedicti critici (quorum nemo vetustior Marklando est) abiiciebant. Redeat igitur, vel potius maneat, suus his orationibus honor: atque haec controversia, quantum auguror, propemodum definita, documento sit, ne facile scripta veterum ob eruditas aliquot coniecturas, Harduiniano more, de suis sedibus deturbare velimus: praesertim quum orationem quoque pro Marcello, *quam pariter Wolfius, ampliato consilio, Ciceroni eripere nisus est, vetus alius Scholiastes, a me item alio tempore editus, confirmaverit.*

INCIPIT QUUM
SENATUI GRATIAS EGIT.

COMMENTARIUS.

Orationum *ordo* Tullianarum *a nobis profecto* postulabat, ut praecedentis commentario eam subiiceremus, quae inscribitur SI EUM P. CLODIUS LEGIBUS INTERROGASSET; quae oratio videtur post mortem eius inventa. Sed quoniam plurimae consequentur, in quibus pene omnia (*communia?*) dicturus est, eximendam numero arbitratus sum, quando rebus nihil depereat, quae sine dubio in aliarum tractatione reddentur. Nam plurifariam et de consulatu suo et de exilio et contra eundem Clodium locuturus est. Consideremus igitur **I** . . .

* * *

[*Desiderantur paginae duodecim.*]

VII. 1. *Is me quidem minime, sed vos, rugis supercilioque decepit.*

[P. 240.] *Ait se* non esse deceptum hac simulatione Pisonis, quem paenitus cognitum habuerit, propter generum suum scilicet C. Pisonem, qui erat ex eadem familia; sed populum vel maxime deceptum, qui vultui magis eius, quam rebus crediderit, ut consulem designaret. Quod vero ait de materno sanguine Transalpino, aequo plenius in ea oratione, quae in Pisonem habita est, continetur. Non vult ergo iudicio populi consulem factum videri, sed errore.

---

11. Duo haec verba *Incipit quum* non leguntur in Codice, quia coloratus, quo fuerant exarata, sucus elanguit.

14. Priores tres prohoemii versiculi colorio suco scripti evanuerunt, praeter aliquot litteras, quas rectis formis exprimendas curavi.

16. Notemus titulum deperditae incognitaeque Tullii orationis. (Fuit sine dubio declamatio subdititia. Or.) Iam de iudiciali vocabulo *interrogare* legesis prohoemium *de aere alieno Milonis* a me Mediolani editum.

30. Lege fragmenta exordientis eius orationis cum Asconio; tum etiam cap. XXIII. XXVI. Matris nimirum Pisonis Calventius quidam, ut observat Manutius, Transalpinus homo pater fuit.

2. L. Piso.

—[1] Insectatur non tantum mores eius, sed etiam liniamenta voltus et omnem habitum, quo gravitatem non praeferat, sed mentiatur. Oratio eum acerbitate stomachi concepta, ut ipsis verborum qualitatibus animus irascentis appareat.

3. Sed ne luctu quidem ac vestitu rei p. subvenire.

Quum decrevisset enim senatus vestis mutationem, videlicet adiuturus causam Ciceronis, ab iisdem consulibus coactus est habitum suum pristinum, laetiorem scilicet, recuperare. Et se igitur amplificat, qui [P. 239.] tantum dolorem omnium meruit[2], et hunc quasi tyrannum[3] insectatur, qui senatui nec lugere permiserit.

4. Capuaene te putabas?

Fuit enim Piso natione Campanus[4]. *Βαρέως*[5] itaque Capuensibus adscribit vitium superbiae: quod ipsum et in ea oratione facit, quam habuit contra legem agrariam copiosius multo et effusius.

5. Te misericordem fuisse? quo verbo ceteros demonstrabas crudeles fuisse.

Ἐκ τοῦ ἐναντίου. Syllogismo usus est breviter a contrario, ut qui se misericordem dixerit, crudelitatem senatui exprobraverit.

6. Tu misericors me adfinem tuum[6] constrictum inimicis tradidisti.

Ἐκ . . μενο . . .[7] in eundem Pisonem retorsit invidiam crudelitatis, qui nec sibi contemplatione adfinitatis opem tulerit, magis consentiens actionibus Clodianis.

7. Nondum palam factum erat occidisse rem p.

Haec etiam *μεταφορά* est ab hominibus iam demortuis et deploratis, de quibus dicitur PALAM FACTUM, quum mors eorum nuntiatur. Arbitria vero funeris, sumptus dicit illos, qui ad exhibitionem funeris impenduntur per eos, qui expediendae sepulturae curam[8] sustinent. Et hos ergo inimicos * * *

[Desiderantur paginae sex.]

XV. 1. *Nam C. Marius.*

[Q. LVI. P. 232.] * * * * *senatu* decernente cum filio exulavit, et in Africa delituit aliquamdiu, postea vero bello civili exorto, quod[9]

---

1. Spatium versiculi Gr. 2. (Fortasse *meruerit.* Os.) 3. Cod. *teranum.* 4. Cod. *mpanus.* 5. In codice videtur esse *βαρεως.* 6. Cod. *tulum.* 7. Versiculus Gr. deletus. 8. Cod. *coram.* 9. Cod. *exortu quo.*

13. Quamquam genere Gallicanus, tamen Capuae natus erat Piso, quod praeter nostrum interpretem haud scio an quisquam dixerit. Atque hinc demum intelligimus Tullii reprehendentis acumen. MAIUS. (Merus hic est Scholiastae error, a Maio nimia cum facilitate receptus ac propagatus. Os.)

15. Orat. t. 6.

27. Notemus funebrem formulam. MAIUS. (Satis nota etiam aliunde erat. Os.)

adversum se Cn. Octavius et L. Cinna gesserunt, in Italiam rediit, victorque et adeptus consulatum septimum cum eodem Cinna dominationem gravissimam exercuit et plurimos consularium proscriptos interfici iussit.

QUUM
POPULO *GRATIAS EGIT.*

EDITORIS MONITUM.

Commentarii ad hanc quoque orationem pars perexigua in codice Vaticano superest, paginae tres nimirum cum dimidia, id est, folium intimum quaternionis LVI.; quae tamen est materia continua, prout natura mosque est scribendorum quaternionum. Illud commodum est, quod egregii interpretis prohoemium saltem, sive argumentum orationis, integrum recuperamus.

COMMENTARIUS.

Argumentum huius orationis Tullianae prorsus cum[1] superiore commune est. Restitutus M. Tullius, quod eamdem causam beneficii videbat in suam dignitatem prope omnium favore conlati, quum gratias egisset senatui, etiam populo consequenter agendas arbitratus, in contionem processit; et eadem paene, quae apud patres conscriptos dixerat, nunc etiam populo audiente percenset: magis, ut opinor, gloriae suae consulens, ut existimetur omnium ordinum consensu[2] [P. 231.] restitutus, nec ulla *pars*[3] populi ab sua dignitate | dissenserit; quo videlicet honestius gloriatur, necessarium se tuendae patriae iudicatum. Et hic igitur demonstratione qualitatis implet exsecutionem, simul et beneficia commemorans et vim querellae[4] in invidiam conferens inimicorum, quia sive auctores fuerant exulandi, sive qui[5] diu facultatem non permiserant revertendi.

I. 1. Quod precatus[6] a Iove optimo maximo.

---

1. Tres heic quoque versus evanuerunt in Cod. 2. Cod. *consensus.* 3. Deest in cod. *pars.* 4. Cod. *quaerellae.* 5. Malim bis dictum *sive quia*, vel item bis dictum *sive qui.* 6. Cod. *praecatus.*

5. Sic titulum legebat Lambinus in duobus priscis codicibus. Quare tum huius orationis tum praecedentis reformandus est titulus in editionibus scribendusque, ut est in Vaticano codice; quamquam nunc in Vaticano legitur tantummodo *cum populo*, quia duo reliqua verba evanuerunt defluente colore.

18. Ergo recte in Codice oratio *ad populum* collocatur post illam *ad senatum*, quod contra in nonnullis editionibus perperam fit. Vaticanum ordinem Lambinus quoque in duobus vetustae aetatis Codicibus viderat. Ceteroquin in argumento interpretis nostri *pro Plancio* praeposterus ordo ponitur, rursusque rectus alibi.

Sponsionem quandam votorum suorum perquam oratorie[1] facit in exordio, ut non humanitus modo, verum etiam divinitus de restitutione sua iudicatum intellegi velit; quando quidem sic eum constet omnia in praeteritum pro patriae incolumitate sensisse, ut nunquam de suo periculo laboraret, quum exilium non meruerit aeternum, sed mature[2] in patriam et decretis senatus et consensu populi restitutus sit.

2. Miseram profectionem[3].

Vigilanter medellam[4] pudori suo adhibuit, dicendo tristem magis profectionem, quam ignominiosum illud exilium fuisse; ut non sit infame, quod solam habuerit iniuriam.

3. Eius devotionis me esse convictum iudicio[5] deorum.

Vetuste locutus est; voti enim convictos[6] dicimus eos, qui ad effectum perveniant eorum, quae sibi evenire semper optaverint. Convictum ergo se dicit.

4. Non tantae voluptati[7] erant suscepti, quantae nunc sunt restituti.

Concepte[8] posita sententia. Etenim quum manet inlibata felicitas, minor est gratulantium fructus; quum vero ab dolore intercedentis iniuriae ad prosperitatem fortunae revocatur, pressiore iudicio sensus felicitatis accipitur.

5. Sed tamquam bona valetudo iucundior est iis, qui gravi[9] morbo recreati sunt.

Ἀπὸ τοῦ ἰδιοπρεποῦς et supra copiose et hic abundantissime dilatavit sententiam, volens ostendere plus esse gratulationis mala depulisse, quam fortunae incommoda nunquam sentire potuisse. Quippe sensus incommodorum commendabilia facit illa, quae prospera sunt, qualis sententia Vergiliana est, „forsitan et haec olim meminisse iuvabit"[10]. Vel[11] ut Plato in *πολιτείᾳ*[12] his ut opinor verbis eandem conceptionem sententiae posuit: *ἆρ' οὖν*[13] *μνημονεύεις τοὺς τῶν καμνόντων λόγους, οὓς λέγουσιν ὅτ' ἂν κάμνωσιν, ὡς οὐδὲν ἄρα ἐστὶν ἥδιον τοῦ ὑγιαίνειν, ἀλλὰ σφᾶς ἐλελήθει πρὶν κάμνειν ἥδιστον ὄν.* Et Isocrates * * *

II. 1. A parentibus, id quod necesse erat, parvus sum[14] procreatus, a vobis natus sum consularis.

Popularis magis, quam pressa et gravis haec sententia videtur; sed facit ad aures volgi, ut quum parentes procreaverint hominem, ipsi provexisse et quodammodo gradibus honorum conroborasse vide-

1. Cod. *oratoriae*. 2. Cod. *maturae*. 3. Cod. *professionem*, sed bene infra *profectionem*. 4. Ita Cod., ut alibi *querella*, *tutella*. 5. Cod. *iudicium*. 6. Cod. *convictas*. 7. Edd. peius *tantu voluptate* · · *quanta*. 8. Cod. *conceptae*. Et solemnus adverbium lexicis addendum. 9. Edd. *e gravi*. 10. Cod. *iuvavit*. 11. Cod. *vero*. 12. Cod. *πολετεια*. 13. Edd. *ἄρα οὐ*. 14. Cod. *cum*.

27. Aen. I. 203.: quo loco vide Heynium, qui pares locutiones congessit ex Homero, Euripide, Naevio atque Cicerone, cui postremo addendus est locus de Rep. Lib. I. in fragmentis incertae sedis.

antur senatoriam dignitatem. Et hoc totum agit (συγκριτικῶς) cum populi gratia conferendo beneficia divina: ut[1] eo libentius dicentem populus audiat, plus a populo consecutus[2] quam aput ipsos deos immortales habuerit optatum.

III. 1. Non enim pro meo reditu ut pro P. Popilii[3].

— — —[4] comparatione facta reditus sui cum P. Popilio, qui C. Graccho cesserat, et cum Q. Metello, cui Apuleius Saturninus causa exilii fuerat, ostendit se[5] maiorem glo[[riam *adeptum*.

[Desiderantur paginae sex.]

AD CICERONIS ORATIONEM

PRO PLANCIO

COMMENTARIUS ANTIQUUS INEDITUS.

EDITORIS MONITUM.

Imperfectum ad orationem pro Plancio *commentarium ante hos annos ex Ambrosiano codice Mediolani edidi, quem codicem Vaticani esse partem satis docui in praefatione. Nunc en Vaticanus codex folia paria duo, nempe paginas octo, commentarii eiusdem suppeditat: quam ut ego partem concinne commodeque vulgem, maiores quoque Mediolanenses partes recudam, suisque singulas in sedibus collocabo. Prorsus autem commentarius ad orationem pro* Plancio *quaterniones occupat quattuor, nimirum LVII. LVIII. LVIIII. LX. Et notam quidem quaternionis LVII. in Romana pagina lego. Rursus notam LVIIII. in Mediolanensibus schedis apud me extantibus video. Duas reliquas non memini notas Mediolani exscribere; sed tamen computata fasciculorum veterum ratione nullus prope ambigo, ubinam hae quoque notae scribendae sint. Quare etsi a Mediolanensi codice absum, nihilominus codicis ordinem, partim schedis partim certa coniectura ratiocinioque fretus, sic restituo:*

Cod. Rom. Q. LVII. p. 178. 177 ‿ 188. 187.

. . . . . ‿ . . . . .
. . . . . ‿ . . . . .
. . . . . ‿ . . . . .

---

1. Cod. *et.* 2. F. *consecutum se.* Os. 3. Cod. *populi*, et sine praenomine. Sed bene infra. 4. Supplendi sunt tres ferme versiculi Gr. 5. Cod. *ostendisse.*

9. Quaternionis LVI. nonnisi folium intimum superest; in quaternionis autem LVII. pagina prima incipit *pro Plancio;* ergo desunt paginae sex usque ad finem commentarii huius orationis ad populum dictae.

Cod. Mediol. Q. LVIII.	p. 170. 169 ‿ 176. 175.	
	142. 141 ‿ 140. 159.	
	172. 171 ‿ 174. 173.	
	. . . . . ‿	
Cod. Mediol. Q. LVIIII.	p. 154. 153 ‿ 160. 159.	
	. . . . . ‿	
	. . . . . ‿	
Cod. Rom.	p. 172. 171 ‿ 162. 161.	
Cod. Mediol. Q. LX.	p. 188. 187 ‿ 190. 189.	Explicit pro Plancio. Incipit de aere alieno Milonis.
	. . . . . ‿	
	186. 185 ‿ 192. 191.	
	168. 167 ‿ 178. 177.	

Ergo paginae integri commentarii sexaginta quattuor fuerunt, quarum viginti octo desunt, triginta conservantur.

COMMENTARIUS.

M. Tullius orationem luculentam L. Domitio et Appio[1] Claudio cos. etiam pro hoc Cn. Plancio dixit, qui reus de sodaliciis[2] petitus est lege Licinia, quam M. Licinius Crassus[3] Pompei magni collega in consulatu suo pertulit, ut severissime quaereretur in eos candidatos, qui sibi conciliassent, ea potissimum de causa, ut per illos pecuniam tribulibus dispertirent ac sibi mutuo eadem suffragationis emptae praesidia communicarent. Huic factioni coërcendae legis lator Crassus existimavit etiam genus iudicii multo periculosius comparandum, ut aput iudices editicios[4] accusarentur, id est, ut pro voluntate accusatoris ederentur tribus, ex quibus unam tantummodo reicere posset reus; de reliquis autem iudices haberentur utique infestissimi causam dicentibus, utpote quos accusator ad voluntatem suam praelegisset, edendo eas potissimum tribus, quas reo minus aequas fore arbitraretur. Sed enim Cn. Plancio summa et religiosa cum M. Tullio familiaritas erat beneficiis non mediocribus copulata. Nam quum P. Clodii tribuni plebi inimici sui lege aqua et igni interdictus urbe cessisset et Macedoniam petisset, nullis opem ferentibus, qui Clodianam potentiam graviter extimescebant, prolixa benignitate et fide non minore quaestoris Cn. Plancii sustentatus est. Illo[5] quippe anno sub L. Apuleio praetore quaestura Plancius in Macedonia fungebatur. Diu igitur Thessalonicae fuit auxilio eius ab omni periculo insidiarum Cicero defensus[6]. Dein postea restitutus inter ceteros et ipsi gratias egit iis orationibus, quarum alteram[7] in contione, alteram vero babuit in senatu. Causa pendet ex aedilitatis petitione, in qua designatus est Plancius, repulsam ferente Iuventio Laterense patriciae familiae, senatore, non minore facundia

1. Tres primi coloriis ductibus scripti versus perierunt. Supplementum autem meum spatio congruum faciendum curavi. 2. Cod. *sodalicii*. 3. Heic in Cod. repetuntur mendose verba septem. 4. In cod. heic repetitur *comparandum*. 5. Cod. *illo*. 6. In Cod. additur *est*. 7. Cod. *altera*.

quam generis nobilitate praedito; qui nunc etiam reum de sodaliciis facit[1] invidioso crimine et reis metuendo propter iudices editicios, de quorum condicione supra diximus. Principaliter quidem coniecturalis defensio est; videlicet oratore nitente, Plancium[2] non pecuniae largitione, sed integritate morum et rerum gestarum men||*tione* * * *

[*Desiderantur paginae duodecim.*]

VIII. 1. *Utrum magis favere putas Atinates an Tusculanos suis?*

[P. 188.] . . . . . *Ait Tusculanos minus esse suffragatos* municipibus suis, velut iampridem huiusmodi dignitate[3] saturatos: isios[4] vero, qui Atinate oppido venirent, exoptasse ornari Plancium, quod ea res non minus etiam ad honorem suum pertineret, quum paucissimos de suis civibus haberent senatoriis magistratibus honoratos. Praeterea et hinc istis civitatibus adicit differentiam[5], quod Atinates semper civibus suis faverant; Tusculani plurimum livoris naturaliter etiam circa municipes suos habuisse videntur. Sic et M. Cato ille Censorius pro maligno et invido habitus est. Nec aliter etiam Lucilius de eorundem moribus sentit hoc dicens: „prima Papiria tu solidarum[6]".

2. Nam malevolos[7] non esse certo scio.

Hoc dicitur[8] ab eo ἐν ἤθει; quippe[9] quum diversum intellegi velit, simulat contra Tusculanos verecundiam malevolentiae negatione[10].

3. Quorum honoribus[11] agri ipsi prope dicam montesque[12] favebant[13].

(Ὑπερβολικῶς) hoc dixisse videatur, nisi interposuisset vigilantissime temperamentum recedentibus[14] verbis, quod ait „prope dicam": nam neque agri *neque* montes possunt habere ullum sensum favoris: sed (ἀναισθητα) quae sunt, vim sententiae de hac moderatione sumpserunt.

4. At si in aliquem[15] Arpinatem incideris, erit tibi fortasse etiam de nobis aliquid, sed certe de C. Mario audiendum.

Modeste de se, sed de C. Mario multo uberius et rectius[16]: ex

---

1. Cod. *facti*. 2. Cod. *Planciae*. 3. Cod. *dignitatem*. 4. Cod. *isto*. 5 Cod. *offerentiam*. 6. Num pro *Tusculanarum* vel *Tusculidarum*? Sequitur autem versiculus Graecus ubi litterarum. (Wunderus probat *Tuscolidarum*.) 7. Cod. *malevolus*. 8. Cod. *dici*. 9. Cod. *qui spe*. 10. Cod. *negationem*. 11. Cod. *huribus*. 12. Cod. *quae*. 13. Edd. *faverunt*. 14. Num pro *praecedentibus*? (Wunderus scripsit *intercedentibus*, cui vel in hoc scriptore locus non est post v. *interposuisset*. Fuit potius *recidentibus* i. e. restringentibus. Os.) 15. Edd. *at in quemcunque*. 16. (Legendum *erectius*, i. e. fidentius, liberius. Os.)

16. Catonem Scipionis certe maioris gloriae invidisse significat Livius XXXVIII. 54.

17. Loquitur sine dubio Lucilius de Papiria tribu. Quare nemo deinceps dubitet, quin Tusculani in Papiria tribu suffragium tulerint: qua de re praetereaque de huius tribus malevolentia extat peridoneum Livii testimonium VIII. 37.: *memoriam eius irae Tusculanis in poenae tam atrocis auctores mansisse ad patrum aetatem constat: nec quemquam ferme ex Pollia tribu* (quae Tusculanos damnaverat) *candidatum Papiriam ferre solitum*. Quin adeo Papirium quoque dictatorem laboravisse invidia adversus suum magistrum equitum Fabium Rullianum propter rem se absente feliciter gestam idemque supplicium de illo sumere voluisse ait Fabius pater in concione apud praedictum Livium VIII. 31.

quo etiam suo honori plurimum dedit, de quo aliquanto demissius et verecundius dixerat.

5. Tui municipes sunt illi quidem splendidissimi homines, sed tamen pauci.

—[1] Etiam hic Atinatium suffragia praetulit Tusculanis; quum illi[2] et pauci et invidi, hi vero et plures et benigni.

6. Quam quidem nunc multitudinem videtis iudices in squalore et luctu supplicem vobis.

Miscuit —[3] non tantum quo doceretur index, verum etiam quo moveretur. Adfectus enim coloravit ad misericordiam secundum Plancium permovendam ex habitu civium luctuoso, quasi ipsi sollicitudinem *et* modestiam[4] pro suo cive susceperint.

VIIII. 1. Non fucosa.

Verbum et hoc notabile inter alia, quae sunt aput veteres rariora [Q. LVIII. P. 170.] referendum est. (Ἔγκλησις) adversus ‖ Tusculanos; ne hanc laudem nude impertiri Atinatibus arbitreris, quos ita extollit, ut illorum malevolentiam deprimat.

2. Quibus e municipiis vix iam qui[5] carnem Latinis petant reperiuntur.

Oppida commemoraverat Lavicanum et Gabinum[6] et Bovillas prope iam vacua et populi exiguitate deserta, quae Laterensem non tantopere suffragiis suis potuerint adiuvare. Quod vero mentionem petendae carnis fecit, pertinet ad consuetudinem sacri anniversarii. Nam Latinae feriae a quo fuerint institutae, dissentiunt plerique auctores. Alii ab L. Tarquinio Prisco rege Romanorum existimabant[7],

---

1. Versiculus prope vacuus. 2. (Maius transposuit: *hi et - - illi vero*. Male. Confer Scholia ad Milonianae Cap. XI. 1. Os.) 3. Supple unum vocabulum Gr. 4. (Lego *molestiam*. Os.) 5. (*Qui* deest in cod. 6. Ita corr. N. At schedae meae *Gabinum* habent (quod immerito praetulit Wunderus. Os.) 7. (Lege *existimant* de Maii susp. prob. Wund.)

15. Heic incipit pars Mediolanensis, quae cum folio Vaticano prorsus cohaeret. Porro vocabulum *Tusculanus* ego quidem existimaveram olim pertinere ad textum Tullianum supra laudatum: nunc vero interpretis esse video; quam rem egregie iam praesenserat ill. Niebuhrius, qui nonnullas mecum benigne communicavit ad haec Tulliana emendationes, quibus ego identidem cum grato animo utar, adscripta nota (*N.*)

20. Bovillarum situs et multa rudera his annis detecta fuerunt in Via Appia ad decimum ab urbe lapidem, in loco, qui dicitur *le Fratocchie*, industria et sagacitate viri cl. Iosaphi Tambronii.

25. Tarquinium non Priscum, sed Superbum feriarum Latinarum auctorem dicit Dionysius IIII. 49. Existimabat ergo Garatonius (ad Or. pro Planc. Cur. sec. p. 115.) Tullianum Scholiastem meum in errore versari. Atqui cogitare debuerat vir doctus et Tarquinium Priscum, Demarati Corinthii filium, dici Superbum in Digest. I. 2. 2.; et eundem esse veterum auctorum dissensum tum de libris Sibyllinis acceptis, tum de iactis Capitolii fundamentis; quam utramque rem alii in Priscum Tarquinium, alii in Superbum conferunt, observante iam diu Fabricio Bibl. Gr. Lib. I. 31. Lege etiam, si placet, quae scripsi ad secundam Scholiastae editionem meam.

alii vero a Latinia priscis. Atque inter hos ipsos causa sacrificii non convenit. Nam quidam id initum[1] ex imperato Fauni contendunt. Nonnulli post obitum Latini regis *et* Aeneae, quod ii nusquam comparuerant[2]. Itaque ipsis diebus ideo oscillare instituerunt, ut pendulis machinis agitarentur, quoniam eorum corpus in terris non esset repertum, ut animae velut in aëre quaererentur. Feriarum Latinarum sacri- [P. 169.] ficio solebat hoc observari, ut hostia[3] civitates adiacentes portiun|culas carnis acciperent ex Albano monte secundum veterem superstitionem. Verum tam exiguum in illis civitatibus numerum hominum significat, ut desint etiam qui carnem petitum de sollemni more mittantur.

3. Adiungamus, si vis, id quod tu huic obesse[4] etiam putas, patrem publicanum.

Transitus fit ad quaestiunculam, qua humilitas generis obiciebatur Plancio, ut[5] ea propter elargitus pecuniam videretur, quoniam consequi aedilitatem familiae suae dignitate non posset. Publicanorum itaque Tullius ordinem necessario adserit, qui tunc ex equestri ordine accedebant ad vectigalium redemptionem.

4. Quod fuerit publicanus, vel quod ab sociis unice diligebatur, vel quod diligentissime rogabat, vel quia pro filio supplicabat.

Cumulavit gratiam suffragantia de paterno etiam favore, cui publicanorum societas adfuerit, ut filius eius ad optinendam aedilitatem potius adiuvaretur.

X. 1. Aliquid praeterea (timide dicam, sed tamen dicen- [P. 142.] dum est) aliquid adtulimus etiam ‖ nos.

Necessario temperavit, gratiam suam non mediocriter Plancio profuisse, quando vir consularis testimonium beneficiorum in se conlatorum perbibens[6], candidato multum poterat promovere. Hoc vero ne esset insolens *et* superbum, praemisit adlegationem verecundae timiditatis.

2. Ultro mercule[7] se mihi etiam offerentes, ultro pollicentes rogavi.

---

1. Cod. *initium*. 2. Cod. *comparaverant*. 3. Cod. *hostia*. (Hinc Maius in Ed. Rom. et Wunderus nullo significatu fecerunt *hostiam*. In Ed. Mediol. Maius: *ut Hostia et civitates*. F. *hostia adducta civ*. Or.) 4. Cod. *abesse*. Sed mendum est; nam Cicero cap. XIII. repetit *obesse*. 5. Cod. *ut ut*. 6. Cod. *perfidens*; sed recte corr. *perhibens* N. Confer infra cap. XV. p. 64. fin. (Ante *candidato* fortasse excidit *pro*. Cfr. infra N. 3. Or.) 7. Ita cod.

9. Dictio haec significare videtur interpretem paulo sequioris aetatis, puta hominem aevi Constantiniani: (fortasse Christianum seculi demum quinti. Or.) Neque enim sic, ut arbitror, locutus esset proximus quispiam aetati Ciceronis, qui ad Attic. I. 3. aiebat: *aviam tuam scito desiderio tui mortuam esse; et simul quod verita sit, ne Latinae in officio non manerent et in montem Albanum hostias non adducerent.*

Admirabiliter nec humilem se fecit in precibus[1], nec tamen plurimum adiuvisse testatus est. Sic et pro reo satis causae facit, et dignitatis suae ornamenta custodit: dicendo non defuisse preces suas[2], quibus populus verecunde obsecutus sit, ultro se etiam offerens gratiae referendae ad eum promptissime designandum[3], cui vir tam bene de re p. meritus suffragaretur.

3. Nec si vir amplissimus, cui nihil est quod roganti concedi non iure possit, de aliquo, ut dicis, non impetravit.

Sagacissime animadvertit, quid a parte diversa posset opponi: non mirum si nihil[4] pro Plancio Tullius valuisse videatur, quum pro alio sibi coniunctissimo candidato vir[5] potentissimus nihil promoverit, [P. 141.] quum illi designando studeret. Significare autem candidatum videtur T. Ampium, suffragatorem vero Cn. Pompeium: de quibus tam se quam Pompeio sic vult accipi Tullius suspicionem, ut ipse quidem pro Plancio valuerit miserabiliter et demisse[6] petendo; Pompeius non item pro Tito Ampio, utique pro sublimitate nominis et potentiae superbius hoc sibi aput populum vindicando[7].

4. Rogatio haec semper est gratiosissima.

Quoniam (ἀμφίβολον[8]) verbum est et interdum potest rogationem, id est, ψήφισμα[9], significare, idcirco hic admonendum lectorem putavi, *per* rogationem a Tullio quum maxime petitionem significari, quae facta sit pro candidato.

5. An Minturnenses[10] coloni, quod C. Marium e civili ferro[11] atque ex impiis manibus eripuerunt.

Iam narratum a me hoc exemplum plenissime scio *de* C. Mario, qui Syllanis armis cedens[12] cum filio in Minturnensium paludibus latuit. Inde emissus, quoniam non potuisset occidi, navigio inpositus in Africam pervectus ad usque dirutae Karthaginis fines. Inde armis Cinnanis [P. 172.] in Italiam restitutus, et adeptus denique septimum consulatum.

6. Quod me vel vi pulsum vel ratione cedentem.

1. Cod. *praecibus*. Et sic ubique cum diphthongo scribitur et nomen et verbum. 2. Cod. *processus*. 3. Cod. *designatum*. 4. Garatonius malebat *aliquid*. („Facilius corrigi *non nihil* poterit." Wend.) 5. Cod. *viro*. 6. Cod. *demisseae*. 7. Cod. *vindicandi*. (Ego scripsi *vindicando*, ut supra est *petendo*; Maius et Wunderus *vindicans*. Or.) 8. Sic expleo vocabuli unici spatium. 9. Sic expleo ut retro. 10. Cod. *Minturnensem*. 11. Egregia haec emendatio est, nam edd. habent *errore*; Ursinus item perperam corrigebat *cruore*. 12. Cod. *caedens*.

13. De T. Ampio Pompeii studioso vide Cic. ad Fam. VI. 12. XIII. 70. ad Attic. VIII. 11. Caes. Bell. civ. III. 105. Patercul. II. 40. Porro aedilitatis repulsam tulisse Ampius videbatur Garatonio. Itaque exemplum satis opportunum est huic causae, quam Plancio Laterensis excitavit aedilitatis repulsam passus.

17. De Pompeio trudente candidatum comitiorum tempore, omnibus invitis, vide etiam ad Attic. I. 16.

25. En sibi ipse testimonium interpres dat. Nam quod in Codice Mediolanensi adfirmat, id nuper in Romano codice Or. to sen. post red. XV. 1. ab eo praestitum cognoscimus.

Prudenter hoc suspendit, ne aut damnatus aut exul fuisse umquam videretur. Et „vis" enim proprior est iniuriae quam accusationi, et „ratio", qua se dicit maluisse urbe recedere, respectum habuisse potest utilitatis publicae, ne periculosa multis seditio moveretur.

XI. 1. Hic est enim, qui adulescentulus cum Aulo Torquato profectus in Africam sic ab illo gravissimo viro dilectus est.

Ante actae[1] vitae officia recensentur quadam subiecta ἀναδιπλώσει[2] numerante oratore, quibus locis quibusque temporibus et cuiusmodi virorum indicio Cn. Plancii mores comprobati sint. Quod ipsum statim vigilanter erga personam Torquati facit, cuius gravitatem et sanctimoniam non otiose testificatus est, sed quo magis Plancius ornaretur, quem familiariter ille dilexerit[3]. Et quoniam Torquatus idem praesens non erat, in eius patruelem conferendam putavit vicem testimonii, ut perinde haberetur, atque[4] si adesset is, cuius validior esset auctoritas.

2. Fuit in Creta postea contubernalis Saturnini propinqui sui, miles huius Q. Metelli.

[P. 171.] Gratiosum[5] | fuisse videri poterat, si adseveraret eum Saturnino propinquo suo placuisse; maluit ad iudicium Q. Metelli confugere, ut vere cognitis virtutibus Planci existimaverit adulescentem per omnia spectatissimum. Significat autem Q. Metellum, qui Creticus cognominatus est, bello aput Cretam feliciter gesto. Omnia haec sunt[6] — —

3. Tribunus pl. fuit non fortasse tam vehemens, quam isti, quos tu iure laudas; sed certe talis, quales si omnes semper fuissent, numquam desideratus vehemens[7] esset tribunus.

Nihil egerat in tribunatu suo Plancius aliqua praestanti laude dignissimum. Quin immo etiam videbatur hac potestate segnius functus. Quoniam nullas ergo virtutes eminentissimas habuit, quas de illo praedicaret, ideirco aliquid ei volens adquirere ad suspicionem ignaviae repellendam, non tam vehemens, inquit, tribunus fuit quam ceteri. Et vivaciter conclusit: quales si omnes semper fuissent, numquam desideratus vehemens esset tribunus[8]. Id volens intelligi[9], per seditiosos et turbulentissi‖*mos*. . . .

XIII. 1. ***Pater, inquit, etiam obesse filio debet. O vocem duram!***

1. Cod. *acta*. 2. Sic expleo spatium. (Malim *enumerante*. Or.) 3. Cod. *dixerit*. 4. Cod. *adque*. 5. Quoniam *gratiosum*. Sic videtur supplendum, quemquam spatium non relinquitur in Cod. Mai. „Non probo, quod Maius ante *gratiosum* nullo in Codice relicto vacuo spatio *quoniam* posuit. Multo probabilius est inter *maluit* et *ad* excidisse *itaque*." Wund. 6. Spatium in cod. duorum versiculorum vix ulla coniectura explendum. 7. Cod. *vecemens*. 8. Cod. *tribunis*. 9. Ita in schedis meis; sed tamen vix dubito quin in codice sit *intellegi*, ut constanter in antiquis mss. visitur.

35. Deest folium intimum quaternionis LVIII.

[P. 174.] . . . hoc factum eat —[1] nec videlicet, quod saepius iterat, valde inpiam Laterenais propositionem, qui candidato[2] plus inpedimenti ex persona patria esae debuisse dixerit, quam favoria privilegio[3] naturae. Quod autem de patre dicit, illud est: quum princepa esset publicanorum Cn. Plancii pater, et societas eadem in exercendis vectigalibus gravissimo damno videretur adfecta, desideratum est in aenatu nomine publicanorum, ut cum iis ratio putaretur lege Sempronia; et remiasionia tantum fieret de summa pecunia, quantum aequitas postularet, pro quantitate damnorum, quibus fuerant hostili incursione vexati. Adstitit[4] igitur Caesar causae publicanorum. Caesaris desideriis contradixit pro vigore[5] duritiae suae M. Cato, et diem totum prolixitate orationis suae occupavit, ut senatus decernendi spatium non haberet. Et id tempus ergo Laterensis denotaverat invidiosum Plancio esse debuisse, quominus fieret aedilis, quando pater eius quaedam [P. 173.] liberius et exertius adversus quosdam primores senatus | in publicanorum allegatione dixisset. Id revocat orator *ad*[6] defensionem, licuisse dicens unicuique de suis iniuriis libere conqueri.

2. Ego publicanorum in[7] Q. Scaevolam virum omnibus ingenio iustitia integritate praestantem aspere et ferociter dicta commemorem? Consuli P. Nasicae praeco Granius in medio foro, quum ille edicto iustitio[8] domum decedens rogasset Granium, quid tristis esset[9]? an quod reiectae auctiones essent? Immo vero, inquit, quod legationes[10].

Potentissime ab exemplis qualitas absoluta firmatur, licuiase Plancio seniori quaedam liberius dicere pro societate publicanorum, qui etiam in Q.[11] Scaevolam omni virtute praestantissimum virum fiduciam suae libertatis erexerint[12]. Inde transcendit ad exemplum famosi quondam praeconis Q. Granii et adprime[13] dicacissimi, quem quum edicto iustitio, id est, praedicto in re p. tempore, quo[14] nihil ageretur civilium negotiorum, Nasica consul compellavisset obvium sibi forte venientem dixissetque ioculariter: Grani, quid tristis es? an quod auctiones reiectae [P. 140.] sunt? (Scimus enim praeconibus auctiones fructui esse, quod per eos omnia distrahantur; illo autem iustitio nec ipsae[15] poterant exerceri[16]); huic P. Scipioni e contrario non sine morsu stomachi respondisse Granium dicit: immo ideo tristis sum, quod legationes[17]

---

1. Spatium unius vocabuli. 2. Cod. *candidatae*. 3. Cod. *pro regio*. 4. (Sic scripsi, ut est infra Cap. XV. N. 5. Cod. *adit*. Maius et Wand. *adfuit*. Or.) 5. (*pro vigore*] Cfr. p. 272. 11. Or.) 6. Spatium duorum ferme vocabulorum. 7. Cod. *neque* pro *in*. 8. Cod. *dictuetitio*. 9. Cod. *Quintius quie esset*. 10. Optimam lectionem *legationes* pro vulgato mendo *legiones* habet etiam codex Thuringius apud Graevium. 11. Cod. *quae* pro *Q*. 12. (Fortasse *exeruerint*. Or.) 13. Cod. *adprimae*. 14. Cod. *qui* pro *quo*. 15. Cod. *ipse*. 16. Cod. *exercere*. 17. Cod. *legationis* pro *legationes*. Novi equidem grammaticorum nonnullorum praeceptum, ut non sit *is* pro *es* nisi in quarto plurali casu; et quidem nominum exeuntium in *ium* gen. cas. Ego tamen minime constantem eiusmodi scripturam esse vidi in antiquis codicibus; idque iam monui ad fragm. Val. iur. civ. p. 33. 88. in indice orthographico.

reiectae sint. Voluit autem pudorem Nasicae consulis perstringere hoc amarissimo dicto. Nam legationes ab externis populis missae ad senatum solebant ordinari pro voluntate consulum; quas plerumque gratia, nonnunquam et accepta pecunia consules ordinabant, ut introduci ad senatum possent.

XIIII. 1. Idem tribuno[1] plebi potentissimo M. Druso.

Et haec dicacitas praeconis istius non minus urbanitatis habuisse videtur quam asperitatis. Nam M. Licinius[2] Drusus quum multa seditiose in tribunatu suo contra quam esset rei p. utile moliretur, advenientem Granium sic compellavit: Grani, quid agis? Ad hoc ille isdem verbis sed cum magna asperitate respondit: immo tu Druse quid agis? hoc est, quae et quam periculosa et quam patriae metuenda conaris?

2. Nunc usque eo est oppressa nostra adrogantia civitas.

[P. 139.] *Caute*[3] factum est ita pronuntiando „nostra adrogantia", quoniam, si „vestra adrogantia" vel „quorundam superbia" dixisset, non adfigendo sermoni suam societatem[4], aliquid offensae apud quosdam praepotentis contrahere potuisset[5].

3. Ut quae fuit olim praeconi in ridendo, nunc equiti R. in plorando non sit concessa libertas.

Facta simul (*συγκρίσει*[6]). Nam gravius deridebere hoc a praecone dicto, quam ab equite Romano[7]. Gravius praeconem cum inrisione[8], quam Romanum equitem cum dolore dixisse: quum dolor excusatus sit impetu cogentis iniuriae, risus immoderatam plerumque contumeliosae audaciae licentiam praeferat.

4. Ego quia dico aliquid aliquando non studio adductus, sed aut contentione dicendi aut lacessitus; et quia, ut fit, in multis exit aliquando aliquid, si non perfacetum, attamen fortasse non rusticum, quod quisque dixit, me id dixisse dicunt.

Et oratorie totum hoc explicat, invidiosius quasi de nimia liber- [P. 176.] tate Cn. Plancii seniodris quosdam loqui, quam veritas ipsa patiatur: ad quod optinendum contra insimulationes inimicorum subnectit exemplum Cicero ipse de se, quem non ignoramus multum facetiis et urbanioribus dictis indulsisse[9], id quod locis pluribus in Verrinis orationibus potuimus adgnoscere. Hoc ergo ait: quoniam soleo quaedam non ingrata festivitate secundum sales urbanitatis dicere, idcirco plerique huiusmodi omne quod dicitur, etiam si ab alio dictum sit, in me con-

1. Cod. *tribuni*. 2. Leg. *Livius*. 3. Spatium erat unius fere vocabuli. 4. Cod. *sermonem suae societatem*. 5. Cod. *potuissent*. 6. Unius vocabuli spatium, quod ita occupavi. 7. (Sic Wund. Cod. *deridebere hoc praecone dictum quam ab eq. R.* Maius: *deridebere, si hoc a pr. dictum sit, quam si ab eq. R.*) 8. Cod. *cum inrisionem*. 9. Cod. *induxisse*.

8. Mendum est *Licinius* pro *Livius*, ut recte vidit Garatonius. Et quidem *Livius* scribitur ab Asconio ad Or. I. pro Cornelio.

35. Ergo noster interpres commentarios ad Verrinas quoque scripsit.

ferunt. Quare nihil mirum est, si quaedam falso etiam de Plancii libertate iartentur.

5. Nam quod primus scivit[1] legem de publicanis tum, quum vir amplissimus consul illi ordini per populum dedit, quod per senatum, si licuisset, dedisset.

Paulo supra locutus sum nihil obtineri potuisse per C. Caesarem, quum publiranis aput senatum patrorinaretur, contradirente scilicet M. Catone. Verum postea consul idem C. Caesar legem tulit ad publicanorum commoda pertinentem, rui favore promptissimo[2] Cn. Plancii [P. 175.] pater sine dubio adstitit, quoniam res utilitatis suae agebatur. Hor ergo quidquid esset reprehensionis —[3] removetur in ipsum Caesarem legis aurtorem nuper latae[4].

XV. Nec enim quicquam aliud[5] in hac lege, nisi editicios iudices secutus es.

Ad ea, quae sunt nercssaria conrlusis prioribus transit, et potuisse Laterensem de ambitu acrusare significat, nisi maluisset ideirro reum legr Licinia farere, ut haberet iudices rditirios: de cuius formae[6] arrrbitatr iam sumus in argumento praeloruti. Differentia[7] igitur accusatoris ostrnditur ideo invadentis in legem Liciniam, quod ambitus probari[8] non possit, de quo iudires ex reiectione haberi soleant: aequalem scilicrt numerum reirirntibus tam arrusatorc quam reo. Verum sperta diligentius[9] omnem rontextum huius —[10] ut intellegas oratorio[11] more speciem quandam —[12] in modum praescriptivum, facta senatus consulti mrntione, qui[13] secundum legrm Lirinium quattuor edi tribus ab arcusatore voluerit, ex quibus reo lirrret unam repudiare, ut de tribus [Q. LIX. P. 154.] rrliquis indi*icum* haberet editionem: tamen ab accusatore sic fieri voluisse, ut eas ederrt, quas rorruptas a candidato criminaretur. Hir vero Laterensis nolurrat ipsas edere, quibus dicebat peruniam datam: utique consulte, ne reo[14], a quo peruniam sumpsrrant, favore[15] tacito patrocinarentur. Quasi negare itaque temptavit accusari[16] posse lege Licinia Planrium, quando sint aliae tribus editae, nec illae potissimum, quae sumpsisse pecuniam dicerentur, et quas ideo vel maxime senatus edi voluisset[17], ut et indicareut, et trstimonium vel

---

1. Cod. *sesei*. 2. Cod. *proptiesimo*, subtracta *m*, at infra *promtsecimo*, subtracta *p*. 3. Supple unum vocab. 4. Cod. *re perlutum*. 5. Cod. *ulnit*. 6. Ita emendat N. Cod. *forma*. 7. (Fortasse: *diffidentia*. Sic in Salustii Iugurtha C. 60. Cod. Taricensis: *differentiam rei simulare* superscripto recto *diffidentium*. Oa.) 8. Cod. *probare*. 9. Sic N. et Wund. Cod. *licentius*. 10. Supple unum vel duo vocab. 11. Cod. *oratorem*. 12. Supple similiter. 13. Cod. *mentionem quae*: (unde Maius fecit *mentione*, *quo*, Wunderus *mentione*, *qui*.) 14. Cod. *reu*. 15. Cod. *pavore*. 16. Cod. *accusare*. 17. Cod. *voluisse*.

9. Confirmat Suetonius in Iul. Cap. XX., ubi de Caesare consule primum ait: *publicanos remissionem petentes tertia mercedum parte relevavit: ac ne in locatione novorum vectigalium immoderatius licerentur, propalam monuit.* Recole superius XIII. 1.

26. Frustra olim existimavisse me video heic esse in Codice lacunam. Sufficit enim explere vocabulum *iudicum*.

contra reum vel pro reo ex ipsa veritate perhiberent, quia[1] sine dubio quid esset aput tribules suos gestum, optime scirent.

XVI. 1. Aput eosque me, ne quinque quidem reiectis, quod in proximo reo de consilii sententia constitutum est, cogas causam dicere.

Iam de sodaliciis causam dixerat P. Vatinius eodem defendente M. Cicerone[2]: cuius exemplo negat iniquitate[3] Laterensis esse Plancio permissum quinque saltem iudices reicere, quo manifesta sit improbitas obstinate conitentis inimici, ut reus innocens opprimatur conspiratione [P. 153.] magis iniquorum iudicum, quam criminis veritate convictus.

2. Non enim si aut Plancius ita vixit, ut offenderet sciens neminem, aut tu ita errasti, ut eos ederes[4] inprudens; ut nos, invito te, tamen ad iudices, non ad carnifices veniremus; idcirco ista editio per se non acerba est.

Periculosius aliquantum fuerat evectus, ut hoc dicendo, „voluisti Plancium, Laterensis, aput inimicos iudices accusari", offenderet animos eorum, qui erant de causa pronuntiaturi. Vigilanter itaque illum quidem hoc animi habuisse testatus est, ut reus iniquis iudicibus uteretur: sed fortunam multo prosperius secundasse, ut viri spectatae[5] humanitatis et incorruptae religionis in hanc cognitionem venirent, quae innocenti reo obesse non posset. Iudices ergo non laesit, et propositum malitiosi accusatoris ostendit.

XVII. An vero nuper clarissimi cives nomen editicium[6] iudicis non tulerunt?

Adhuc[7] eandem, quantum rebus ipsis apparet, inculcat iniquitatem iudicii, quod Laterensis ut ex editiciis haberet, maxime laboraverat. Et hac in parte commemorationem videtur facere Tullius eius temporis, quo Servius *Sulpicius*. . . .

* * *

[*Desiderantur paginae octo.*]

XX. 1. *Non exigua pars populi, sed universus populus voluntatem suam declararit.*

[P. 172.] . . . suffragium tulisset, cum totius populi consensione gratis designatum esse manifestum sit.

---

1. Cod. *qui*. 2. Cod. *Ciceronem*. 3. Cod. *iniquitatem*. 4. Cod. *ederens*. 5. Cod. *spectate*. 6. Edd. *editi*. 7. Cod. *ad hunc*.

6. Hoc ipso anno, quo etiam Plancius defensus est. Nam Asconius ad Orat. *pro Scauro* testatur Ciceronem dixisse pro Vatinio, L. Domitio Aenobarbo et Appio Claudio Pulchro coss., quorum in consulatu Plancius defensus creditur. Confer Cicer. ad Q. Fratr. III. 1. Cap. 4. et vide Paulum Manutium in argumento huius orationis *pro Plancio*. Iam quot alias causas hoc eodem anno defenderit Cicero quotque scripta extra forum ediderit, dixi ego in praef. ad libros de Rep. Cap. I.

28. Ita supplet N. moneique, ut consulatur Garatonius ad Planc. p. 138. 139.; qui quidem postremos provocat ad Cic. pro Mur. XXIII., ubi Serv. Sulpicius dicitur postulasse iudices editicios.

31. Heic insero folium Romanum, quod est quaternionis LVIIII. intimum, deficientibus secundo et tertio.

Numquam enim nobilitas, integra praesertim atque innocens, a populo supplex *repudiata fuit.*

Exprobrat[1] identidem superbiam, quod nimia fiducia nobilitatis dedignatus sit populo supplicare, ac propterea non inpetraverit aedilitatem, quae a Plancio verecundius atque demissius peteretur.

XXI. 1. Avus vero tuus et P. Nasica[2] tibi[3] aediliciam praedicaret repulsam.

Totum hoc —[4] sufficienter implevit —[5] quoniam fecerat ille quaestiunculam, ut ambisse Plancium ex hoc probaretur, quod praepositus esset nobilissimo senatori. Hic ergo quasi ex persona patris eius et avi, de[6] aliis etiam nobilibus intulit mentionem, quos repulsos ab honore constabat. Illó igitur tendit argumentationis effectus, eos vel maxime, qui blande et suppliciter petant, facilius designari solere; quando superbia nobiliorum ad invidiam sive odium proclivior esse consuerit.

2. Quos tamen omnis consules factós scimus esse.

[P. 171.] —[7] exsecutus congestis nominibus pluri|morum videtur mihi aliquid et ad consolandum Laterensem facere, ne[8] diffidat reliquis honoribus post aedilitatis repulsam, quando illi hac specie[9] honoris non inpetrata, pervenerint[10] tamen ad fastigium consulare.

XXII. 1. Noli enim existimare non magnum quendam motum fuisse illius petitionis tuae, de qua ne aliquid iurares destitisti.

Tacite quidem subiecit causam, quae Laterensi vel maxime obfuisse videatur, quod eum dicat aliquid noluisse iurare ac propterea impugnatum, quo magis repulsam ferret. Existimamus igitur eum legem Iuliam significare, quam Caesar consul agrariam tulerat de viris *) creandis; et per seditionem, quantum se habet fides historiae, et M. Bibulo servante de caelo. In banc Laterensis videtur insiurandum[11] suum dicere noluisse. —[12] Tamen M. Tullius non expressit ipsam legis Iuliae mentionem, ne Caesaris animus laederetur.

2. An te illa argumenta duxerunt? dubitabitis, inquit, quin[13] coitio facta sit, quum tribus plerasque cum Plotio tulerit Plancius?

[P. 162.] Ex parilitate congruentium ‖ suffragiorum nitebatur probare Laterensis conspirationem quandam fuisse, quando et hic, qui reus est, et Plotius per easdem tribus designati sint. Respondetur a

1. Cod. *probrare.* 2. Edd. *Nasicae.* 3. Cod. *ibi.* 4. Versiculus vacuus. 5. Versiculus cum dimidio vacuus. 6. Cod. *ne de.* 7. Supple duo ferme vocabula. 8. Cod. *non.* 9. Cod. *hanc speciem.* 10. Cod. *proveneris.* 11. Cod. *usurpandum.* 12. Supple verba duo. 13. Cod. *inquin.*

26. Scribe, si lubet, *triumviris.* Namque ager dividebatur per delectos triumviros aut quinqueviros aut decemviros. Immo Augustus agrum Campanum lege ipsa Iulia divisit per delectos XX viros. Sueton. Aug. Cap. IV.
28. Lege Sueton. Iul. Cap. XX.
*) (Fortasse *XX. viris.* Os.)

Tullio, non esse mirandum; quippe quum designatio in duobus eandem habuerit aequalitatem suffragantium. Puncta enim hic non aliter, quam in defensione Murenae, suffragia significat[1]. Et magis —[2] id confirmat paratum, ut aediles sortirentur, quoniam discerni huiusmodi magistratus nisi sorte non possent.

XXIII. 1. Cur non eius damnationi aliquid ad hoc iudicium praeiudicii comparasti?

— —[3] Probat ipsum adversarium iudicasse nihil omnino suspicionis esse, quod in Plancium posset oboriri ex persona eius, qui divisor fuisse videatur; quoniam eumdem neque reum fecerit, neque ullam vel tenuem probationem habere adversus eum potuerit: quo damnato sine dubio consequenter videretur de Plancio praeiudicatum.

2. Quibuscum me, iudices, pugnantem more meo pristino non videbitis: non quo mihi fas sit quicquam defugere, quod salus Plancii postulet. ‖

[P. 161.] Figmento quodam verecundiae declinat eam partem, quae difficultatis aliquid habere videatur adversus quorundam testimonia contendi[4]; et non sine —[5] quae se omnem Plancio sollicitudinem debere testatur. Sic et religioni, quam magnis beneficiis eius debet, satis facit, et pedem refert ab insectatione testium, quibus dicit esse parcendum.

XXIIII. In quo, Cassi, si tibi ita respondeam, nescisse id populum R., neque fuisse, qui id[6] nobis narraret, praesertim mortuo Conco[7].

Iuventiae familiae, ex qua Laterensis contextum generis habebat, probaturus veterem nobilitatem Cassius praeiactaverat hunc aedilem primo ante alios loco fieri debuisse[8]. —[9] igitur in Cassium facta M. Tullius[10] negat, populum, id est, vulgus imperitorum iudicare paenitus de familiae clarioris nobilitate potuisse, ut nonnisi peritiores vetustatis, et qui antiquitatem per historias legerint, haec scire facillime possint. Atque ideo mentionem Conci videtur interposuisse, qui per illud tempus decesserat, homo curiosus et diligens eruendae vetustatis. Nam historicus . . .

* * *

1. Ita Cod. (Wunderus: *significant.*) 2. Versiculus prope vacuus. 3. Versiculus cum dimidio vacuus. 4. (Wunderus proposuit *contendendi;* sed in hac Latinitate „difficultatis aliquid videtur habere pars contendi" significat: difficulter videtur contendi, defendi, obtineri posse adversus testimonia cet. Or.) 5. Supple versiculum. 6. Cod. *quid.* 7. Edd. *Longino.* 8. Cod. *deauisse.* 9. Supple duo vocabula. 10. Cod. *factam Tullius.* Si sana lectio est, referatur hoc participium ad Graecam vocem, quae obliterata est ante *igitur.* (Bene Wunderus *facta M. Tullius.*)

32. Ergo loquitur Interpres de Cassio Longino historico, cui agnomen facit *Concus*, si sana lectio est.

XXVI. 1. Quod hic locus Tullianus in lacuna sit demersus, apprime doleo, quoniam in editionibus corruptus videtur et certe subobscurus est. Apud Garatonium duo codices Britannici habent *putabit* pro *putabis.* Noster vero Scholiastes lucem aliquam affundit; videtur enim dicere noluisse Plancium aut quemvis alium Laterensi male dicere, quia nimis iratus erat. Qua in re Tarentini Archytae dictum factumque adfectavit, qui idcirco servos punire noluit, quoniam iratus erat.

XXVI. 1. *Iubes Plancium de vitiis Laterensis dicere. Nihil potest, nisi eum nimis in se iracundum putabis fuisse.*

[P. 160.] . . . partim malitiosis fraudibus deprehensum[1]. Ideo tantum negavit ab se statim puniri, quod iratus esset. Quippe vir sapientia praeditus altiore non putavit iudicii futurum quidquid fecisset iratus.

2. Non vereor ne mihi aliquid, iudices, videar[2] adrogare, si de quaestura mea dixero.

Ut se Laterensis ostenderet aedilitate fuisse Plancio digniorem, commemoraverat se apud Praeneste ludos edidisse: Cyrenis etiam summa liberalitate in publicanos egisse; in socios fuisse denique[3] iustissimum. Quae omnia iactantius ab illo dicta quam eleganter elevet et abiciat M. Tullius, consideremus. Persuadere vult namque omnia illa, quae foris gesserit, aput conscientiam populi R. latere potuisse. Ac ne acerbius animum laederet audientis, de quaestura sua egit non sine figura συγκρίσεως[4]; quod quum Lilybaeo[5] decedens Puteolos adventasset, omnes eum ignoraverint primo ex provincia, tunc[6] deinde ex Sicilia, ad extremum[7] ex Lilybaetana[8] venire; quibus ipse varia sciscitantibus novissime cum permistione quadam stomachi respon-[P. 159.] derit, se ad aquas potius in Campa|niam venisse, ut interrogationes ipsorum ab se respueret, quos moleste ferebat ignaros esse quaesturae, quam se meminerat magna cum laude gessisse. Proficit ad illam responsionem multa Romae ignorari, quae foris gesta sunt a senatoribus: ac propterea Laterensem frustra in illis, quae extra urbem gesserat, habuisse fiduciam. In extremo tamen fine huius capitis aliquanto obscurius dixit:

XXVII. 1. Sed ea res, iudices, haud[9] scio an pluris mihi fuerit, quam si mihi tum essent omnes gratulati.

Hoc ait, magis laetatus sum ignorasse multos, ex qua provincia venirem, *quam* si venienti mihi gratularentur. Perstringere enim voluit invidiam praesidum[10], qui spoliatis[11] provinciis revertantur: ac propterea eos amici sui cum gratulatione suscipiant, quod divites evenerint.

2. Eadem igitur, Cassi, via munita Laterensi est, idem virtutis cursus ad gloriam, hoc facilior fortasse, quod ego huc a[12] me ortus et per me nixus ascendi.

Nota gratificationem molestam et cum magnis amaritudinis aculeis interpositam. Dicens namque non aliter ad honores adipiscendos per-[Q. LX. P. 188.] venturum esse‖Laterensem, quam[13] Tullius ipse — — de — —[14] subiunxit testificando, se non generis nobilitate, sed

1. Cod. *depraehenseum.* (Cfr. omnino de hoc scholio Wunderi Plancianam p. 170.) 2. Cod. *videas.* 3. Cod. iterum *fuisse.* 4. Spatiolum sic replen. 5. Cod. *Libyae.* 6. *Tunc* pro *tum* archaismus est. Vide Cic. de rep. II. 9.; Symmach. pro Severo cap. II. 7. Cod. *de extremum.* 8. Cod. *Lilybitana.* 9. Cod. *aut.* 10. Cod. *praesidium.* 11. Cod. *spoliatiis.* 12. Cod. *ad.* 13. Cod. *quem.* 14. Perierant in his spatiis versiculi duo.

5. Rursus codex Mediolanensis.

virtute ad omnis magistratus pervenisse; Laterensem hoc amplius adiumenti habiturum, quod nobili familia ortus in candidam veniat. Sibi ergo adiudicavit non laenocinia (*sic*) generis, sed praestantiam virtutis: illi vero spem de maioribus dedit, quod suffragium scimus esse fortunae.

XXVIII 1. **Quamquam dissimilis est pecuniae[1] debitio et gratiae.**

— —[2] qui adgreditur quae proficient et ad [coniecturae statum et ad] illum compensativum[3]. Nam —[4] valebit gratia Ciceronis ipsius et eorum, qui propter illum Plancio fuerint adiumento ad impetrandam aedilitatem. Nec non etiam per hoc —[5] id est compensatio implebitur[6], ut iudices reo maxime prodesse patiantur ad impunitatem praesentis huiusce discriminis ea beneficia, quae Ciceroni praebuerit exulanti, ut haberet in integro civem patria, quem reposceret. Verbum hoc quoque non incuriose adnotemus, quod *debitionem pecuniae*[7] dixit.

[P. 187.] 2. **Gratiam autem et qui‖refert habet: et qui habet, eo[8] ipso quod habet, refert.**

Locus etsi generalis de animi religione, qui debitam pro beneficio gratiam referat, tamen causae praesenti plurimum patrocinabitur ad favorem copiosius ratiocinanti M. Tullio. Nec non etiam iuxta praecepta sapientium, qui animos ingratorum non parum cuidam crimini obnoxios arbitrantur, quando et parentibus et amicis et protectoribus salutis nostrae hoc testimonium debeamus, *ut* nos in quantum potest gratos adprobare velimus. De officiis idem libro I. sic ait: „Quod „si ea, quae utenda acceperis, maiore mensura, si modo possis, iubet „reddere Hesiodus, quidnam beneficio provocati facere debemus?" Accedit hoc etiam, quod genus maximi criminis aput Persas fuisse traditur, si qui[9] extitisset ingratus, meminitque rei Xenophon *Κύρου παιδείας* libro primo secundum haec verba conscribens: *Δικάζουσι δὲ καὶ ἐγκλήματος, οὗ ἕνεκα ἄνθρωποι μισοῦσι μὲν ἀλλήλους μάλιστα, δικάζονται δὲ ἥκιστα, ἀχαριστίας· καὶ ὃν ἂν γνῶσι δυνάμενον μὲν χάριν ἀποδιδόναι, μὴ ἀποδιδόντα δὲ, κολάζουσι καὶ τοῦτον ἰσχυρῶς· οἴονται γὰρ τοὺς ἀχαρίστους καὶ περὶ θεοὺς ἂν μάλιστα ἀμελῶς ἔχειν καὶ περὶ γονέας καὶ πατρίδα καὶ φίλους.* ‖

[Desiderantur paginae duae.]

* * *

---

1. Schedae meae *fortunae* pro *pecuniae*. Sed infra scholiastes *pecuniam*. 2. Supple versiculum. 3. Ita Peyr. ex cod. eruderato, et N. Maius. (Scil. in Ed. Rom. legitur sic: *quae proficient et ad illum compensativum*, mediis omissis, nescio, utrum quia revera sic habet Codex an per errorem typogr. Contra in Ed. Mediol. *quae proficient et ad coniecturae statum et ad illum compensativum*, sic per literam *l*. Quod si habet Codex ut Ed. Rom., suo arbitratu Maius in Ed. Mediol. inseruerat vv. *coniecturae statum et ad*. Or.) 4. Supple ferme versiculum. 5. Adde vocabulum unum. 6. Ita Peyr. ex Cod. (Scil. in Ed. Mediol. *exhibebitur*.) 7. (Sic Ed. Med. In Rom. *pecuniam*.) 8. Edd. *in eo*. 9. *Siqui* pro *siquis* Tullianum est.

24. Cap. XV.

29. Obliterata sunt in Codice Graeca omnia verba, quae olim colorata fuerant. Itaque ex editionibus ea huc revocavi.

Ibid. Cap. II. 7.

XXX. 1. *Scilicet homo sapiens excogitavi, quamobrem viderer maximis beneficii vinculis obstrictus, quum liber essem et solutus.*

. . . *Obligatum* velit emere[1], beneficium, quod non acceperit, confitendo.

2. At id etiam gregarii milites faciunt inviti, ut coronam dent civicam, et se ab aliquo servatos esse fateantur.

Inductionem sollertissime facit ex iis militibus, qui protecti a commilitonibus suis veluti testimonium gratiae referant, iisdem coronam civicam dando, quam traditur de gramine fieri solitam. Et mire[2] extenuavit, gregarium militem dicendo invitum hoc facere, ut offerens coronam civicam debitorem beneficii *se* constituat. Quod igitur anxie et moleste gregarius miles patitur, id, nullis acceptis beneficiis, onus verecundiae suae non imponeret vir[3] consularis.

2. Nolo cetera, quae a me mandata sunt litteris, recitare.

Suffecerat enim de ea oratione dixisse, qua vel senatui vel populo gratias egit. Nunc autem et de versibus suis facere mentionem videtur, quos intempestivum sit in iudiciali dissertatione recitare. Non potuit tamen in totum de is[4] tacere. Nam de consulatu[5] suo scripsit poëtico [P. 185.] metro, quae mihi videntur opera[6] minus digna |talis viri nomine.

XXXI. 1. Nam istius verbi, „quousque", poterat haec esse invidia: datus est tibi ille; non facis finem.

—[7] unde quo minus inpudens videretur haec compensativa defensio, dicente Laterense, quousque vis servatos esse quos diligis? Et pro Cispio caussam dicente sic rogasti[8], et precibus tuis ambitum paene[9] movisti; opposuit acutissimam responsionem, merito haec ab eo dici potuisse, si pro illo impetrasset[10]. Porro autem quum pro Cispio non obtinuerit, vel pro hoc optinere debere, qui et innocens sit et de salutis suae conservatione bene meritus. Animadverte, quo modestiae temperamento haec exsequatur, ut nihil inpudentiae, multum religionis habeat oratio.

---

1. Corr. *ementiri* N. 2. Cod. *mirae*. 3. Cod. *imponeretur*. 4. Ita Cod. *is* pro *iis*. 5. Cod. *consulatuo*. 6. Cod. *operum*. 7. Supple vocabulum. 8. Cod. *rogastis*. 9. Ita cod. At alibi *pene*. 10. (In Ed. Mediol. Maius locum sic interpolaverat: *potuisse* quem Urbs *Romulo* compararet.)

10. Civicam coronam dicit Interpres *gramineam?* Atqui eiusmodi fuit obsidionalis; sed civicam dicunt *ilignam* primo fuisse, mox *quernam* Plinius XVI. sect. 5. at Gellius V. 6.

21. Haud ita loquitur noster Interpres, quod forte potet spurium illud Ciceronis poëma. Nam ipse Cicero ex eo versus LXXVIII. inseruit libro I. *de divinatione*, praeter Servii auctoritatem ad Virgil. *Eclog.* VIII. 106. Hoc tantum Interpres significat, non videri sibi opera poëtica aequa digna Ciceronis, ac ea, quae soluta oratione scripta sunt: quod facile quivis concedet.

28. Sic egregie mihi emendare videtur N. Namque in Codice locus post *potuisse* usque ad *porro* satis est obscuratus; at mihi olim videbar legere *Romulo comparasset*.

2. Sic enim dixisti: vidi ego tuam lacrimulam.

Laterensis in Tullium dixerat epilogos eius inridens, quos eum constat nimium flebiles et miserationis plenos in iudiciis semper habuisse. Et in oratore suo eandem affectuum[1] movendorum sibi praestantiam vindicavit. Ac ne haec lacnocinia potius adhibere fallendis iudicibus, [P. 168.] quam vere secundum animi sui motum facere existimetur, ad-seerat Cispium hoc suae orationis adfectu non indignum fuisse, cum quo post amicitiae reconciliationem ita participatu fortunae suae dolorem senserit, ut inpense[2] diligi mereretur[3].

XXXII. 1. Sed me quum tantum iam Plancio deberem Racili beneficii fuisse contentum.

Extenuaturus merita Cn. Plancii, quae intulisse in M. Tullium videretur, de L. etiam Racilio quaedam Laterensis commemoraverat, qui magis adiumento Ciceroni fuisse videbatur[4], quum Plancius in tribunatu suo non tantopere sit pro eiusdem restitutione conisus. Ne hoc igitur ei deesset[5] ad gratiam, confitetur, animo promptissimo etiam hunc Plancium erga restitutionem suam fuisse. Sed quoniam omnia per Racilium[6] videbantur impleta, non expetisse se dicit, ut etiam ille ex superfluo laboraret[7], qui tantum sibi in quaestura Macedonica[8] praestitisset. Extat autem libellus eiusdem Ciceronis, qui ita inscribitur: EDICTUM LUCII RACILII TRIBUNI PLEBI, quod sub nomine ipsius Cicero inscripsit[9] in invectionem P. Clodi.

---

1. Cod. *offectuim*. 2. Cod. *inpensae*. 3. Cod. *meretur*. 4. „Cod. *videtur*. Malim *videbatur*." Maius. (Recepi cum Wundero Maii emendationem.) 5. Cod. *deesse*. 6. Cod. *Racivum*. 7. Cod. *laborare*. 8. Cod. *in quaesturam macedonicam*. 9. Garatonius cum N. corrigit *scripsit*. Ego autem iure meo *inscripsit* retineo. Nam et Fronto ad M. Caes. II. 1. dicit *inscribendae* pro *scribendae*; ibidemque est *instructura* pro *structura*.

5. In Oratore XXXVII—XXXVIII. Ita de se Tullius: *Quid de miserationibus loquar? quibus eo sum usus pluribus, quod etiam si plures dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant . . . . Miseratione nos ita dolenter uti solemus, ut puerum infantem in manibus perorantes tenuerimus; ut alia in causa, excitato reo nobili, sublato etiam filio parvo, plangore et lamentatione compleremus forum.*

8. Videtur corrigendum *cum is*. Nam Cispius exulis Ciceronis misertus fuerat, ut vides hoc loco Orationis.

11. Nota lectionem diversam ab ante edita *beneficiis* vel *beneficio*. Nota etiam *contentum* cum genitivo: cuius syntaxeos exempla apud Livium, Ovidium, Paterculum, Curtium, Appuleium, Iustinum, Digesta, Dictynque Cretensem laudantur a Vossio *de gramm.* VII. 11., ab Heinsio *ad Paterc.* II. 88. et a Forcellino in Lexico. Quare hanc loquutionem in Ambrosiano palimpsesto nullatenus mendosam existimo, ut immerito contendit Garatonius. (Recte Wunderus Maii opinionem refutavit. Or.)

21. Nota opusculum deperditum, immo prorsus, quod sciam, inauditum Ciceronis. L. Racilius tribunatum iniit cum Plancio aliisque anno exeunte, quo Cicero ab exilio revocatus fuit, gessitque anno sequente, nempe Marcellino et Philippo coss. Belle ad hunc locum faciunt quae Cicero scribit ad Q. Fratrem Lib. II. Ep. 1. *Racilius surrexit et de iudiciis referre coepit. Marcellinum quidem primum rogavit. Is quum graviter de Clodianis incendiis, trucidationibus, lapidationibus questus esset cet. Postea Racilius de privatis me primum sententiam rogavit. Multa feci verba de toto furore latrocinioque P. Clodii: eum, tamquam reum, accusavi multis et secundis admurmurationibus cuncti senatus*

Illo S. C. quod in monumento Marii factum est.

[P. 167.] In templo scilicet Honoris et Virtutis, in quo actum primum videtur de restitutione Ciceronis.

3. Quo quidem etiam magis sum, non dicam miser, nam hoc quidem abhorret a virtute verbum, sed certe exercitus.

Hanc sententiam secundum illos philosophos intulit, qui existimaverunt semper beatos esse sapientes, nunquam miseros[1] existimandos: ac si quid adversi prudentibus eveniret, non poenam magis et calamitatem, quam exercitationem esse fortunae.

XXXIIII. 1. Hic etiam addidisti me idcirco mea lege exilio ambitum sanxisse[2], ut miserabiliores epilogos possem dicere.

Varia cavillatione Laterensis exercuerat asperitatem stomachi sui in M. Tullium, ut etiam ea, quibus illius oratio maxime floruit, elevare —[3] perseveraret. Nec ignoramus, auctore ipso Cicerone et C. Antonio cons., legem severiorem de puniendo ambitu scriptam, cuius meminit pro Murena. Nam clementior aliquatenus videbatur lex fuisse Calpurnia. Hic ergo mutuatus est occasiunculam quandam amarius lacessendi, ut videretur atrociorem poenam expropter adversus ambitum [P. 178.] decrevisse, ut pro reis multo lacrimosius peroraret. Non minus tamen urbane[4] et ipse respondet, denotans nimiam Laterensis et immoderatam contumeliosae audaciae insulsitatem dicendo: „Sed hoc[5] nescio quomodo frequenter in me congessisti[6], saneque in eo creber fuisti." Ut haec inmodica, *creber fuisti*, et ab inpudentiae temeritate venientia[7]!

3. Rhodi enim, inquit, ego[8] non fui; me vult fuisse.

Et verissime constat in prima adulescentia Rhodum navigasse M.

---

1. Cod. *non miseros*. 2. Ita hunc locum mirabiliter iam persanaverat Garatonius in adn. ed. Neap. at eum nunc Codex Ambr. sistit. At in editionibus vulgo codicibusque corruptissime legebatur *ex isto ambitu traxisse*. N. 3. Spatium unius vocabuli. 4. Cod. *urbanus*. 5. Cod. *haec*. Sed *hoc* corr. N. 6. Cod. *concessisti*. 7. Ita interpungit hunc locum N., ne bilucum scholium sit. Sic videlicet oratoris vim admiratur interpres rhetor. Profecto quin rhetor sit hic Tullianus interpres, dubitari nullo modo potest. Toto enim commentario ponit vocabula artigraphorum, artificum Tullii oratorium discipulis veluti declarat; et mihi certe videtur passim prae se ferre elocutionem Iulii illius Victoris rhetoris, quem Romae nuper edidi. 8. Etiam codex Bavaricus apud Garat. habet *ego*, quod deest in Edd.

cet. *Tum Clodius rogatus diem dicendo eximere coepit: furebat a Racilio se contumaciter inurbaneque vexatum* cet. *De tribunis plebi longe optimum Racilium habemus. Plancius totus noster est.* Confer etiam ad Famil. I. 7.

3. Egregio sane consilio Garatonius sedem Honoris atque Virtutis Marianam, scripta peculiari diatriba, distinxit denique a Marcelliana eiusdem appellationis. Nam antea quidem ea res et mihi et aliis, etiam veteribus, tenebras offuderat. Usus est autem vir doctissimus ad eam distinctionem firmandam duplici Vitruvii loco libri III. 1. et libri septimi prohoemio non procul a fine. His accedit denique egregius noster interpres Ambrosianus.

15. An *exercuerat?* Or. 17. Capp. III. XXXII.

Tullium, ut arte oratoria, in qua[1] insigniter praestitit, erudiretur aput notissimum rhetora et magistrum illius aetatis Apollonium. *Hic* est, qui Molo cognominatus est.

4. In eo me reprehendisti, quod nimium multos defenderem[2]: utinam et tu, qui potes, et ceteri, qui defugiunt, vellent me labore hoc levare!

Mira cum verecundia et moderatione et ceterorum ingenia depressit, et suam in dicendo praestantiam omnibus antepósuit, quando graviores causas illi declinaverint, non sufficientes implendae defensioni, ipse vero confidentissime susceperit: quo agente reus innocens indubi-[P. 177.] tatam sibi spem victoriae pol‖liceretur.

5. Admonefecisti etiam, quod in Creta fuisses, dictum aliquod in petitionem tuam[3] dici potuisse.

Ad scholastica*m*[4] levitate*m* *et* quasi mimica*m* spectat huiusmodi locus. M. Tullium videbatur denotasse Laterensis, quod multa, quae facetius dici possent cum aliqua figurandi suptilitate[5], non praetermitteret. Itaque hoc eum dicto perstrinxerat, habuisse materiam de vocabulo Cretae insulae aliquid in se iocülariter dicendi, nec tamen id excogitasse. Constabat enim Laterensem fuisse in Creta provincia. Et solebant omnes candidati alba creta oblinire cervicem, ut populo notabiliores essent. Ergo — [6] dicit eum iocari potuisse, si ad hoc adiecisset ingenium, ut id inveniret, quod poterat occurrere. Sed acute rapuit ex eodem proposito validam responsionem, ut magis eum cupidum lacessendi ostenderet, qui sibi ea ultro suggereret, quae potuisse dici fateretur, nec tamen dicta sint.

6. Te aiebas de tuis rebus gestis nullas litteras misisse, quod mihi meae, quas ad aliquem misissem, obfuissent.

Haec omnia non ad reum, sed ad omnem[7] Ciceronem pertinent, [P. 192.] quasi ‖ asperius a Laterense proposita. Nam significat epistu-

---

1. Cod. *in qaum*. 2. Sic etiam duo codd. apud Garat. At editiones *defenderim*. 3. Sic Cod. Bav. apud Garat. At cod. Ambrosianus *in petitione tum*. Edd. *in petitione tua*. 4. Cod. *Scolastica levitata*. 5. Cod. *suptilituti*. 6. Spatium duorum vocab. 7. Ita perspicue codex.

2. Rem narrat ipse Tullius in Bruto XCI. *Rhodum veni meque ad eundem, quem Romae audiveram, Molonem applicavi, quum actorem in veris causis scriptoremque praestantem, tum in notandis animadvertendisque vitiis et instituendo docendoque prudentissimum. Is dedit operam (si modo consequi potuit) ut nimis redundantes nos et superfluentes iuvenili quadam dicendi impunitate et licentia reprimeret et quasi extra ripas diffluentes coërceret.*

12. En iam habemus a Cicerone verbum *admonefocio*, quod difficilis ille Forcellinus collocabat in expulsis; neque adhuc cl. Furlanettus honori debito restituit; quem doctissimum virum valde oro, ut in nova Forcellini adornanda editione hunc Scholiastem non negligat. Maius. (Barbarum illud verbum etiam a Wundero merito reiectum est. Or.)

20. Nota morem candidatorum obliniendi cervicem creta; nam plerique antiquarii togam utique, sed non cervicem creta oblitam a petitoribus narrant. Maius. (Stulta est fabella, cuiusmodi multas habes apud Ioannem Lydum, Malalam cet. Or.)

iam non mediocrem ad[1] instar voluminis scriptam, quam Pompeio in Asiam DE REBUS SUIS IN CONSULATU GESTIS miserat Cicero aliquanto, ut videbatur, insolentius scriptam, ut Pompei stomachum non mediocriter commoveret: quod quadam superbiore iactantia omnibus se gloriosis ducibus anteponeret. Hoc igitur vult esse purgatum, dicens nuntiasse se[2] Cn. Pompeio patriae conservationem, nec inscienter de semet ipso gloriatum. Obfuerunt autem re vera: nam sic effectum est, ut ei Pompeius contra Clodianam vim non patrocinaretur.

XXXV. 1. Quorum alter exercitum perdidit, alter vendidit.

Haec iam saepius dicta sunt de Pisone et Gabinio, qui actionibus P. Clodi tribuni pl. in perniciem M. Tulli consenserant, habituri provincias[3] *Piso* Macedoniam, Gabinius Syriam. Sed hic *alterum* exercitum perditum a Pisone, alterum a Gabinio venisse significat: scilicet quod regem Ptolemaeum, acceptis decem millibus[4] talentum, per vim militarem exercitus Romani restituisset in regnum suum. Et [P. 191.] simul in hoc epichiremate[5] adhibet eundem colorem iam sibi in multis orationibus frequentatum, idcirco secedere[6] urbe maluisse, ne quid seditiosae dimicationis cum multorum exitio moveretur.

2. Quem quidem saltator ille Catilinae consul proscriptionis denuntiatione terrebat.

Ἰδίως[7] pro stomachi sui acerbitate Gabinium lacerat quasi[8] famosae inpudicitiae, quem minitatum proscriptionem equestri ordini eapropter

---

1. Cod. *non ad mediocrem instar*. Reprehendit me vir cl. Peyronius p. 233. quod olim tacite metathesim emendaverim; atque *se* existimare posse hunc locum iudicia criticorum trahere in varias emendationes. Fiat sane. Ego tamen ut fieri possit vehementer metuo. 2. *Se* addit Peyr. ex cod. Ambr. retractate. 3. (Abest v. *provinciae* ab Ed. Romana; cave peto. Ou.) 4. Ita schedae; sed plerumque in antiquis Codd. cum unica *l*. 5. Cod. *epiciremate*. 6. *Secedere* pro *decedere* emendat ex Cod. Ambr. Peyr. (Ceterum divise leg. arbitror *ee* *cedere*. Ou.) 7. Hoc vocabulum Graecum in codice adhuc legitur. 8. V. *quasi* abest ab Ed. Rom.

2. Hanc quoque longam Ciceronis epistulam iniuris temporum amisimus; sed eius certe notitia et apud nostrum interpretem superest, et, ut recte notavit Garatonius, apud ipsum Ciceronem *pro Sulla* XXIV. his verbis: *hic tu epistulam saepe recitas, quam ego ad Cn. Pompeium de meis rebus gestis et de summa re publica misi.* Nunc extat tantum brevis Ciceronis epistula ad Pompeium (Lib. V. Epist. ad Fam. 7.), qua ei in Asia degenti gratulatur de Mithridate victo et simul expostulat, quod in litteris, quas ad se misisset, nullam sibi rerum contra Catilinam in suo consulatu gestarum gratulationem significasset. Nimirum Pompeius priorem illam Ciceronis gloriosam epistulam moleste ferens, frigide admodum tum responderat; et nullum ei deinceps contra Clodianam vim patrocinium exhibuit. Cicero tamen *Philipp.* II. 5. ait: *maxime vero consulatum meum Cn. Pompeius probavit; qui, ut me primum decedens ex Syria vidit, complexus et gratulans, meo beneficio patriam se visurum esse dixit.* Quod si vere narrat Cicero, id a Pompeio stomachante licet Ciceronis iactantiam, urbanitatis tamen causa factum fuit. Confer etiam *de Officiis* I. 22. Quod vero Garatonius multis Tullii locis congestis negare nititur Pompeium ob eas litteras iratum oratori fuisse, adeoque Scholiastem nostrum falsa dicere, id quidem argumento est, nihil fere esse, de quo docti homines controversari inter se nequeant. Ego tamen more meo vetustiorum hominum et, qui rebus ipsis propiores fuerunt, opiniones libentius amplector.

10. Confer *pro domo* XXI., *pro Sestio* X., *de provinc. cons.* II., *in Pisonem* XII.

dicit, quod illius edicto fuisset L. Aelius eques R., cui familiaris amicitia cum M. Tullio fuerat, relegatus.

XXXVI. Iustissimos omnium Metellorum et clarissimos triumphos gloriae laude superavit.

Quum semet ipsum praepositurus sit Q. Metello Numidico, et illum tamen copiosissime laudat, et ad quoddam egregium specimen virtutis amplificat: quod maluerit in exilium *ire*, quam iurare in agrariam legem tribuni pl. Apulei Saturnini. Verum sibi, ut coeperam dicere, ipse Tullius maximam laudem praestruxit, qui ad tutelam salutis publicae patientiam discessus illius, quamvis non mediocri cum dolore, susceperit; ut multo sit laudabilior Metello, qui non tam pro vigore sententiae suae ‖ . . .

[*Desiderantur paginae duae.*]

XLI. 1. *O acerbam mihi, iudices, memoriam temporis illius!*

[P. 190.] . . . miserabiliter intellegatur; qualis ferme lugentium maeror est, quos impetus nimiae karitatis exagitat.

2. Thessalonicam me in quaestoriumque perduxit.

Hospitium quaestoris significans proprie secundum vocabulum magistratus, *etiam*[1] loco ipsi nomen dedit. Nunc autem omnia, in quibus variae dignitatis praesides habitent, praetoria nominantur.

XLII. 1. Si quidem ego tibi vivus non prosum, qui fortasse mortuus profuissem.

Lacrimosis lemmatibus iam perorat[2], adfectus animi sui cum varia miseratione proluens[3], ut tantum auxilii reus habeat, quantum suo dolori patronus adiecerit.

2. Salutem tibi idem[4] dare possunt, qui mihi reddiderunt.

Eximius locus ad[5] permovendos iudices. Procliviorem facit im-

1. V. *etiam* abest ab Ed. Romana. 2. Ita legit locum retractatum Peyr., qui mihi olim obscurissimus erat. Ipse tamen scribit *legmatibus*; quod ego non intelligo; converteque in *lemmatibus*. (Scil. in Ed. Mediol. dederat. *Lacrimosus* exeabias depinxit.) 3. *Provolvens* ego emendabam; sed retinendum *proluens* in hoc scriptore putabat N. (Contra *promens* de Madvigii coni. dedit Wunderus. Or.) 4. Ita cod. pro *iidem*. 5. (Codex, ut memoratur in Ed. Mediol., non in Rom., *nimis hoc ad*, in quo potius latere videtur voc. Graecum, quam Mai *eximius locus*. Or.)

1. Cod. *dicto*. Sed correxi *edicto*, quia ad Or. in Pis. Cap. X. scribit Asconius: *L. Lamiam a Gabinio consule edicto relegatum esse iam diximus.* Qui locus mihi olim peridoneus videbatur ad suadendum lectoribus interpretem a me repertum vidisse Asconium.

Ibid. Cod. evidenter *Laelius*, non *L. Aelius*. At in Pison. XXVII. dicitur *L. Aelius*. Alibi saepe meminit huius viri et facinoris Cicero, nempe *post red. in sen.* V., *pro Sestio* XII. et *ad Famil.* XI. 16. 17. XII. 29., quibus locis scribit vel *L. Lamiam* vel *Lamiam*. Quoniam igitur praenomen *Lucii* saepe huic viro tribuitur, nuncupetur sane integre *L. Aelius Lamia*. Et quidem facilis fuit illa coniunctio *Laelius* pro *L. Aelius*. Sic infra ad Or. pro Mil. IIII. 1. scribitur *Clusius* pro *C. Lusius*.

8. De Saturnini lege agraria et Metelli exilio lege Appianum *Bell. civ.* I. 29.

petrandi facilitatem, constituens in eorum misericordia firmamentum salutis Cn. Plancii, per quos ipse sit reditum consecutus. Ita eleganter et pro se gratias agit, et huic pares humanitatis eventus deprecatur.

3. Mecum vos simul hic miserrimus et optimus obtestatur [P. 189.] parens, et pro uno filio duo patres || deprecamur.
Valde copulatis utrimque personis et in patre sine dubio plurimum constituit miserationis, et sibi eandem vim sollicitudinis vindicavit: quasi uterque Cn. Plancio pater sit, alter natura, alter officio gratiosus.

EXPLICIT.

AD CICERONIS ORATIONEM

PRO MILONE

COMMENTARIUS ANTIQUUS INEDITUS.

EDITORIS MONITUM.

Anonymi interpretis en iam proferimus ad Ciceronis Milonianam copiosos, etsi non integros ob Vaticanorum foliorum defectum, commentarios. Profecto commentarios in Tullii orationes, quos ego partim in Ambrosianis partim vero in Vaticanis palimpsestis reperi, unum eundemque habere auctorem, id quaquaversus atque evidentissime comprobatum est. Atqui ego olim magnopere suspicatus fueram, (quamquam semper dixi mihi videri, nunquam affirmavi) Ambrosiana scholia auctorem habere Asconium, cuius opinionis probabilia et multa argumenta in praefationibus exhibui, quae rem compluribus eruditis persuaserunt. Contradixere tamen alii; nullis adhuc publice, quod ego legerim, argumentis contradictionis suae propositis. Age vero scholia ad Milonianam, quae Asconii nomen in editionibus prae se ferunt, iamdiu scimus extare. Ergo si ista Asconiana sunt (nam et ipsum Asconium Ciceronis interpretem a nonnullis generatim negari audio; ab aliis certe scholia Verrinarum diserte Asconio eripi video; quamquam et haec in nomine Asconii Poggius inventor edidit,) si edita, inquam, ad Milonianam scholia Asconii sunt, Vaticani enimvero et Ambrosiani commentarii Asconium auctorem iactare nequeunt: neque enim quisquam sanus existimabit bis Asconium ad Ciceronis Milonionam fuisse commentatum. Illud quoque dignum animadversione nostra est, raro admodum accidere, ut in eodem Tulliani contextus loco Vaticanus interpres

Asconiusque versentur: idque ego non tam casu fortuito evenisse puto, quam ob Scholiastae mei et multo magis Asconii lacunas. Nemini enim consideranti incompertum erit, nos non tam Asconium in editionibus, quam exigua, praesertim ad Milonianam, Asconii excerpta retinere, reliquis amissis. Quis enim credat Asconium, postquam adeo copiose orationis argumentum tractaverat, tum demum perpaucas illas et exiles orationis ipsius declarationes subtexuisse? amphora coepit institui; currente rota cur urceus exit? *Certe Vaticanus interpres Asconio prorsus abundantior est.*

Aliud est quod item lectores meos monitos volo. Commentarium ad Ciceronis orationes a me repertum unum eundemque esse, qui partim in Ambrosiano partim in Vaticano codice (Bobiensi utroque) continetur, evidentissimum est. Namque id planum fit ex oratione pro Plancio cap. VIII. 1. itemque ex oratione in Vatinium cap. VIIII. 1. et XII. 3.; quibus in locis Vaticanae membranae prorsus cohaerent cum Ambrosianis; ita ut continuus sermonis sensus nonnisi coniuncta utriusque codicis ope effici possit. Quid inde? Sequitur videlicet, ut qui unus idemque Scholiastae codex fuerat, is in duos saltem dispertitus postea fuerit, distractis sine ordine perturbatisque foliis, dum haec a monachis Bobiensibus rescriberentur, et mox in alios atque alios tomos pro novitiae scripturae conditione coniicerentur. Huic tamen invicto, ut videtur, ratiocinio nunc illud obstare sentio, quod in calce Vaticanae paginae 187. (ed. Rom. pro Planc. VIIII. 1.) manu antiquissima evidenter scribitur nota quaternionis LVII., qui scilicet ibi desinit in verbo adversus, *incipiente mox LVIII. in verbo* Tusculanos. *Atqui in eiusdem Romani codicis extrema pagina 211. (ed. Rom. pro Mil. VIIII. 1.) scribitur item manu antiquissima evidenter nota quaternionis LVIII., qui desinit in verbo* sub. *Ergo si unum idemque fuisset priscum Scholiastae exemplar, commentarius universus ad Plancianam post caput nonum, itemque ad Milonianam usque ad octavum caput, unico quaternione LVIII. comprehensum fuisset; quod prorsus a veritate abhorret: neque enim unus, sed plures quaterniones ad capiendam materiam tantam necessarii sunt; hique revera adhuc, imperfecti licet, supersunt. Quid, quod in ipsa Miloniana fragmentum quoque quaternionis LVII. occurrit? Reliquum est igitur, ut vel amanuensis in quaternionum notis scribendis ac serie erraverit, vel duo exemplaria Scholiastae extiterint; quae tamen ab eadem prorsus manu scripta fuerint (simillima enim utriusque palimpsesti, immo et omnium foliorum, scriptura est, ut specimen excusum docet servato pari laterculorum modulo, et versiculorum etiam in singulis pagellis numero. Atque haud scio an ita loquendum sit de Frontonis quoque exemplari, cuius, aeque ac Scholiastae, folia coniuncto in volumine um in Ambrosiana tum etiam in Vaticana bibliotheca sunt. Sane e Frontonis scriptura eadem utrobique est: folia quoque interdum Romana Ambrosianorum seriem continuant: interdum tamen sic duplicantur partes aliquot, ut duo fuisse Frontonis exemplaria olim videantur ab eodem amanuensi scripta, quae mox a rescribentibus confusa fuerint.*

Commentarius ad Milonianam, deficientibus, ut dixi, foliis, aeque ut praecedentium sequentiumque orationum, imperfectus est. Superest autem quaternionis LVII. folium unum, secundum scilicet vel tertium. Quaternionis LVIII. habemus folia omnia praeter secundum. Quaternionis LVIIII. folium intimum, nempe quartum, nacti sumus. Quaternionis item LX. unum folium est reliquum, secundum nempe vel tertium. Quaternio LXI. universus deest. Denique in primo folio seu pagina secunda quaternionis LXII. explicit oratio pro Milone, ibidemque incipit pro Sestio. En autem pro more meo graphicam quaternionum tabellam.

Q. LVII.	. . . . . ‿ . . . . .
	236. 235. ‿ 234. 233.
	. . . . . ‿ . . . . .
	. . . . . ‿ . . . . .
Q. LVIII.	226. 225. ‿ 212. 211.
	. . . . . ‿ . . . . .
	218. 217. ‿ 220. 219.
	224. 223. ‿ 214. 213.
Q. LVIIII.	. . . . . ‿ . . . . .
	. . . . . ‿ . . . . .
	. . . . . ‿ . . . . .
	216. 215. ‿ 222. 221.
Q. LX.	. . . . . ‿ . . . . .
	270. 269. ‿ 264. 263.
	. . . . . ‿ . . . . .
	. . . . . ‿ . . . . .
Q. LXII.	130. 129. ‿ [140. 139.] pro Sestio.

ARGUMENTUM.

[Q. LVII. P. 236.] . . . . . cho esset utrimque inter servos obhorta[1] iurgiosa certatio, et ad gladios usque processum; ut metu peragitatus ad Bovillas in cauponulam[2] quandam P. Clodius fugiens concederet; quem secuti non sua sponte, ut in hac defensione Tullius loquitur pro sui officii necessitate, sed iussu domini, qui hoc maxime praeoptaverat, servi Milonis interemerint. Post quod facinus perpetratum, et nuntio Romam perlato, vehemens in Milonem invidia[3] commota est; adlato etiam cadavere nobilissimi senatoris et popularis viri. Post denique, iniecto in curiam Hostiliam faces subiectae sunt ab turbulenta et sordida multitudine, cui vita P. Clodi nimium fructuosa in praeteritum fuerat et tunc mors acerba erat. Quibus turbis et seditionibus adversus Milonem flagrantibus[4], convocato senatu, decretum

1. Ita cod. quam seu cacographiam seu orthographiam in aliis quoque vidi Codd. 2. Cod. *campo nullam*. 3. Cod. *invidiam*. 4. Cod. *flagantibus*.

10. Qui se de patricio plebeium fecerat, ut tribunatum consequeretur.
12. Propter largitiones legesque Clodii tribunicias. Legesis ex. gr. Dionem XXXVIII. 13.

est caedem in Appia via contra rem p. esse commissam. Cn. etiam Pompeius, qui tunc sine collega tertium consulatum gerebat, tulit legem, ut de eadem caede extra ordinem quaereretur[1]. Ac primo quidem iudices consederunt in aede Saturni. Et cernen|dam[2] causam pro debita necessitudine nec minus voto, quo inimici sui interitum gratulabatur, Cicero suscepit. Sed quoniam et turbulenta res erat et confessa caedes et ad seditionem populus inflammatus et circumpositi iudicio milites, et[3] non longe praesidens cousul ipse Pompeius obnixe[4] studens in damnationem Milonis, perferri defensio ista non potuit:. nam metu consternatus et ipse Tullius pedem rettulit; et exsistit[5] alius praeterea liber actorum pro Milone, in quo omnia interrupta et inpolita et rudia, plena denique maximi terroris agnoscas. Sane orationem postea legitimo opere et maiore cura, utpote iam confirmatus animo et in securitate, conscripsit. Sed enim quum ratio defensionis huius ordinaretur, quonam modo et secundum quem potissimum statum agi pro Milone oporteret, M. Brutus existimavit κατὰ ἀντίστασιν pro eo esse dicendum, quae a nobis nominatur qualitas compensativa. Hoc enimvero Ciceroni visum est parum salubre, nam maluit — —[6] specie, id est rela‖ . . .

[*Desiderantur paginae octo.*]

COMMENTARIUS.

III. 1. . . . *Quod autem Tullius* „„*ante quam ad eam* „„*orationem venio, quae est propria ves*trae quaestionis, „„videntur ea esse refutanda, quae et in senatu saepe ab „„inimicis"" dixit; iam detraxit illi decreto auctoritatem, cui potest propter simultates inesse studium malevolentiae[7]. Et quod addidit statim: „iactata[8] sunt", non decreta, non statuta, non iudicata; verbo usus est efficaciter ad detrahendum pondus illi senatus consulto, quo reus gra-

1. Cod. *quereretur*. 2. (Fortasse: *orandam*. Or.) 3. Cod. *eed*. 4. Cod. *obnixae*. 5. Cod. *exsistat*. 6. Versiculus Gr. vacuus. 7. Cod. *malae volentiae*. 8. Codex in textu *iacta*, sed in margine, ubi nescio quis interpolat, *iactata*, prout editiones habent.

18. Sententiam in lacuna partim demersam reparat Asconius: *Quum quibusdam placuisset ita defendi crimen, interfici Clodium pro rep. fuisse, quam formam M. Brutus secutus est in ea oratione, quum pro Milone composuit et edidit, quamvis non egisset; Ciceroni id non placuit, quod non qui bono publico damnari, idem etiam occidi indemnatus posset. Itaque Clodium Miloni fecisse insidias disputavit.*

19. Folium hoc non est quaternionis primum, quoniam caret nota numerali, quae huius propria esse solet. Neque rursus est quartum seu intimum, quoniam materia post secundam paginam abrumpitur. Secundum igitur aut tertium est; immo potius secundum; quae res cognoscitur e lacunae secundae p. 94. (Ed. Rom.) evidenti brevitate.

27. Cod. *malae volentiae*. Quamquam vero *volentia* non est ignotum neque absurdum vocabulum, arbitror tamen Scholiastem scripsisse *malevolentiae*, ut alibi; ita ut media diphthongus mendosa sit.

vabatur. Post haec etiam significaturus legem Pompeiam, „et in contione[1] ab inprobis" inquit; molestum namque fuisset si a populo; adiecere[2] „ab inprobis" maluit, ut ne illud plebiscitum pro gravissimo ducendum sit, quod inprobi et studentes iniuriae conceperint. Ad extremum tertio gradu in hunc exitum desinit „et paulo ante ab accusatoribus", omne[3] enim, quod accusatores comminiscuntur, non aequitatis iudicio, sed nocendi proposito moliuntur. Haec itaque qualitas M. Tullio propria est, ut ante quam argumentationis[4] impleat, victoriam praelibet in ipsis propositionibus.

2. Negant intueri lucem esse fas ei, qui a se hominem occisum esse fateatur.

Hoc primum adgressus refutare, in omnibus caedibus non confes- [P. 233.] siones esse damnandas, sed causas potissimum || requirendas. Cui responsioni adhibet[5] firmamentum — —[6] antiquitus Horatium quoque non caede vulgari, set[7] de parricidio, hoc est, intercempta sorore confessum, absolvi tamen probata[8] aequitate meruisse. Quippe Horatius victor domum regressus, occisis tribus Curiatis Albanorum, obviam sororem habuit deplangentem Atti Curiati obitum, cui desponsa fuerat. Ob *id* interfecit eam frater; et spolia Curiatorum (*sic*) trina fixit loco celebri, cui pilae Horatiae[9] nomen est. Hic tamen caedis accusatus ab inimicis, quum capitis causam aput Tullum regem, patre defendente, dixisset; damnatus ad populum provocavit absolutusque est et tamen expiari iussus. Constitutis igitur duabus aris Iano Curiatio et Iunoni Sororiae, superque eas iniecto tigillo, Horatius sub iugum traductus est. Id expiamentum memoriae servatum ad hunc usque diem tigillum sororium appellatur.

3. Qui nondum libera civitate.

Adhuc in servitio fuisse rem p., et tamen habuisse liberum spiritum de aequitate facinoris iudicandi.

[Desiderantur paginae duae.]

* * *

[Q. LVIII. P. 226.] 4. . . *Aut C. Marius.*

*Hic consul Sa*turninum et Servilium Glauciam Capitolio deductos interfici iussit. Senatus denique, M. Tullio consule, Lentulum celerosque in carcere puniendos censuit. Necessario[10] igitur hanc enume-

1. Cod. *contentionem.* 2. Ita cod pro *adiicere.* Quamquam id vocabulum est semesum in Cod. 3. Ed. Rom. *mone.* 4. Ita cod. *i* pro *e* in accus. plur. quamquam genitivus non desinat in *ium;* quam grammaticorum regulam satis incertam esse, iam alibi dixi. 5. Cod. *athibet.* 6. Spatium vacuum versiculorum duorum. 7. Ita Cod. pro *sed.* 8. Cod. *probatae.* 9. Cod. *oratio.* 10. In Cod. interponitur *ei.*

21. Nempe in foro Romano, ut ait Dionysius Halic. III. 21. Confer Livium I. 27.

27. Dionys. et Liv. loc. cit.

30. Provocationem a regibus idem ad populum miratur Cicero *de Rep.* I. 31.

33. Lege Appianum *Bell. civ.* I. 32. et Plutarchum in Mario Cap. XXX., qui auctores populo potius quam Mario hanc caedem tribuunt. Idem exemplum narrat noster Scholiastes item a me editus ad Or. *de aere al. Mil.* V. 3.

rationem facit, qua plenius doceat, nonnumquam caedes iure optimo fieri posse.

5. Eum, qui patris ulciscendi causa matrem necavisset.

Quia μυϑῶδες hoc exemplum videri poterat, de Oreste scilicet, a quo adultera mater occisa est; noluit id in primo constituere nec in postremo, sed in medio, ut utrimque[1] firmitatem de exemplis verioribus mutuetur: cui tamen et ipsi, quamvis aliquantum levi et fabuloso[2], consideremus, quanto ingenio firmitatem pariat orator, ita inferens, „atque[3] hoc, indices, non sine causa etiam fictis fabulis." Levitatem habent summam fictiones fabularum, sed quid adiecit? „doctissimi homines memoriae prodiderunt;" ut scriptorum peritia det exemplo quamvis minus idoneo[4] firmitatem.

6. Gladium nobis ad[5] hominem occidendum ab ipsis porrigi legibus.

Βιαίως auctoritatem XII. tabularum ad defendendam confessionem [P. 225.] Milonis trahit, quae grassatoris interficiendi potestatem faciunt, per diem si armatus veniat, noctu vero[6] quoquo modo venerit. (*Ἐναντία*) huic argumentatio est in illa oratione, quae PRO M. TULLIO inscribitur. Ibi quippe quoniam aliud praesentis negotii condicio poscebat, ipsas quoque XII. tabulas adseveravit excubare pro hominum salute, quae hanc interimendi[7] potestatem non facile permiserint.

---

1. Cod. *utrumque*. 2. Cod. *tamen et ipsi; quamvis aliquantum leve et fabulosum.* (*Prius et* sine causa delevit Maius. Or.) 3. Edd. *itaque*. 4. Cod. *idoneam*. 5. Cod. *ab*. 6. Cod. *vere*. 7. Cod. *interemendi*.

17. Videsis Ciceronem pro Tullio Cap. XX. Legis autem illustrationem habes apud Terrassonium *Hist. iurispr.* p. 104—106.

19. Nempe in Miloniana contendit Cicero caedem Clodii iure factam; in Tulliana caedem servorum Tullii contra fas atque ius a servis Fabi patratam demonstrat.

21. Ciceronianae orationis pro M. Tullio partes aliquot in Mediolanensi palimpsesto detectas ante hos annos ego vulgaveram. Mox alias in Taurinensi item palimpsesto codice detexit et cum meis coniunxit atque edidit Vir cl. amicus meus Amedeus Peyronius. Iam ipsa quidem sententia, quod *XII. tabulae excubent* cet. nondum in illis fragmentis apparet; sed ea tamen non longe abfuit a Peyronianae editionis pagina 108. meae vero praesentis p. 357., ubi rei mentionem facturus sum. Profecto cl. Peyronius in iis illustrandis reliquiis egregiam operam posuit. Meas quoque curas ab illo revocatas ad trutinam laetor; id quod ipsi facile fuit quum ob sapientiam suam, tum quia Mediolanenses membranas prae oculis habuit, quas ego olim maximo meo labore patientiaque elueram, ordinaveram atque explicaveram. Nunc mihi orationum pro Tullio et pro Scauro reliquias iterum edituro neque Mediolanenses adsunt membranae neque Taurinenses. Igitur in postremis clarissimi viri curis acquiescendum saepe mihi erit: quamquam ubi non semel ab eius sententia in constituendis Tulliani textus lectionibus discrepabo, id in criticis scholiis palam faciam. Interim vero prorsus nego totam illam rationem Scholiastae carptim saltuatimque olim descripti, quam vir inclitus in libro suo p. 231. sibi confingit multisque verbis propugnat. Causa enim hiatuum nulla est alia, quam Graecorum perfrequens interpositio verborum ac sententiarum, quae nunc sive in Ambrosiano sive in Vaticano codice legi nequeunt ob elotum antiquitus a rescribente apicum colorem; quamquam hac illac vestigia Graecarum litterarum manifestissima adhuc se produnt; ita ut nonnulli loci tuto legantur. Rursus falli mihi videtur Vir cl., dum ait ordinem textuum

IIII. 1. Atqui si tempus est ullum iure hominis necandi. —[1] Pertinenter et cito a genere ad speciem prolapsus est, hoc iam confirmaturus alio exemplo et iudicato, insidiatorem P. Clodium interfici a Milone potuisse, quando etiam miles[2] in exercitu C. Mari de tribuni sui interemptione confessus imperatoris ipsius iudicio liberatus sit. Fuit autem C. Lusius tribunus[3] militum sororis filius C. Mari, qui bello Cimbrico P. Trebonium sive Arruntium militem suum liberali facie praeoitum, quum partim minando partim praemio offerendo ad consensum stupri non potuisset inlicere, nocte intempesta pro potestate —[4] vocari eundem iussit. Ille causam suspica‖*tus* . . .

[*Desiderantur paginae duae.*]

[P. 218.] . . . . Milone sensissent.

V. 1. Declarant huius ambusti tribuni pl.

---

1. Versiculus vacuus Gr. 2. Cod. *etiamiles.* 3. Cod. *tribuns.* 4. Spatium unius vocabuli. (Excidit fortasse *ad se.* Os.)

ab Ambrosiano Scholiasta perturbari pro Planc. XXXIV. 1. 2. Namque ibi Scholiastes secundo loco non profert consequentem veluti Tullii textum, sed praecedentem citat in orationis suae serie. Quare et ego tam in Mediolanensi quam in hac Romana editione notam numeralem 2. praetermittere debuissem. (Praetermisi. Os.) Neque in Bobiensium codicum catalogo p. 215., ubi loquitur vir summus de Sedulii codice olim Bobiensi nunc Taurinensi, verba illa *robeoincipetratrumopus* explicarem, ut ipse facit, *rubro incipit sacrum opus;* sed multo mallem *rubeo incipit atrum opus:* liber enim Sedulii atramento scriptus incipiebat de more a rubricata minio vel littera vel versiculo. Quare in hac frigida antithesi Bobiensis librarius lusit. Quod denique in fragmento Panegyrici veteris a se edito p. 184. sic scribit Vir cl. *repetitio inexplicabilis non tenet; debitorem in mensa semper absolvunt;* si quid ego video, divisio illa *in mensa* absurda est et sensus loci pessumdatus vel obscuratus. Scribendum igitur coniuncte censeo: *repetitio inexplicabilis non tenet; debitorem inmensa semper absolvunt.* (Sic Palladius *RR.* I. 6. *Creditorem patitur, cui sine spe absolutionis astrictus est.*) Immo interpunctio pari ferme iure ante et post *debitorem* fieri potest. Iam quod Vir Cl. de Latinarum litterarum post Augusti aevum corruptione disserit, mihi sic dicendum videtur. Summatos quidem eloquentiae tam in Graecis quam in Latinis unius ferme aetatis fuit: ceteroquin sanitas seu certa bonitas elocutionis multo diutius apud Latinos etiam perseveravit, in Plinio, puta, Columella, Fabio, Tacito, Gellio, iure civili cet., Lactantio, Hilario, Hieronymo cet. Et Frontonis etiam Symmachique elocutio morari lectores cum fructu aliquo potest. Immo Fronto tam pure scribit, ut qui eum attente legunt, nedum spernunt, non barbarismos solum vitare discant, verum etiam genuinae elegantiae colorem contrahant. Urbane amiceque invitatus a viro eximio Op. cit. p. 236. pauca haec ad evidensia, ut illi morem gererem, obiter adnotavi; quae sponte rituque et instituto meo nunquam protulissem.

6. Cod. *Clusius* evidenter. Et quidem etiam in Valerii Max. VI. I. 12. priscis editionibus scribitur *Clusius.* Sed dubitationem omnem tollit Plutarchus in Mario Cap. XV., a quo scribitur *Γάϊος Λούσιος.* Error igitur in codicibus Valerii et in hoc Vaticano ortus est a coniunctione praenominis cum nomine, *Clusius* pro *C. Lusius;* cuiusmodi alia permulta sunt iamdiu a criticis notata mendorum exempla v. gr. *Agellius* pro *A. Gellius; Mapicius* pro *M. Apicius* cet. Vide Mehusium ad Ambr. Camald. vit. p. 386. Recole nos ad Planc. XXXV. 2.

7. Ita scribit etiam Plutarchus. At Valerius dicit *C. Plotium.* Noster insuper interpres addit variam lectionem *Arruntium.*

10. Scilicet miles ad tribunum vocatum venit; paratus tamen vim turpem honesta vi repellere; quod reapse fecit. Lege praeter dictos auctores duas quoque declamationes, quae hac super re inter Quintilianeas occurrunt.

Titum Munatium Plancum significari manifestum est, de cuius contionibus querulis et invidiosis illud confirmat orator, adeo universum senatum Miloni favisse, ut de potentia nimia sive gratia Ciceronis idem tribunus pl. in contione quereretur[1]; quasi eo dante operam fieret, ut proclivior senatus esset ad liberandum Milonem. Hunc vero[2] ambustum tribunum pl. eapropter dicit, quod aut videri hoc velit ipso[3] instigante incensam curiam, aut eundem ardentis curiae incendio esse deterritum, quominus diu concionaretur. Et plane — —[4] quod sequitur „intermortuae contiones", quas suspicari possumus consternatas vicinitate flammarum.

2. Quae quidem si potentia est appellanda.

— —[5] definiens multifariam, non illam potentiam fuisse Ciceronis, sed iustissimam gratiam, quam semper officiorum sedulitate meruisset.

3. Appelletur ita sane potentia[6], dum[7] ea nos utamur pro salute bonorum contra amentiam[8] perditorum.

[P. 217.] — —[9] Concessit aliquid de potentia; sed vigilanter subiecit exceptionem per —[10] omnem vim dicens potentiae suae in perniciem malorum pro bonis constanter operatam.

4. Cuius enim de incestu[11] stupro iudicium decernendi senatui potestas esset erepta, de[12] eius interitu[13] quis potest credere, senatum iudicium novum constituendum putasse?

—[14] Hoc firmare contendit per coniecturam[15] de animo senatus, nihil eum ad ulciscendum mortem P. Clodi[16] voluntatis habuisse[17]. Et ut magis eum gravaret, qui interemptus est, exemplum de criminibus eius adsumpsit; quod quum intra[18] caerimonias Bonae Deae incestum[19] cum pontificis uxore fecisset[20], nihil novae quaestionis potuerit senatus cernere[21], quum hoc maxime vellet; ita in hac parte nullius[22] esse confirmat iuris scilicet[23] auctoritatem. Et adhuc odio dignum[24] facit eum[25], qui de incesto[26] fuerit infamis.

5. Cur igitur incendium curiae, oppugnationem aedium M. Lepidi, caedem[27] senatus contra rem p. factam[28] esse decrevit?

—[29] utebantur accusatores[30] ex eo videlicet adseverantes vere hanc [P. 224.] a senatu caedem praedamnatam[31], quum decreverit contra rem

1. Cod. *quaereretur*. 2. Cod *voro*. 3. Cod. *ipsos*. 4. Supple duo fere Graeca verba. 5. Supple ut supra. 6. Deest *potentia* in Edd. 7. Edd. *dummodo*. 8. Cod. *contramentiam*, ut pag. praec. *etiamiles*. 9. Versiculus cum dimidio vacuus. 10. Supple unum verbum Gr. 11. Ita Cod. Edd. *de illo incesto* 12. Cod. *ereptae* sine *de*. 13. Cod. *interitus*. 14. Supple unum verbum Gr. 15. Cod. *coniectura*. 16. Cod. *Clodio*. 17. Cod. *habuisset* sine *et* per crasin ut supra. 18. Ita Cod. pro *inter*. 19. Cod. *incaestum*. 20. Cod. *uxoreffecisset*. 21. Ita cod. *cernere*. Sic etiam in argumento. (Leg. *decernere*. Or.) 22. Cod. *ullius*. 23. Cod. *ullius et confirmat iuris ceteris*. (Fortasse, e Cod. vestigiis: *nullius esse confirmat iuris certi auctoritatem. Et adhuc odio dignum facit memoriam eius, qui* cet. Or.) 24. Cod. *dignum*. 25. Cod. *eius*. 26. Cod. *incaesto*. 27. Edd. *caedem hanc ipsam*. 28. Cod. *facta*. 29. Supple unum fere Gr. verbum. 30. Cod. *utebatur accusator*; sed mox idem cod. *adseverantes*. 31. Cod. *praedam*.

p. commissam videri[1]. *Incendium dicit*, quo exarsit non *solum Clodii pyra*, sed curia quoque, *quum* domus M. Lepidi oppugnata esset. Nam quum M. Aemilius Lepidus[2] interregno fungeretur, et plerique inita conspiratione hoc ab eo postularent[3], maxime urguentibus[4] Milonis competitoribus, ut haberet[5] comitia consularia; respondit, civiliter non posse per se comitia haberi, quoniam primus interrex illo tempore esset proditus biduo post interemptionem P. Clodi: et erat in vetere consuetudine, ut non is, qui primus interrex, sed qui loco secundo crearetur, comitia haberet[6]. Non obsequens tamen illi conspiratae multitudini, quam Plautius Hypsaeus et[7] Metellus Scipio concitaverant, in[8] periculum deductus est, ut domus eius inpuguaretur, et obsidionem dierum quinque pateretur: cui[9] ad extremum sola l'actio Milonis auxilio fuit; qua decertante cum adversaria perfectum est, ut eximeretur periculo[10], quo artissime premebatur.

6. Quia nulla vis umquam est in libera civitatae suscepta inter civis non contra rem p.

Nimium —[11] adversus propositionem[12] partis adversae facta re- [P. 223.] sponsio est tenuiter et anguste. Hoc enim probare conititur, illo[13] decreto senatus non factum Milonis praedamnatum, sed generaliter ipsam vim notatam, quae[14] inter duos evenerat; ut remota faciendi causa, facie tenus[15] displicuerit senatui aliquid per vim inter cives esse commissum; ita tamen ut non ademerit Miloni facultatem reddendae rationis, cur ab se facinus illud admissum sit. Et hoc munit exemplis pluribus eorum, quos ex usu rei p. constabat occisos; nihilominus[16] in hisdem caedibus vis[17] exceranda fuerit, licet pro communi utilitate suscepta.

7. Itaque ego ipse decrevi.

—[18] Retinenda hic pronuntiatio est, ut illud sapiat: ego ipse, qui P. Clodio inimicus fui, qui Miloni praeter ceteros faveo. Nihil eius causae obfuit illud[19] decretum, ut ei non sim etiam ipse refragatus.

8. Decernebat enim, ut veteribus *legibus*[20] tantummodo extra ordinem quaereretur. Divisa sententia est, postulante nescio quo.

Sensus hic in obscuritate est: illud enim in proposito habet Tullius docere, ab senatu nihil contra Milonem statutum. Et primo quidem ita conceptam fuisse sententiam, ut de illa caede veteribus legibus extra

1. In sequentibus omisit librarius nonnulla verba. 2. Cod. *nam M. Aemilius Laepidius qui*. 3. Cod. *conspiraret*. 4. Ita cod. vetere orthographia. 5. Cod. *haberet et*. 6. Verba *primus interrex sed et comitia haberet*, videntur in margine suppleta. Rem autem ipsam confirmat etiam Asconius in scholiis suis. 7. Cod. *set*. 8. Cod. *concitaverat id*. 9. Cod. *qui*. 10. Cod. *exueretur periculum*. 11. Vocab. Gr. oblitteratum. 12. Cod. *propositione*. 13. Cod. *illud*. 14. Cod. *notatumque*. 15. Cod. *faciens*, mox emendatum *facie tenus*. (Requiritur haec fere sententia: „quod ad factum ipsum pertineret"; unde vide ne fuerit: *facta tenus*. Sic infra Cap. VIIII. 1. Cod. habet *facie sit* pro *facti est*. Or.) 16. Cod. *nihil omnibus*. 17. Cod. *visvis*. 18. Vocab. oblitteratum. 19. Ita Cod. quamvis ante et postea sit *illut*. 20. *Legibus* deest heic in Cod. Sed tamen occurrit infra.

[P. 214.] ordinem quaereretur; ‖ sed e diverso extitisse alium, qui contra diceret (sive Fufium Caelenum[1], sive alius ille fuerit, videbimus) postularetque, ut sententiae divisio fieret. Hoc autem solebat accidere, quum videbatur aliquis per saturam de multis rebus unam sententiam dixisse: et babebat nonnunquam conexio huiusmodi[2] rerum multarum fraudulentas captiones, ut rebus aequis res improbae miscerentur; atque ita blandimentis quibusdam obreperet ad obtinenda ea[3], quae si per se singulariter proponerentur, displicere deberent. Desiderabatur itaque, ut fieret sententiae divisio, hoc est, ut de singulis, non de pluribus unâ sententia diceretur. Et illa ergo sententia, quae causa Milonis ferebatur, quasi non erat simplex; nam duo conplectebatur; ut et veteribus legibus et extra ordinem quaereretur. Huic sententiae dicit M. Tullius intercessum; atque ita factum, ut extra ordinem quidem quaereretur, non tamen[4] vetusta, sed nova lege Pompeia. Pro Miloue autem obnixe[5] laborasse Q. Hortensius videbatur.

VI. 1. At enim Cn. Pompeius rogatione sua de[6] re et de causa iudicavit.

[P. 213.] Alterum praeiudicium discutit ad utilitatem ‖ suam revocaturus eipsam[7] rogationis Pompeianae lationem, qua quum[8] vellent accusatores videri praedamnatum Milonem, Tullius in respondendo satis vivaciter argumentatur, quum caedes in confesso teneretur, nunquam laturum fuisse Cn. Pompeium consulem huiusmodi rogationem, ut de eodem facinore quaereretur, nisi animadverteret[9] aequitatem subesse[10], quae facile pro reo posset aput iudices optinere.

2. Quid porro quaerendum factumve[11] sit? at constat. A quo? at paret.

—[12] Haec sibi familiaria concatenavit, inquisitione praemissa et subdita responsione: quae ratiocinatio hoc explicat, nihil contra Milonem statuisse Pompeium.

VII. 1. Tribunus pl. M. Drusus occisus est.

Et hac responsione contra praeiudicium multis et fortibus exemplis inmoratur. Ac primo quidem dicit de Druso, qui consulibus Sexto Caesare et Philippo quum partes senatus in tribunatu suo contra plebem suscepisset; idem vero postea volens gratificari sociis et Latinis civita-[P. 220.] tem[13] Romanam promisisset, ad extremum eiusdem ‖ pollicitationis implendae desperatione praeventus, in atrio domus suae incerto[14] quo percussore confossus[15] est.

1. Ita Cod. in quarto casu. (Ceterum lege: *Fufium Calenum.* Os.) 2. Cod. *modo.* 3. Cod. *eat.* 4. Cod. *tom.* 5. Cod. *obnixue.* 6. Edd. *et de.* 7. Ita cod. *ei* pro *i*, qui est archaismus. 8. Cod. *cumque.* 9. Cod. *animadverterer.* 10. Cod. *subesset.* 11. Ita Cod. *ve* pro *ne;* quam scripturam alibi quoque in antiquis codicibus memini me videre. 12. Supple verbum Gr. 13. (Fortasse: *volens gratificari sociis et Latinis, iis civitatem* cet. Os.) 14. Ita Cod. (Leg *incertum.* Os.) 15. Cod. *confusus.*

37. Lege Appianum *Bell. civ.* I. 35. seqq. Ego vero nuper in Diodori Siculi reliquiis e palimpsesto Vaticano editis p. 116. incognitam formulam sacramenti evulgavi, quo Philippus consul civitatis Romanae cupidos ad exhibendam Druso obedientiam exigebat. (Ed. Diodorf. p. 128.)

2. Quum P. Africano domi suae conquiescenti[1].

Hic P. Scipio Aemilianus, ut in proxumae orationis commentario iam locutus sum, quum Latinorum causam societatis iure contra C. Gracchum triumvirum eiusque collegas perseveranter defensurus esset, ne ager ipsorum divideretur, repentina morte domi suae interceptus est, non sine infamia et ipsius C. Gracchi et[2] uxoris suae Semproniae: qui excessit vita sex et quinquaginta annos natus; in eiusque faucibus vestigia livoris inventa sunt. Super eius laudibus extat oratio C. Laeli sapientis, qua usus videtur Q. Fabius Maximus in laudatione mortui Scipionis; in cuius extrema parte haec verba sunt: QUIA PROPTER[3] NEQUE TANTA DIIS INMORTALIBUS GRATIA HABERI POTEST, QUANTA HABENDA EST, QUOD IS CUM ILLO ANIMO ATQUE INGENIO HAC[4] CIVITATE POTISSIMUM NATUS EST: NEQUE ITA MOLESTE ATQUE AEGRE FERRI QUAM FERUNDUM EST, QUUM EO MORBO MORTEM OBIIT ET IN EODEM TEMPORE PERIIT[5], QUUM ET VO-

---

1. Cod. *conquiescendi.* Edd. *quiescenti.* 2. Cod. *ut.* 3. (Leg. *Quapropter.* Os.) 4. Mallem *in hac*, ut scribit Cicero in subiecto loco. 5. (Cod. *cum eo morborum te movit, et in eodem tempore petu t.* unde Maius fecit: *eo morbo obiit;* sed quid faciamus litteris *rum te m?* Manifesto per μετάθεσιν corrupta sunt e v. *mortem;* quod ego inserui. Accedit, quod et isti aetati magis consentaneum est integrum *mortem obire*, quam ellipticum sive mancum *obire*, et vitatur ingratus hiatus *morbo obiit.* Tum malim cum Meyero *in eo tempore;* syll. *dem* a geminatione sequentis *tam* videtur orta. Denique haereo in *opus est*, ubi requiri videbatur, *opus esset*, ut vidit idem Meyerus. Os.)

2. Notemus, quo nomine designet lucubrationem suam interpres.

3. Intellige orationem pro Murena Cap. XXXVI., quam pariter se commentariis inlustravisse ait Scholiastes, qui tamen in manus nostras nondum venerunt. Iam quod ait se *iam locutum* de tali re in *proxumae* orationis commentario, satis apparet Murenianam orationem ante Milonianam in Scholiastae nostri adversariis fuisse collocatam. Quam rem consideranti iniecta mihi cogitatio est, num Tullianae orationes antiquitus ex ordine fere litterarum, quod suspicabatur ill. Niebuhrius (*Fragm. Vatic.* p. 66. seqq.) dispositae fuerint. Sane in Vaticano, quem nunc edo, palimpsesto ita ordo est ad alphabetum exactus, ut semel aut ne semel quidem amanuensis ab eo divagetur. Docet enim quaternionum ratio scriptas esse ordinatim orationes *pro Flacco; Gratias egit senatui; Gratias egit populo; pro Plancio; Milone; Sestio; in Vatinium.* Igitur ordo non perturbatur nisi in *Planciana*, quae *Milonianae* praeponitur. Sed en rursus perturbatio haec tollitur, quandoquidem nos docuimus in Monito ad Milonianam pag. 88. Ed. Rom. videri Plancianam non ex eodem codice sumptam, unde est Miloniana; quia scilicet quaternionum series notaeque id non patiuntur. Verum is ordo, qui in Vaticano codice prope ad unguem procedit, in Ambrosiano nullus observatur: ibi enim post orationem *pro Sulla* necessario nexu membranarum sequitur *in Clodium et Curionem.* Item post orationem *pro Plancio* sequuntur in connexis membranis orationes *de aere alieno Milonis* et *pro A. Licinio Archia.*

10. Iam dixi in prosopographia librorum Cic. de Rep. p. XLV. Scipionem Aemilianum laudatum in funere fuisse duabus Laelii orationibus, quarum alteram recitavit Tubero sororis filius (Cic. *de Or.* II. 84.) alteram Q. Fabius Maximus frater. Illius nullum adhuc fragmentum reperimus; huius autem nunc praeclara particula emergit, ut Laelianum stilum aliquatenus degustemus. En autem et Cicero pro Murena C. XXXVI. sententiam ipsam recitat, quam fere in Laelii fragmento legimus: *Africanum quum supremo eius die Maximus laudaret, gratias egit diis immortalibus, quod ille vir in hac rep. potissimum natus esset: necesse enim fuisse, ibi esse terrarum imperium, ubi ille esset.*

[P. 219.] BIS ET OMNIBUS, QUI HANC REM P. [SALVAM[1] VOLUNT, MAXIME VIVO OPUS EST, QUIRITES.

3. Proinde quasi Appius ille Caecus viam muniverit[2], non qua populus uteretur, sed ubi inpune sui posteri latrocinarentur.

Quoniam et augere poterat invidiam Milonis, et commendabilem facere memoriam P. Clodi Appiae viae mentio, in qua maiorum eius titulus eminebat, omnem hanc materiam cuiusdam taciti favoris defloravit orator: quasi eam[3] non monumentum familiae suae P. Clodius habuerit, sed quoddam scelerum devorsorium: in qua occidisse Marcum etiam Papirium videbatur equitem Romanum; eo scilicet tempore, quo decertatio ibidem *inter* Pompeianos et ipsius factionem commissa est, quum per fraudem emisisset e custodia Tigranis filium nuper ex Armenia per Cn. Pompeium sorte[4] captivitatis abductum eique potestatem discedendi liberam permisisset[5]. Videtur e numero Pompeianorum M. Papirius interemptus[6].

4. Conprehensus est in templo Castoris servus P. Clodii, quem ille ad Cn. Pompeium interficiendum conlocaverat.

Moventer hoc exemplo utitur, nec sine aculeis in ‖ . . . .

[Desiderantur paginae duae.]

[P. 212.] . . . . — eum esse testatur quomodo iustitiae cultor sit.

VIII. 1. Dederas enim, quam contemneres populares insanias, iam inde ab adulescentia documenta maxima[7].

—[8] orationem converterat ad L. Domitium quaesitorem, cuius animum sine dubio ut efficacius Miloni adiuvando conciliaret adversus impetum seditiosorum, commonefecit eum constantiae suae, cuius exempla edidisse nuper in adulescentia videbatur. Nam quum C. Manilius post annum tribunatus sui, quem turbulentissime gesserat, causam de maiestate dicturus esset, accusante Cn. Municio, id egit per multitudinem conspiratam, *ut* obsideret eundem Cn. Municium[9] accusatorem suum; cui obsesso[10] auxilium tulit adgregata[11] bonorum multitudine L. hic Domitius, ad quem loquitur, et quem vult in praesentiarum rerum[12] exempla illius pristini vigoris imitari.

---

1. *Salvam* videtur supperadditum. 2. Cod. *invenerit.* 3. Cod. *ea.* 4. Cod. *sortem.* 5. Cod. *permisisse.* 6. Cod. *emptae.* 7. Cod. *maxime.* 8. Supple unum verbum Gr. 9. (An *Minacio* . . *Minuciam?* Os.) 10. Cod. *obsessu.* 11. (Cod. *adgreta* unde Maius fecit *adercta*, ego *adgregata.* Os.) 12. Ita Cod. (unde dubium est, utrum *rerum* ortum sit dumtaxat e geminatione syll. praeced. adeoque delendum, an corrig. *in praesentia rerum.* Os.)

14. Rem habes etiam apud Dionem Cassium XXXVIII. 30.

24. Domitium in causa Milonis lege Pompeia creatum quaesitorem dicit Asconius in argumento.

32. Historiam hanc habet etiam Asconius in commentario. Ceterum is omittit Manilii Municium (Asconius scribit *Manlium*) accusatorem. Lege eundem Asconium ad Cornelianam I. nec non Dionem XXXVI. 27.

VIIII. 1. Quam ob rem, iudices, ut aliquando ad causam crimenque veniamus; si neque omnis confessio facti est[1] inusitata.

[P. 211.] Hoc est rep. — — — — ‖ —[2] quam brevissime, quae supra in illarum quaestionum refutatione disseruit, transitum sibi ad narrationem parans, cui hic locus opportunior dabitur.

2. P. Clodius cum statuisset omni[3] scelere in praetura vexare rem p.

Vigilantissime praeparationibus instructa narratio est, cuius quidem secundum morem sibi familiarissimum a persona sumit exordium; quae disciplina habilior ad docilitatem, id est — —[4] videtur. Consideremus itaque ad coniecturam duplicem sic praemunitam ἀν . . ut et personam[5] P. Clodi ad locandas inimico[6] insidias idoneam faciat, et causas faciendi validissime instruat, et alia semina futurarum quaestionum ad defensionem Milonis pertinentium —[7] praemuniat sollertissime: utque[8] ita moderatus nec ullo emolumento[9] provocatus existimetur illud facinus cogitasse. Haec explorato per totum cursum narrationis istius, et multo altius adiecta cogitatione invenies ita narrari, ut et hanc narrationem, cui duplex coniectura sub‖*est* . . . . . .

[*Desiderantur paginae sex.*]

[Q. LIX. P. 216.] X. 1. *Fit obviam Clodio ante fundum eius.*

. . . genter — —[10] simul et ad innocentiam Milonis, et ad cogitationem sceleratam P. Clodii, ferenda praestructio est: quoniam facilius ille iuxta limitem possessionis suae potuerit caedem facere, quam Milo in alienis regionibus deprebensus. Quumque[11] hora undecima dicat eum profectionem[12] coepisse, magis[13] derivabitur in suspicionem insidiarum, quando eo tempore proficisci coeperit, quo alii ad destinatum locum pervenire consuerunt, die paene finito.

2. Hora fere[14] undecima, aut non multo secus.

—[15] fecit ipsa addubitatione, quod non undecimam horam quasi pro certo dixit adseveranter; nam hoc additamentum „aut non multo[16] secus", veri similitudini plurimum dedit[17].

3. Statim complures[18] in hunc faciunt de loco superiore impetum.

Pars haec narrationis aliquanto turbatior est. Sine dubio in ea multa finguntur; verum hanc omnem confusissimam permixtionem cursim[19] praetervolat: non enim debent cum mora protrahi, quae videri iudicibus possunt aliquod habere figmentum; ne orator, si laciniosus [P. 215.] sit, in‖mendacio deprehendatur.

1. Cod. *facie sit.* 2. Vacant quattuor versiculi Gr. cum dimidio. 3. Cod. et Ed. Rom. *omne.* 4. Versiculus Gr. vacuus. 5. Cod. *uter persona.* 6. Cod. *inimicus.* 7. Vacat versiculus unus Gr. cum dimidio. 8. Cod. *utquae.* 9. Cod. *mulumentu.* (Leg. puto: *utque ita moderetur* (scil. Tullius), *ne ullo emol.* Os.) 10. Vacuus versiculus Gr. 11. Cod. *quinto* pro *que.* 12. Cod. *protectionem.* 13. Cod. *magi.* 14. Cod. *ferae.* 15. Supple verbum Gr. 16. Cod. *ut non multu.* 17. (Fortasse: *plurimum addit.* Os.) 18. Edd. huic addunt *cum telis.* 19. Cod. *cursum.*

4. Adgressi[1] redarium occidunt.

Quos nunc vulgo muliones dicimus, eos scilicet, qui iumenta vehiculis subiuncta moderantur et regunt, eos veteres, ut[2] animadvertis, redarios dicebant; muliones autem proprie eos, qui negotiationem lucri sui causa in huiusmodi iumentis exercebant: quamvis et in filippicis[3] mulionem Ventidium dixerit eapropter, quod de publico redemerat iumentorum praebitionem, quae esset aput exercitum necessaria[4].

5. Partim recurrere ad raedam[5], ut a tergo adorirentur Milonem[6].

—[7] coacervatur[8] plena sine dubio falsae adseverationis: quippe vult ita praestruere, ut servi nihil imperante domino fecerint[9]. Et considerato statim miram prudentiam, quod ita narrationem summaverit, ut quum dominum crederent interceptum, *fecerunt id servi Milonis:* deinde κατὰ γένος[10] in criminis causa; sed ut factum est, *nec imperante domino nec sciente.* Ibidemque continuo κλέμμα[11] subiunxit, [P. 222.] id est, furtum quoddam invidiosae[12] commemorationis; quoniam consequens erat, ut dicerent[13] „occiderunt inimicum domini sui"; sed cautius multo existimavit ουτος[14] hoc perstringere sic desinendo: „*fecerunt id quod suos quisque servos*"; subtracta re[15], qua reus potuisset onerari.

XI. 1. Haec si, ut exposui, ita gesta sunt, iudices.

Finita narratione subicitur egressio, quam παρέκβασιν Graeci vocant; quae quidem —[16] miserationem conciliat reo, invidiam gravissimam P. Clodio quamvis interempto: hic[17] enim quasi destitutus miser et infeliciter vindicatus, ille quasi grassator et paene tyrannus inducitur.

2. Vi victa vis vel potius oppressa virtute audacia est.

Cautius multo correxit — . . . θως — Nam quum primo iecisset[18] — vim vi[19] esse depulsam, prudentissime statim vim Clodio adscripsit, virtutem Miloni; quoniam virtus emendatae vitae et honesti animi professio est; vis plerumque corporalis est et saepe grassatoribus congruentior.

XII. 1. Numquid igitur aliud in iudicium venit, nisi uter utri insidias fecerit?

---

1. Edd. *adversi*. 2. Cod. *et*. 3. Ita cod. pro *ph*. Lege autem Philipp. XIII. 2. 4. Cod. *necessariam*. 5. Ita heic Cod. cum diphth. 6. Edd. *Milonem adorirentur*. 7. Supple vocabulum Gr. 8. (Cod. *coacerbatur;* unde Maius fecit *coacervatio;* sed praecesserat nomen substant. Graecum, cuius verbum est *coacervatur*. Os.) 9. Cod. *fecerunt*. 10. Supple paucas litteras. 11. Cod. *κλειμμα*. 12 Cod. *invidiosa*. 13. (Fort. *diceret*. Os.) 14. „Cod. videtur habere ουτος." (Hinc Maius facit: οὕτως; parum apte. Os.) 15. Cod. *servosubtracta est*. (Sed in hoc quodvis aliud voc. latet, ac *re*. Fortasse ex usu semigraeci rhetoris: *subtracta αἰτίᾳ, qua* cet. Os.) 16. Supple vocabulum Gr. 17. Ita cod. *hic — ille;* pro *ille — hic*. (Cfr. Scholia ad Plancianam Cap. VIII. 5. Os.) 18. Cod. *iecisset* vel *fecisset* (unde Maius parum probabiliter fecit *dixisset;* scil. *iecisset* (v. c. fundamentum) vel *fecisset* refertur ad seq. voc. Gr. obliteratum. Os.) 19. Cod. *convici*.

5. Vides Ciceronem ab Interprete recenseri inter veteres. Ergo interpretis aetas aliquanto sequior.

[P. 221.] Constituit in medio *κεφάλαιον τοῦ κρινομένου*, summsm | qusestionis brevissime comprehendit — —[1] diducens in utramque personsm coniecturalem disceptationem; qusc dividetur[2] secundum artis orstoriae legem locis duplicstis —[3] id est voluntstis — —[4] *et* facultatis, scilicet per comparationem; quumque sit in arte praeceptum, ut nosmet ipsos ante purgemus, tune[5] adverssrium eriminemur; quod est sntiquius et sine[6] dubio et magis naturale: in hoc orstorie[7] Tullius ante srripit locum voluntatis sd srguendum Clodium, post deinde transgeritur[8] ad defendendum Milonem. Nec istud inconsulte fseit, sed necessario: quippe animsdvertens plus sibi esse[9] fiduciae in illo aecusando, maluit exordium confirmationis ab eo espere; ut in hominem scelerstissimum msgis congruere insidiandi voluptatem[10], et csusss hsbuisse prsecipuss eum potissimum diecret, cui expediret interfici[11] Milonem, ne in praeturs gerenda hsberet inpedimento inimiei sui consulstum.

2. Satis est in illa quidem nefaria belua docere.

[*Desiderantur paginae saltem octo.*]

* * *

XIIII. 1. *Maerentibus vobis urbe cessi.*

[P. 270.] . . . rebus confirmst; et ex eo prsecipue tempore, quo idem Tullius exulare compulsus sit.

2. Quae fuisset igitur iusta causa restituendi mei, nisi fuisset iniusta eiciendi?

— — —[12] Mirs brevitste sb indicsto[13] publico et a sequenti contrsrio colligit, probsturus per vim se civitate[14] depulsum, quum postea meruerit restitutionem.

3. Quem si interficere voluisset, quotiens et quantae[15] occansiones[16] quam praeclarae fuerunt!

— —[17] Opportuniorum temporum prosequitur enumerationem, quibus Miloni facile fsctu[18] esse potuerit interimere P. Clodium; quum et oeeansiones opportunss et eausas honestss haberet; quod tsmen

1. Versicolos vacuos eum dimidio. 2. Ita Cod. 3. Versieulus vacuus. 4. Versiculi prope tres vacui. 5. Ita Cod. pro *tum;* uti etiam in Frontone? 6. Cod. *ue.* (Delendum fortasse *et* ante *sine.* Os.) 7. Cod. *oratione.* 8. Ita cod. nempe *transfertur* pro *transgreditur.* (Correptum potius est ex ipso v. *transgreditur.* Os.) 9. Cod. *ipae;* (in quo *esse* latere non potest. Melius nihil succurrit. Os.) 10. Ita cod. pro *voluntatem*, ut apud Cic. de rep. I. 2. et apud Anonym. in Paneg. Maximiani et Const. cap. 2. Fronto diff. vocab. ait: *voluntas facto gaudet, voluptas fieri capit.* Ergo heic recte scribitur *voluptas.* (Minime vero. Merus est error pro *voluntatem.* Os.) 11. Cod. *interficit.* 12. Tres ferme versiculi Gr. vacui. 13. Cod. *adiudicato.* Contra alibi *ab* pro *ad.* 14. Cod. *civitatem.* 15. Edd. male *quantae quoties.* 16. Archaismus? 17. Duo ferme versiculi vacui. 18. Cod. *factum*, quod ferri forlasse poterat.

16. Hactenus pertinet folium ultimum quaternionis. Quod autem subiungo folium, id pertinet ad quaternionem sequentem, ita quidem ut primum esse nequeat, neque quartum. Ergo defectus est heic paginarum sex in quaternione LIX., duarum autem vel quattuor in sequente.

ipsum quum facere noluerit, procul dubio veri simile non sit, ut hoc inportune adgressus sit.

5. P. Sextio collega suo volnerato.

Hae cruentissimae *dimica*tiones[1] fuerunt per eos dies, quibus actum est de restitutione Ciceronis.

XV. 1. P. Lentulus restitutor salutis meae.

De Lentulo Spinthere loquitur, qui et ante consulatum amicissimus Ciceroni fuit. Hoc declarat ipse Tullius in epistula, quam ad[2] eundem [P. 269.] Lentulum scribit[3]: „quia[4] ‖ non solum temporibus his, „quae per te se sum adeptus, sed iam olim nascenti prope nostrae[5] laudi dignitatique favisti". In Albanum Lentulus idem pro Cicerone contenderat ad Pompeium deprecandum, qui nimis alienatus a protegendo Tullio videbatur.

2. Septem praetores, octo tribuni plebis.

Praetorum e[6] numero unus defuit Appius Claudius, tribunorum e numero Q. Numerius et Atilius Serranus; qui restitutioni Ciceronis adversati esse traduntur.

3. Quum *in* Cn. Pompeium pro Milone dicentem impetus factus est.

Id tempus et hic significatur, quo Miloni diem dixit P. Clodius, quod gladiatores adhibuisset, ut rogationem posset de Cicerone perferre.

4. Nuper vero quum M. Antonius.

Hoc quoque inter facultates opportuniores enumerat, quas quum habuerit Milo, abstinuerit tamen caede faciunda. Sed de M. Antonio quod ait, et in Filippicis secunda oratione hoc idem contestatur his ut opinor verbis: „quidnam homines putarent, si tum occisus[7] esset, „quum tu illum in foro, inspectante populo Romano, gladio[8] insecutus es, negotiumque transegisses, nisi ille in scalas tabernae librariae se con‖*iecisset*". . . . .

[*Desiderantur paginae quattuor vel octo.*]

* * *

XVII. 1. *Sed subito ei esse nuntiatum Cyrum architectum esse mortuum.*

---

1. Cod. *cruentissimetiones*. 2. Cod. *in*. 3. Cod. *scribens*. 4. Edd. *qui*. 5. Cod. *nostri*. 6. Addo *e*, quia sic scribitur infra. 7. Cod. *occisum*. 8. Edd. *gladio stricto*.

11. Epist. ad Fam. I. 7. §. 5. (§. 8. Or.)
17. De Appio praetore testis Dio XXXIX. 6., de tribunis duobus Cicero pro Sestio XXXIII. et XXXVIII.
20. Sic loquitur Cicero ad Q. Fratrem Ep. lib. I. 2. §. 9. *si diem nobis Clodius dixerit*. Est tamen illa epistula scripta ante exilium.
21. Cicero de Off. II. 17.
25. Cap. VIIII.

. . . progressus existimetur, quam ut hereditatis causa in urbem properaverit, de qua sibi relicta et olim comperisset et nihil ex ea, si remoraretur, amitteret.

XVIII. 1 Scitis fuisse, qui in hac[1] rogatione suadenda[2] diceret[3], Milonis manu caedem esse factam, consilio vero[5] maioris alicuius.

Interrupit exsecutionis cursum facta —[4] propter suam personam, de qua infamiam severant, quasi auctor et consiliarius Miloni fuisset in necem Clodii. Hoc brevissime purgat, si constet non in via futurum, sed magis in Albano fuisse mansurum.

2. Nam occurrit illud: igitur ne Clodius quidem de insidiis cogitavit, quoniam fuit in Albano mansurus.

Invigilat partibus coniecturae duplicis, ne quid ex hoc adversarii promoverent, quod mansurus in Albano Clodius nullam caedis adgrediendae voluntatem praesumpsisse videri poterat. Ibidemque fit incidens statim —[5] *de* adventante potius Milone quam de Cyro nuntiatum. Et hoc ratiocinationibus validis inplet subnectens ad hunc modum: „nam quid de Cyro nuntiaret?" hoc ratiocinationibus. „Quem Clodius [P. 263.] reliquerat morientem"; hoc necesse est. Intra nudam propositionem adiecit suum testimonium, qui testamentum Cyri signaverat. Et posset adversariis esse[6] alia responsio, ut allegarent, etsi certissimus de morte[7] Cyri et de facto testamento cavisset; adiecit orator sollertissimus: „testamentum palam fecerat, et illum heredem et me scripserat"; quibus vincenter posuit: confugit ad temporis qualitatem, quod hora decuma nuntiatum sit, quae opportunior esset[8] magis caedi quam profectioni.

XVIIII. 1. Primum nihil erat cur properato opus esset.

Verbum hoc properandi non sum nescius aput quosdam indifferenter accipi, ac solere unum videri festinare et properare[9]. Visum est igitur mihi[10] propter eos, quibus aliquod studium proprie[11] loquendi est, auctore ipso M. Catone haec verba distinguere: quippe aliut esse properare, aliut festinare, ipse nos, ut dicebam, Cato docuit in oratione, quae inscribitur DE VIRTUTE SUA CONTRA THERMUM. Eius igitur verba ponamus, qui sic ait: NAM ALIUT[12] PROPERARE, ALIUT FESTINARE. QUI UNUM QUODQUE[13] MATURE[14] TRANSIGIT, PROPE‖RAT; QUI MULTA SIMUL INCIPIT NEQUE PERFICIT, FESTINAT.

---

1. Cod. *scitis non sequi in hoc*. 2. Cod. *suodendo*. 3. Edd. *dicerent*. 4. Supple vocabulum Gr. 5. Versiculus Gr. cum dimidio vacuus. 6. Cod. *esset*. 7. Cod. *mortem*. (Seqq. quoque corrupta. Sententia haec fere requiritur: *ut allegarent: „etsi certissimus de morte Cyri, de facto testamento cavit": sed adiecit* cet. Or.) 8. Cod. *essed*. 9 Additur heic in codice mendose *propellare*. 10. Cod. *mibi*. 11. Cod. *proprio*. 12. Gell. et Non. *aliud est*. Sed Festus conspirat cum Scholiaste. 13. Gell. et Non. *unum quid*. Sed Festus rursus conspirat cum Scholiaste. Atque ex hoc tenuissimo exemplo licet cogitare de duabus Coloniensium codicum familiis. 14. Cod. *maturae*.

37. Locum complent Gellius XVI. 14., Nonius voc. *festinare*, et denique Festus voc. *properare*. Et Gellius quidem ac Nonius titulum dicunt tantummodo

[*Desiderantur paginae saltem XVIII.*]

* * *

[Q. LXII. P. 130.] XXXVII. 1. *Vos, vos appello, fortissimi* viri.

(Ἀποστροφή) in ipsos circumstantes[1] milites facta est, ut, qui maximo terrori erant, idem nunc in favorem Milonis provocentur, volentes esse sine dubio iusta praemia fortitudini.

2. Quid respondebo liberis meis? quid tibi, Quinte frater?

—[2] Opportunissime fortunam Milonis per totam domum suam familiamque communicat, ut congregata per multos miseratio magis commoveat adfectus. Frater autem Ciceronis Q. Tullius legatione tunc in Gallia aput exercitum Caesaris fungebatur.

2. Quid me reducem[3] esse voluistis?

Exilium quoddam[4] sibi praerogatum videri vult, quum relegatio Milonis immineat, a quo separari nihil aliut sibi, quam poenam contestatur esse graviorem.

XXXVIII. 1. Utinam di inmortales fecissent! pace tua, patria, dixerim.

— —[5] elegantissime[6] declinavit invidiam, dicturus, ut sibi videbatur, id, quod esset inprosperum rei p., si Clodius viveret. Nec magis veritus est hoc dicere, quam prospexit illud futurum pro Milone, si intrr extremas calamitates eum civem referret, cuius interitus [P. 129.] felicitati publice[7] iudicetur.

2. Vos oro obtestorque, iudices, ut in sententiis ferundis quod sentiatis, id audeatis[8].

Destinurus[9] orator ibi finem posuit, ubi maxime necessarium videbatur, ne iudices in pronuntiando Pompeium timerent, quem praesentem vereutur[10].

PRO MILONE

EXPLICIT.

---

1. Cod. *circumstantem.* 2. Supple unam voc. Gr. 3. Cod. *mercedem.* 4. (Fortasse *quodam modo.* Ox.) 5. Versiculus cum dimidio vacuus. 6. Cod. *inelegantissime.* 7. Ita Cod. 8. Cod. *audeatis.* 9. (Leg. *Desiturus.* Ox.) 10. Fortasse *verebantur.* Ox.

de suis virtutibus (nam Festus auctorem titulumque hoc loco silet); verumtamen Festus alibi non semel Catonis orationem laudat *de suis virtutibus contra Thermum.* Aliter Fronto Diff. voc. — Desideratur universus quaternio LXI.; tum et paginae saltem duae praecedentis quaternionis.

12. Scilicet ipse Caesar Bell. Gall. VII. 1. ait se cognovisse de Clodii caede, quum ad conventus agendos proficisceretur. Iam Q. Ciceronem per id tempus apud Caesarem legati munere fungentem cognoscimus certe ex Dione XL. 9.

30. Vocabulum *explicit* non legitur, quia coloratus sucus evanuit.

AD CICERONIS ORATIONEM

PRO SESTIO

COMMENTARIUS ANTIQUUS INEDITUS.

EDITORIS MONITUM.

Ad orationem Tullii pro Sestio nullae extant veterum hominum commentationes: quo fit pretiosior commentarius hic Vaticanus; praesertim quia prolixitate etiam et eruditione non mediocri se commendat. Neque tamen fieri poterat, ut lacunis careret opus, quod e palimpsesto protrahitur. Quaterniones supersunt tres; quorum in primo desiderantur paginae quattuor; in secundo sex: tertius integer est. Conspectum membranarum tabella subiecta exhibet.

Q. LXII. p.	130.	129 ◡ 140.	139.	
	136.	135 ◡ 134.	133.	
	. . . . .	◡		
	161.	163 ◡ 170.	169.	
Q. LXIII.	54.	53 ◡ 56.	55.	
	48.	47 ◡		
	52.	51 ◡		
	50.	49 ◡		
Q. LXIIII.	34.	33 ◡ 44.	43.	
	32.	31 ◡ 46.	45.	
	42.	41 ◡ 36.	35.	
	40.	39 ◡ 38.	37.	

ARGUMENTUM.

[P. 129.] [1] *P. Sestius*, amicissimus *familiarissimusque Ciceronis fuit in col*legio tribunorum p., qui fuerunt P. Lentulo Spinthere, Quinto Metello Nepote cos. Obstinate [2] igitur et iis sese dediderat in consensum partis eius, qui dignitatem suam M. Tullio restituere gestiebant. Sed enim

---

1. More solito tres primi versus scripti fuerant sueo colorio nunc valde evanido; legitur tamen vocabulum *amicissimus;* quin et alia adhuc fere leguntur. 2. Cod. *obstinatue.*

27. Confer Pighium ad hunc annum.

P. Clodio repugnante et conspiratam[1] seditiose multitudinem[2] congregante, ne quis isti ad revocandum Ciceronem daretur effectus, ad dimicationem usque processum est; ut P. Sestius[3] gravissime et paene [P. 136.] letaliter[4] volneratus necessario cogeretur etiam ipse armatorum manum gladiatoriam, quod Milo iam fecerat, adhibere, praesidii scilicet gratia: sic enim potuit effici, ut actionem[5], quam pro Tullio instituerat, obtineret. Postquam tamen Cicero ab exilio rediit, accusare de vi[6] P. Clodius Sestium coepit immisso velut principe delationis P. Albinovano et testimonium dicente P. Vatinio; ut hoc praecipue crimini daret, quod supergressus civilem modum rogationem suam non aequitate persuaserit, sed armis obtinuerit. Cui opponitur[7] huiusmodi a Cicerone defensio[8] per qualitatem speciei[9] duplicis — —[10]. Nam relativum hoc erit, iuste et merito habuisse armatorum praesidia P. Sestium, ut Clodianos impetus ab illa dimicatione, quam facere coeperat, submoveret. Illud vero ad compensationem refertur, pro bona causa et rei p. necessaria, etiam si armatos habuerit, inpunitum esse debere, quum bene meritum de salute patriae civem restitui vellet omnium favente consensu. Hanc igitur eandem causam plurimi defen- [P. 225.] derunt; in quis[11] fuit Q. Hortensius, M. Crassus, | L. Licinius Calvus, partibus inter se distributis, quas in agendo tuerentur. Itaque Tullius ea peroravit, quae sibi fuerant explicanda: nec, ut plerique arbitrati sunt, extra causam vagatus est: quamvis enim sciamus —[12] multa Ciceronem vel iratum vel dolentem de passionibus suis ultra paene quam res posceret[13] exaggerare solitum, tamen, quod hic prolixa quadam turbulentissimi temporis descriptione[14] multum voluminis[15] occupat, non mediocriter videtur ad praesens negotium pertinere. Ostendendae sunt enim P. Clodii seditiosae turbulentaeque[16] illius temporis actiones et[17] iniuriae, quas ipse Cicero perpessus[18], et utilitates, quas in illius restitutione[19] patria consecuta sit: ut recte ac necessario P. Sestius armatos habuisse videatur, propterea sit maxime praesentis criminis invidia liberandus. Multa quidem in orationis cursu praetermittemus, quae propter similitudinem causae in commentario proxumae orationis ostendimus. Ergo ne exspectaveris, ut sicubi inciderit, eadem rursus iteremus.

---

1. Cod. *conspirata*. 2. Cod. *multitudina*. 3. In cod. plerumque *Sestius* cum *e*; interdum vero cum *x*. 4. Cod. *laetaliter*. 5. Cod. *actionr*. On. 6. Cod. *vis*. 7. Cod. *opponetur*. On. 8. In cod. additur *C* littera singularis. 9. Cod. *species*. 10. Versiculi prope duo vacui verbisque Graecis replendi. 11. Ita cod. pro *queis* vel *quibus*. 12. Versiculus ferme vacuus. 13. Cod. *poceret*. 14. Cod. *descriptionem*. 15. Cod. *columnis*. 16. Cod. *qus*. 17. Cod. *ed*. 18. Cod. *parpessus*. 19. Cod. *restitutionre*.

5. Recole comm. ad Mil. C. XVI. 3.

33. Proxima quidem Sestianae Miloniana oratio est in codice. Nam in qua pagina haec desinit, illa incipit.

34. Perfactum est prohoemium hoc: nam relinquitur in pagina vacuum spatium. Incipiebat autem in sequente pagina commentarius; sed folium unum praetermissum fuit olim in rescribendo codice; ideoque commentarius evasit acephalus.

COMMENTARIUS.

* * *

[*Desiderantur paginae duae.*]

II. 1. *Sed quoniam singulis criminibus ceteri responderunt.*

[P. 164.] . . . . facere quam separatim sibi depoposcerat exsequendam. Quippe si responsioni criminum ab iis, qui ante egerant, satis factum est, non tamen voluit ea, quae remota essent in negotio dicere[1]; quamquam[2] illa[3] noluit, de quibus alii perorasse iam videbantur, iterare.

III. 1. Reliquis honoribus non tam uti voluit quam dignus videri.

—[4] Ad commendationem personae proficiens narratiuncula subtiliter adquirit personae quod deesse[5] videbatur. Nam *quia* P. Sestii pater ad tribunatum usque processerat, ne videretur indignus ceteris honoribus fuisse, non tam uti voluit, inquit, quam dignus videri; ut *sit* summae continentiae virtutisque quod meruit.

2. L.[6] Scipionis filiam.

L. iste Scipio, de quo loquitur, fuit in consulatu C. Norbano collega. Uterque autem pro partibus C. Marii et Cn. Carbonis contra Syllam fecerant[7]: verum post bellum civile per conloquium fraudulentum desertus est ab exercitu suo L. Scipio, quum milites ad Syllam deficerent. Idemque postea in exilio Massiliensi aut apud Stoechadas[8] insulas supremum vitae diem functus est.

[P. 163.] 3. Quam multa P. Sestius, quum esset cum collega meo, senserit, ad me detulerit[9].

Subamare loquitur de collega suo Antonio: et sane visus est non caruisse suspicione[10] coniurationis. Ergo inter merita P. Sestii et hoc ponit, quod, quum quaestor eius[11] esset, multa sibi de eius cogitationibus nuntiaverit.

---

1. An: *non tamen noluit ea, quae remota essent a negotio, dicere?* ut et e confusa videmus etiam in Schol. ad *Archianam* 3, 2. Or. 2. Cod. *quam*, quod si retines, scribe superius *tam* pro *tamen*. 3. Cod. *illam*. 4. Supple unum vocab. Gr. 5. Cod. *quod esse*. 6. Edd. *Caii*: qui error coarguitur etiam a Fastis consularibus, ubi scribitur *Lucius*. 7. An *steterant?* Or. 8. Cod. *Eochadae*. 9. Hic Tullii locus aliter se habet in edd. 10. Cod. *suspicionem*, quod librarii mendum existimo; quamquam aliquando *careo* regit quartum casum. 11. Dicendum erat *Antonii*.

21. Scipionis haec calamitas bello Sullano nota erat ex Livio LXXXV.; Appiano Bell. civ. I. 85.; Velleio II. 25. Plutarcho in Sulla XXVIII. et in Sertorio VI. aliisque ut puto auctoribus. Veruntamen L. Cornelium Scipionem Asiaticum Sestii socerum ignoravit hoc Ciceronis loco Gruterus, qui etiam *Caium* maluit scribere quam *Lucium*, invitis aliis aliquot editoribus; idque mendum *Caius* pro *Lucius* obsidet praestantes etiam editiones Verburgianam et Graevianam. Iam hunc Scipionem consenuisse exulem apud Massiliam innuit quidem Cicero; sed Vaticanus scholiastes multo accuratius rem nos edocet.

IIII. 1. Ut iam puerilis tua vox possit aliquid significare.

Opportunissima haec apostrophe[1] ad P. Sestii filium, quo magis causam faceret gratiosam, accedente etiam commendatione puerili, quae in *eo* bonam[2] spem de pietatis officiis auspicetur. *Καὶ μετὰ ἀτειδείας*[3] denuntiat inesse illi talia virtutis insignia, ut possit reatus paterni ultor existere.

V. 1. Qui[4] extremis diebus consulatus mei res eas, quas gesseram, vexare cupiebant.

Tribunos pl. L. Bestiam et Q. Metellum Nepotem significat, contra[5] quos illi de rebus consulatus sui habita decertatio est.

2. Quos stimulos admoverit homini studioso fortasse[6] victoriae.

Notissimum est in historiis C. Antonium exercitui praepositum, qui contra Catilinam duceretur. Et eleganter hoc omne victoriae meri-[P. 170.] tum derivat in P. Sestium quaestorem, quasi eius incitamento factum sit, ut Antonius † parceret[7]. Subdidit *μετὰ κολακίας*[8] h o m i n i s t u d i o s o f o r t a s s e v i c t o r i a e[9]. Nam f o r t a s s e dubitativum est. Ita et dicendo studiosum victoriae Antonium pepercit; et dubitando laceravit.

3. Adiutor[10] ei.

Hic eodem bello Antonii legatus fuit, quem praemiserat cum exercitu[11] ad edendam dimicationem; quum ipse consul retardari pedum valetudine videretur, re autem vera hostibus congredi nollet.

4. Cuius ego nuper in Macedonia vidi vestigia.

Eo tempore scilicet, quo exul Thessalonicae demoratus est.

VI. 1. In quo colligendo ac reficienda salute.

Aptissimis verbis et congruentibus, quoniam „naufragium" dixerat, custodivit sequentiam; quod ipsum nobis in omnia[12] . . . *ρικὰ* servandum est.

VII. 1. Vel, ut ego arbitror, exoratus; vel, ut non nemo putabat, iratus.

Prudenter —[13] non vult exerte conqueri de C. Caesare[14]; et tamen querellam[15] sapit ipsa dubitatio.

---

1. Cod. *postrofe.* 2. Cod. *in bonae.* 3. Ita evidenter habet codex, et quidem per atramentum non per colorinum sucum. Videtur autem mendosum vocabulum. 4. Edd. *qui tum.* 5. Cod. *contrā.* 6. Edd. *fortassis.* 7. Sic (*parceret*) Cod. Maius substituit *vinceret*, falsa omnino sententia, quae requirit *certaret*, *dimicaret*, vel simile aliquod verbum. Sed fortasse nonnulla exciderunt veluti: „*ut Antonius* a r m a c a p e r e t. H u i c u t *parceret*, *subdidit* est. Or. 8. Leguntur haec vocabula in suco languidulo. 9. Cod. *victariam.* 10. Cod. *semper* pro *adiutor.* 11. Cod. *exercitum.* 12. Malim *ad omnia.* (Fortasse: *in omni ἀλληγορίᾳ servandum est.* Or.) 13. Versiculus Graecus ut supra oblitteratus. 14. Cod. *Caesarem.* 15. Cod. *quaerellam.*

21. *Hic* refertur ad *ei*, id est, ad Petreium legatum.

2. Fraternis flagitiis, sororiis stupris[1].

Et Appius Claudius maior natu infamis in eundem Clodium fuerat; [P. 169.] et soror Clodia, ut saepe iam|diximus.

3. Quid dicam consules? hocne ut ego nomine appellem?

—[2] De Gabinio et Pisone, magis eos rei p. hostes quam consules iudicando; quoniam haec dignitas plus animo quam habitu censeatur.

VIII. 1. Alter unguentis affluens[3].

—[4] Summa cum stomachi acerbitate proscindit mores Gabinii —[5] quodam, ut liniamentis omnibus inpudicitiae denotetur.

2. Vexatores aetatulae suae.

—[6] naus est, teneriorem volens ostendere pueritiam, quo magis ad stupra vendibilior videretur.

3. Puteali et faeneratorum gregibus[7] inflatus; a quibus conpulsus[8] olim, ne in Scyllaeo illo aeris alieni tamquam[9] in freto[10] ad columnam adhaeresceret, in tribunatus portum perfugerat[11].

Non est in hoc mediocris obscuritas —[12]. Dicit factum Gabinium superbiorem illo praecipue, quod esset aere alieno defaeneratus. Et utitur ambiguis locorum nominibus: nam Puteal vocabatur locus in vicinia[13] fori, ubi erat columna etiam Menia, apud quam debitores a creditoribus proscribebantur. Scimus praeterea columnam || . . . .

[*Desiderantur paginae duae.*]

* * *

[P. 134.] X. 1. . . . . *il*los magis rei p. quam sapientes praeesse debere.

2. Eos autem, qui dicerent dignitati serviendum.

Δόγμα[14] hoc Stoicorum est et Platonicorum dissentiens ab Epicuri auctoritate.

3. Ut si gladium parvo puero.

— —[15] imperitos administrandi consulatus omne hoc officium suae

---

1. Cod. *sororis stupriis.* 2. Supple verbum Gr. 3. Cod. *afluens.* Ita semper cum unica *f* scribitur in antiquis codd. 4. Supple duo Graeca verba. 5. Supplendum est Graecum aliquod substantivum, ad quod referatur *quodam.* 6. Supple unum aut alterum verbum Gr. 7. Cod. *gruegibus* 8. Ita cod. cum aliis antiquis mss. At in edd. male *perculsus.* 9. *Tamquam* perperam deest in edd. 10. Egregie noster codex; nam editiones mendose habent, *atque perculsus olim ne scyllaeo illo aeris alieni in freto.* 11. Cod. *perfugeret.* 12. Supple duos propr versus Gr. 13. Cod. *vicinea.* 14 Legitur in cod. hoc verbum Gr. 15. Versiculus Gr. cum dimid.

21. Heic interpres vel narraverat columnae Maeniae satis notam tritamque apud Romanos antiquissimos historiam; vel potius dixerat, columnam quoque appellari scopulum in freto.

28. Hac super re scripsi ad Cicer. de Rep. I. 5.

potestatis in rei p.[1] perniciem convertisse: quamvis nihil ipsos habentes virtutis, tamen ad nocendum praecipue iure subnixos.

XII. 1. Pro uno cive et bonos omnes et universum senatum mutasse vestem.

— —[2] quidem videtur illorum temporum memoriam recensere; sed plurimum ad praesentem defensionem P. Sestii valet: quippe si omnes ordines statim post expulsum Ciceronem de eius reditu laborarunt, non tantum excusatione, sed laude[3] dignus videbitur Sestius[4], qui praesidiis, quibuscunque posset, enisus sit, ut P. Clodii conspiratio vinceretur.

2. Si dixisset hoc solum.

— μα[5]. In quo vel sola verba criminosa essent, in eodem multo[6] scelestiora videri facta debebunt. Et notabiliter media verbi parte [P. 133.] subtracta non implevit omnibus syllabis „dixisset" sed „dixet"[7].

XIII. 1. Quod ausus esset pro cive, pro bene merito cive[8], pro amico, pro rep.[9] deprecari.

Insigniter et βιαίως[10] hanc —[11] σιν determinavit, gradatim procedentibus argumentis, ita tamen, ut preces[12] Lucii huius Lamiae[13] sic patrocinari voluerint Ciceroni, ut magis pro rep. laboraret.

2. Nihil acerbius socii et[14] Latini ferre soliti sunt, quam se[15] ex urbe exire a consulibus iuberi.

Huiusmodi leges ferri dicebantur de civibus redigendis; qualem tulerat L. Licinius Crassus et Q. Mucius Scaevola, ut redire socii et Latini in civitates suas iuberentur. —[16] Probat asperiorem multo poenam Romanis equitibus[17] rogatam, ut eiicerentur sua urbe, quum hoc aegerrume pati etiam[18] Latini soleant in sua oppida reversuri.

3. Vereor ne quis vestrum forte miretur, quid haec mea oratio tam longa aut tam alte repetita[19] velit.

—[20] Quippe et multa iam dixit, et plura dicturus est. Intercurrens ergo correctio sanat obtrectationem[21], ut ratio magis defensionis, quam loquacitas existimetur.

[P. 140.] XVII. 1. Non verebar ne quis aut vim vi depulsam reprehenderet aut perditorum civium mortem derideret[22].

1. Cod. *rep.* 2. Supple duo Graeca verba. 3. Cod. *laudee.* 4. Cod. *Estius.* 5. Versiculus Gr. cum dimidio vacuus. 6. Cod. *multa.* 7. Ergo in textu scribendum erat *dixet*, non *dixisset*, ut habet ipse codex. Et notemus hanc syncopen inauditam Tullianam. 8. Edd. male *eius* utrobique. 9. Ita cod. hic et raro alibi *rep.* At frequentius *re. p.*; quae varietas in codice quoque Ciceroniani operis de re publica est. 10. Ita cod. per atramentum. 11. Verbum Gr. 12. Cod. *praeces*, ut alibi. 13. Cod. *Lame.* 14. In edd. male deest *et.* 15. *Se* desideratur in edd. 16. Versiculi duo Gr. 17. Cod. *aequitibus.* 18. Cod. *patientiam.* 19. Cod. *longam aut tam alte raepetita.* 20. Versiculus Gr. 21. Cod. *obtrectatione.* 22. Edd. melius *maereret.*

23. Rem accurate narrat Asconius ad I. Cornel. Significat etiam Cicero de Off. III. 11. Ignorarunt tamen Manutius atque Abramius, qui in scholiis suis ad Sestianam de aliis temporibus legibusque cogitaverunt.

Mire sub commemoratione temporis sui defendit[1] etiam causam P. Sestii, qui videtur similia fecisse. Et[2] proficit —[3] ut licuisse videatur vim vi repellere.

2. C. Caesar, qui a me nullo meo merito alienus esse debebat, inimicissimus meae saluti ab eodem dicebatur.

Haec omnia latentes querellae sunt de *Pompeio*, *Crasso*[4] et Caesare, quos non ambigitur partim manifestius partim vero occultius id egisse, ut urbe[5] Tullius eiiceretur. Sed *enim* —[6] quoniam viri potentes sunt, non audet exertius queri[7]; sed ipsum Clodium alia de illis iactitasse confingit, ut quod[8] ex sua persona haberet offensam, sub aliena moderatius delitiscat[9].

3. Unum habere exercitum.

C. Caesarem, de quo iam dictum est.

XVIII. 1. Me vero non illius oratio, sed eorum taciturnitas movebat[10], in quos illa oratio conferebatur.

(*Σημαίνει*) quid de Pompeio et Crasso et Caesare sentiat; nam si hanc P. Clodii adseverationem non refutarunt, sine dubio auctores [P. 139.] se fuisse ad exterminandum patria Ciceronem vel ipsa taciturnitate confessi sunt.

2. Acta prioris anni labefactari a praetoribus.

De actis loquitur, quae habuit in consulatu C. Caesar inauspicato, ut videbatur: qua de re adversus eum egerant in senatu C. Memmius et L. Domitius praetores, et ipsius Caesaris orationes contra hos extant, *quibus* et sua acta defendit, et illos insectatur. Dat[11] ergo causam C. Caesaris, ut videatur ea propter et Clodio tribuno et consulibus Pisoni et Gabinio in perniciem M. Tullii consensisse, ut ea, quae in consulatu gesserat, permanerent.

XVIIII. 1. Intenta signa legionum existimari cervicibus vestris; falso, sed putari tamen.

---

1. Cod. *defendi*. 2. Cod. *fecisset*. 3. Versiculus Gr. 4. In codice *quaeso et Caesare*, praetermissis aliquot vocabulis a socorde amanuensi. 5. Cod. *urbem*. 6. Verbum Gr. oblit. 7. Cod. *quaerii*. 8. Cod. *confingitur*, *quod*. Maius hinc fecit: *confingitur*, *ut quod*. Scrib. *erat confingit*, *ut quod*. Os. 9. Ita cod. Et sic apud Frontonem legitur ed. Rom. p. 94. 10. Edd. *movit*. 11. Ita cod. Mai. Lego: *dat ergo causam C. Caesari*.

8. Lege Dionem XXXVIII. 15., et Plutarchum in Cicerone cap. XXX. sqq.
16. De Crasso Ciceronem oppugnante videsis Plutarchum loc. cit.
17. Nempe quod illi triumviri Clodio faverent contra Ciceronem.
23. Harum (quas tres fuisse dicit noster interpres comm. ad Vatinianam cap. VI. 5.) Caesaris orationum nullam fieri mentionem video sive a Fabricio, sive ab iis, qui Caesaris fragmenta collegerunt. Sed en commodissimum Suetonii in Iulii Caes. vita cap. XXIII. testimonium: *functus consulatu, C. Memmio Lucioque Domitio praetoribus de superioris anni actis referentibus, cognitionem senatui detulit: nec illo suscipiente, triduoque per irritas altercationes* (en Caesaris orationes) *absumpto, in provinciam abiit.* De Domitio accusatore eadem narrat Suetonius etiam in Nerone cap. II.

Consultissimo temperamento et[1] C. Caesarem perstringit invidia[2], et tamen nihil accusat exerte. Haec enim —[3] qua dicit multos sic opinatos, ostendit verum fuisse; et medetur sibi, ne offendat, dum adiicit falso quosdam locutos. Sic nec omittit acerbitatem et honorem personae debitum servat.

2. Quum quidam[4] in contione dixisset.

Videtur istic vel ipsum Pisonem vel, quod ab aliis proditum est, Gabinium significare.

XX. 1. Te, te, patria, testor, et vos, penates patriique dii[5]. — — ||

[Q. LXIII. P. 54.] Etiam ex hoc laudem discessui suo et gloriam veluti denuo conservatae rei p. tentat adsciscere, quod maluerit urbe decedere, quam dimicationis obire fortunam. Quanta[6] haec igitur vis oratoria est, ut exilium quoque magis virtutis eius quam poenae fuerit!

XXI. 1. Ut alii dicerent animos hominum *sensus*que[7] morte restingui; alii autem tum mentes maxime sapientium ac fortium virorum, quum e[8] corpore excessissent, sentire ac vigere.

Plenissime tractantur haec et ab ipso Cicerone in primo disputationum Tusculanarum, in quo de morte disseritur; et a Platone vel maxime in dialogo (Φαίδων ἢ περὶ ψυχῆς[9]), ubi copiosissime moriturus disputat Socrates, non illum interitum sui, sed animae potius esse discessum, quae[10] scilicet ad divinitatis suae originem referretur. Verum tamen plerique philosophorum[11], qui dissoluta hac veluti harmonia corporis animique dicerent omne istud, quod in nobis concretum esset, extingui: quidam tamen statim cum ipso corpore, alii vero interiecto quodam temporis spatio, animae quoque obitum futurum, quamvis [P. 53.] corpori supervixerit.

---

1. Cod. *ut*. 2. Cod. *invidiam*. 3. Verbum Gr. oblitt. 4. Edd. *quidem*. 5. Duo versiculi Gr. oblitt. 6. Cod. *quantum*. 7. Cod. *quas* pro *sensusque*. 8. Cod. *eo*. 9. Tot fere litteras spatio vacuo quadrant. 10. Cod. *quu*. 11. Cod. *filosoforum*, ut alibi.

13. Ita in Cod. evidenter *urbe decedere*. Et sic ego olim edideram etiam ad Planc. XXXV. 1., uti schedae quoque meae habent. Sed quia cl. Peyronius aiebat se ibi legisse in cod. *secedere*, idcirco lectionem postea immutavi. Nunc rursus in codice lego *de* pro *se*. Quare denuo de mea illa lectione tuenda cogito.

15. Interpretem Vaticanum videri rhetorem quemdam, qui in gratiam discipulorum atque ob oratoria praecepta tradenda hos commentarios ad Tullii orationes concinnaverit, iam alibi dixi.

29. Quae semel scripsi, non soleo equidem repetere; verumtamen ut in re gravi, et quae capitale pondus ad hominum regendos mores (cui rei semper invigilare debemus) adfert; liceat lectoribus revocare in memoriam illa fere, quae dixi in scholiis ad Frontonem de nep. am. atque ad Cicer. de Rep. VI. 7. Pro animorum scilicet immortalitate pugnant Cicero de Sen. XXI. seqq. Tusc. I. 15. 16.: et lib Hortens. fragm. fin. et de Rep. lib. VI. Praeterea Tacitus Agric. XLVI.; Sallust. Iug. II Macrob. ad Somn. I. 14.; Plutarch. contra Colot.; Lactant. Inst. VII. 8. seqq.; Augustin. Epist. CIV. Euseb. Praep. ev. I. 4. XI.

2. Mortem, quam etiam virgines Athenis regis Erectae[1] filiae contempsisse dicuntur.

—[2] Gloriosam quandam facit animi sui professionem, quod non tantum exilium, verum etiam mortem potuerit habere contemptui, quam virgines etiam viriliter despexisse[3] tradantur. Fuit autem rex antiquissimus Atheniensium Erechtheus[4] non longe a principalibus, qui in[5] eadem civitate regnaverant: nam primus omnium fuit Cecrops; deiu Cranaus; tertio Amphictyon; post hunc Erichthonius; qui feruntur ex terra editi[6]; item Pandion; et hic, de quo Cicero mentionem facit, Erechtheus[7], cuius filiae virgines, quum gravi bello Athenae[8] oppugnarentur nec ulla spes salutis ostenderetur, sumptis infulis[9] ad aram steterunt: nam ita responsum erat, ut salus patriae iam desperata hoc genere piaculi compararetur. Auctor est exempli Varro libro humanarum secundo.

3. Eius civitatis essem, ex qua C.[10] Mucius.

Iam supra mihi enarrata memini exempla Deciorum patris et filii, [P. 48.] qui ambo se pro exercitus Romani salute voverunt. Et de C. Mucio Cordo non ignobilis historia est, qui solus adulescens vigore animi strenuissimus, quum Porsennam[11] Etruscorum regem vellet occidere, deceptus similitudine habitus purpuratum eius occidit, comprehensusque[12] virtutis miraculo dimissus est.

4. Patrem huius M. Crassi fortissimum virum.

De P. Crasso dicit, qui victoribus L. Cinna et C. Mario proscriptus, quum ad mortem quaereretur, sua se dextera interfecit; vir inlustris et qui de Hispania triumphaverat[13].

1. Ita cod. *Erectae;* mox tamen aliter in commentario. 2. Versiculus Gr. vacous. 3. Cod. *despexeee.* 4. Cod. *Recthaeus.* 5. Cod. *quin.* 6. Cod. *edi.* 7. Nunc denique bene scribit nomen hoc interpres. 8. Cod. *Athenaeo.* 9. Cod. *intulis.* 10. Edd. Q 11. Cod. *Porsinnam.* 12. Cod. *compresneque;* rustica scilicet pronunciatione, uti nunc usu venit apud Italos. 13. Cod. *triumfaverat.*

27. 28. Haec fere tunc testimonia scripsi. Sed alia innumera addi possunt, quae quidem Christianus veritatisque studiosus homo insigni cum fructo inveniet apud Wyttenbachium in tractatu de animorum immortalitate Opusc. T. II. p. 495—663. Neque leve est argumentum, quod Aegyptiae quoque papyri nostra aetate tota Europa diffusae suppeditant, in quibus plerisque iudicia animarum praemiis aut poenis post obitum corporis adficiendarum depinguntur. Gentis autem Aegyptiae, cuius sapientiam biblia ipsa divina celebrant, apud quam incunabula litterarum et artium fuerunt, haud levis equidem auctoritas est. Dixi Aegyptios non praemia solum, sed poenas quoque post obitum animabus pro vario merito decernere solitos; idque animadversione praecipua dignum est. Nam delicati philosophi, quos inter nonnulli, qui hodie scribunt, in praemiis non contradicunt; poenas autem pro sua mollitie sive, ut aiunt, humanitate absurde respuunt.

5. Series haec Atheniensium regum conspirat plane cum Eusebiana Chron. lib. I. 30.

14. Deperditi huius operis libri XXIV. fuerunt, teste Augustino de Civ. D. VI. 3., qui et horum argumenta scribit. Utrum autem hos libros Fr. Petrarcha puer legerit necne, disputavi in praef. ad Cic. de Rep. cap. VII. Erechthei filiarum fabulam plurimi narrant. Instar omnium Hyginus Fab. XLVI.

16. Est hic in amissis Scholiastae locus.

24. Ita Cicero de Orat. III. 3. Sed Appianus Bell. civ. I. 72. ait hunc Crassum, quum ad necem cum filio a Cinnanis quaereretur, filium antea occidisse,

XXII. 1. Bis rem p. servavi, semel gloria, iterum aerumna mea.

Notabiliter singulari numero non plurativo aerumnam dixit, referens ad exilium scilicet, cuius patientiam inter glorias suas computat.

XXIII. 1. Quare moneo vos adulescentes.

—[1] Excedit in cohortationem virtutis, quam boni viri debeant pro patriae salute suscipere. Hoc proficit et ipsius Ciceronis laudibus, et P. Sestio, qui reus est; armatos enim dicitur adhibuisse; verum, si e[2] re p. factum sit, non oportere damnari.

2. Si erit id, quod debetur, persolutum.

Id est, si fuerint Piso et Gabinius condemnati.

[P. 47.] 3. Neque erit iusta causa ad|portas sedendi[3] imperatori.

Et hic est aculeus non mediocris —[4] *adversus* Caesarem, cuius hac in parte mentionem facit, quod eatenus ante portas cum exercitu permanserit, quatenus in exilium Cicero discederet.

XXIIII. 1. Gener et Piso[5] gener

Non otiose[6] additamentum nominis fecit, in invidiam scilicet L. Pisonis, qui nec propinquitate commotus adfini suo obtemperavit[7].

XXV. 1. Legum cunctarum[8], quae latae[9] sunt, tum vero quae promulgatae fuerunt.

Saepe hanc ostendi promulgatae legis et latae differentiam: nam trinundino proponebantur[10], ut in notitiam populi pervenirent; quo exacto tempore ferebantur in iuris[11] validi firmitatem.

2. Ut censoria notio[12].

Clodianarum legum facit enumerationem; quarum fuit et haec, ne liceret censori praeterire aliquem in senatu recitando, nisi eum, quem damnatum esse constaret.

3. Ut remissis[13] senis[14] et trientibus[15] quinta prope pars vectigalium tolleretur.

Ante quidem Gracchus legem tulerat, ut populus pro frumento, quod sibi publice daretur in singulos modios senos aeris et trientes

1. Verbum Ge. oblitt. 2. Deest *e* in cod. 3. Edd. *sedenti;* sed Graevius feliciter coniiciebat legendum esse *sedendi.* 4. Supple verbum Gr. 5. Cod. *ipso.* 6. Cod. *odiose.* 7. Cod. *temperavit.* 8. Ita cod. At edd. *multitudinem.* 9. Cod. *letae.* 10. Cod. *proponebutur.* 11. Cod. *is* pro *in iuris.* 12. Ita est in cod. et sic omnino retinendum est, haud vero scribendum *notatio.* Nam *notio* et heic habent alii quoque Codd. et mihi alibi occurrisse in antiquis membranis memini. 13. Cod. *remisis.* 14. Edd. *semissibus.* 15. Cod. *tribentibus.*

sed ipsum ab insectantibus esse iugulatum. Triumphum eius de Hispania memorat etiam Asconius Comm. ad Pisonianam cap. XXIV.

22. In commentariis amissis.

27. Asconius Comm. ad Pisonianam cap. IV. hanc ipsam legem proferens dicit *in senatu legendo.*

[P. 52.] pretii[1] nomine exsolveret. Sed hic anno suo P. frumentariam[2] legem tulit, ut gratuito populus acciperet. Per hoc igitur ab eo deminuta vectigalia criminatur.

XXVI. 1. Brogitarum.

De hoc iam locutus sum.

2. Reducti exules Byzantium.

Hos etiam lege sua revocaverat Clodius, quamvis fuissent iure damnati. —[4] Igitur — ingessit[5] invidiam, restitutos tunc eos, qui damnati legitime fuerant, quum ipse indemnatus Cicero in exilium fuisset eiectus.

3. Ptolemaeus[6], qui si nondum erat a senatu socius appellatus, erat tamen frater eius.

—[7] Hunc etiam Ptolemaeum regem Cypri amicum quodammodo a senatu[8] appellatum fuisse, quandoquidem frater eius, qui in Aegypto regnabat, consecutus iam societatis et amicitiae honorem videretur; ferente autem rogationem Clodio publicatum fuerat eius regnum, quod diceretur ab eo[9] piratas adiuvari.

4. Ut sedens cum purpura et sceptro.

Δεινότερον[10] facere voluit, exprimens maiestatem regiam per ipsa habitus liniamenta, quae venerationi esse deberent[11].

XXVII. 1. Antiochum magnum.

Hic victus a L. Scipione angustiores etiam regni habere ter-[P. 51.] minos iussus est.

2. Quum videant per tribunum aliquem et sescentas[12] operas.

—[13] Non sine pernicie hoc exemplum de Ptolemaeo[14] *ad* posteritatem prodi asserit[15]; quoniam fieri possit, ut reges[16] alienentur a fide ac societate[17]. Sed ut omnem auctoritatem Clodianae rogationis

---

1. Cod. *praeti* cum diphth. heic et alibi in antiquis mss. 2. Cod. *frumentaria*. 3. Cod. *eode minuta*, unde Maius fecit: *eodem minuta*; ego *eo deminuta*. Or. 4. Suppl. verbum Gr. heic et postea. 5. Cod. *incessit*, unde Maius fecit *incendit*, ego *ingessit*. Or. 6. Cod. *Ptolemaeus*. 7. Versiculus Gr. oblitt. 8. Cod. *a senatum*. 9. Cod. *adeo*. 10. Cod. *εινοτερον*. 11. Cod. *deberint*. (Fortasse: *debuerint*. Or.) 12. Haec scriptura e pro *x* passim occurrit in hoc vocabulo apud priscos codices. 13. Supple verbum Gr. 14. Cod. *Ptolomaei* heic et infra. Et quidem falsa scriptura *lo* pro *le* in hoc vocabulo tenuit in sequioris aevi multos libros. 15. Cod. *de Ptolomaeo posteritatem processerunt*, unde Maius fecit: *de Pt. posteritate processerit*, ego *de Pt. ad posteritatem prodi asserit*. Or. 16. Cod. *gregee*. Par mendum occurrebat mihi in codicibus epistolas S. Caelestini papae iuc. civ. etc. app. 1. p. 144. 17. Cod. *a societati*.

1. Gracchanam legem recitat etiam Livius Epit. LX. Clodiam Asconius ad Pison. cap. IV. Sed lege infra XLVIII. 3.

Ibid. Singularis littera duobus punctis conclusa quid heic significet, non explico. Maius. (Est *Publius* scil. Clodius. Or.)

5. Scilicet in partibus amissis.

8. Num haec addenda legibus Clodianis est?

everteret, „per tribunum[1] aliquem et sescentas operas" inquit; quo manifestum sit, de hoc non populum Romanum iudicasse, sed factionem quandam perditorum.

XXVIII. 1. M. Catonis.

Et de hoc dictum est, qui legatus Cyprum fuerat, quo regnum publicaretur[2].

2. Quae in tempestate saeva quieta est et lucet in tenebris.

—[3] quoniam de Catone loquitur Stoicae sectae viro. Dicit ergo virtutem nullius iniuriae vel contumeliae sensum admittere, quum sit ab omnibus fortunae incursibus libera.

3. Quasi vero ille non in alias quoque leges iuraverit.

—[4] Discutere voluit, quia[5] dici poterat: adeo probavit rogationem Claudiam[6] de bonis Ptolemaei publicandis M. Cato, ut consenserit [P. 50.] in legationem. Temporibus obsecutus ‖ est, non aliter quam fecerat quum in leges quasdam coniuraret[7], quae illi displicuerant. Significat autem Iulias C. Caesaris leges, in quas quum diu perseverasset non iurare, ad extremum coactus suasionibus plurimorum videtur accommodasse consensum.

XXVIIII. 1. Meministis illum diem, quum templo a collega occupato.

Q. Metellus Nepôs tr. pl. quum plerasque leges per seditionem ferret, et praecipue duas, unam, ut absens consul Cn. Pompeius fieret, tempore scilicet Mithridatici belli, quod ab eodem Pompeio gerebatur, et alteram, ut praesidio Italiae veniret adversus arma Catilinae, contradixit ei pleraque nobilitas et ipse vel maxime collega suus[8] Cato; quum tamen C. Caesar praetor Metello tr. pl. adsisteret.

2. Adiit periculum ob eam causam, quae quanta fuerit, iam mihi dicere non est necesse.

Prudentissime suppressit mentionem legum, quas Metellus de Pompeio tulerat, ne ipsum scilicet offenderet, de quo latae videbantur.

3. Qui superiore anno senatu caruisset[9].

Consule C. Caesare, cuius actionibus Cato nec adversari[10] destrictius volebat nec tamen consentire poterat.

4. Ut sententia sua condemnata.

[P. 49.] Ipse ‖ enim Cato tribunus pl. designatus Lentulum et Cethegum et ceteros censuerat kapite puniendos.

---

1. Cod. *unum.* Sed idem cod. retro *tribunum.* 2. Cod. *quorum publicarentur;* hinc Maius fecit: *quum regnum publicaretur;* ego: *quo r. p.* Or. 3. Supple verbum Gr. 4. Supple verbum Gr. 5. Cod. *qua.* 6. Cod. *claudia.* 7. Ita cod. pro *iuraret.* 8. Cod. *suos* vel mendose vel cum archaismo. 9. Cod. *caruisse.* 10. Cod. *adversaris.*

26. Lege Plutarchum in vita Catonis XXVI. sqq.
36. Scilicet Catonis oratio apud Sallustium extat.

XXXI. 1. Magno squalore, sed multo etiam maiore maerore.

Distinxit haec verba eleganti proprietate; squalor enim ad habitum vestitus refertur, maeror ad animi angorem. Dicit ergo fratrem suum per omnia lugubrem sustinuisse fortunam.

XXXIII. 1. Exierunt duo vulturii[1] paludati.

Direptores provinciarum, Macedoniae scilicet et Syriae, Pisonem Gabiniumque volens pressius[2] ostendere, congruentissima hac (μεταφορᾷ) volturios nominavit, rapax animal et cruentissimum et ferme cadaverum lacerationibus pastum.

2. Ut illa ex vepreculis[3] extracta nitedula rem p. conaretur[4] adrodere.

Sine dubio Q. Numerius Rufus. Hic fuit unus e collegio tribunorum restitutioni Ciceronis obnixe[5] adversatus; cuius personam despiciens, quod esset non tantum statura depressus, verum etiam colore rubidus, nitedulam nominavit; quod videtur esse muris genus, ut apparet ex verbo in clausula[6] huius capitis, quod dixit adrodere.

3. Alter[7] vero non ille Serranus ab aratro‖ . . . . .

[*Desiderantur paginae sex.*]

* * *

[P. 56.] XLVIII. 1. *Idem* alio loco dixit[8]: oderint dum metuant.

Et hoc eiusdem poëtae est, „oderint dum metuant"; quam sententiam detestatur quasi tyrannicam[9] et inauspicatam liberae civitati.

2. Tabellaria lex.

Hanc L. Cassius tulit, ut non voce suffragium pronuntiarent, sed tabella inscriberent, quasi securo et liberiore iudicio.

3. Agrariam Tiberius, frumentariam G. Gracchus ferebat.

Ille, ut ager publicus Romanae plebi divideretur, quae lex ei magnam conflavit[10] invidiam; C. autem frater eius illam frumentariam, de qua supra locuti sumus, ut senis aeris et trientibus modios singulos populus acciperet.

LI. 1. An sicubi aderit Gellius homo et fratre indignus[11].

L. Marcius Philippus vir honestissime cognitus, qui etiam collega

---

1. Cod. heic *vulturii;* at infra *volturii.* 2. An *expressius?* Or. 3. Cod. *vaepreculis.* 4. Cod. *conutu.* 5. Cod. *obnixue.* 6. Cod. *clausulam.* 7. Cod. *altero.* 8. Cod. *dixisse.* 9. Cod. et Ed. Mai. *tyranni eam;* unde feci *tyrannicam.* Mox fortasse *tabellae inscriberent.* Or. 10. Cod. *conflavit.* 11. Cod. *indignius.*

14. Recole pro Milone XV. 2. p. 116. Ed. Rom.

18. Folia huius quaternionis tria mutilata fuerunt pare suo: quorum loco is, qui codicem rescripsit, Moesogothicae scripturae folia tria simplicia, id est, sine pare, agglutinavit.

31. Cap. XXV. 3.

Cn. Lentulo Marcellino in consulatu fuit. Fratrem hic[1] habebat uterinum L. Gellium, et ipsum quantum apparet Ciceronis inimicum. In quantum igitur legem Philippi fratris eius extulit[2], in tantum hunc defloravit, qui dissimilis extiterit.

LIII. 1. Fuit collegium nuper tribunicium, in quo tres minime, duo vehementer[3] populares existimabantur. |

[P. 55.] De collegio videtur loqui tribunorum, qui fuerunt C. Caesaris et M. Bibuli consulatu: sed obnixae popularitatis duos intelligere debemus P. Vatinium et C. Alfium, qui vehementer actiones Caesaris adiuverunt: tres autem, quos minime populares ait, Cn. Domitium[4] Calvinum et Q. Ancharium et C. Fannium; ex quibus iam duo praetores erant designati; tertius eandem spem sibi honoris pollicebatur, C. Fannius scilicet.

2. Quid populares illi duo?

C. Alfius et P. Vatinius. De Alfio tamen clementer loquitur, magis quasi de viro insapiente[5] quam de malo, asperius aliquantum de P. Vatinio: sed uterque[6] honorem, quem petere instituerat, nullo modo obtinuit[7], populo refragante, quod iudicaret indignos.

LIIII. 1. Qui ludos apparatissimos fecisti.

De aedilitate M. Scauri et opulentia ludorum plenissime dixit in ea oratione, qua[8] ipsum quoque M. Scaurum defendit.

2. Ipse ille maxime ludius.

Hoc et relicum de P. Clodio dicitur, cuius infamiam et dedecora in vario genere flagitiorum plurimae |orationes Ciceronis iam nota et invulgata fecerunt.

3 Qui omnia sororis embolia novit.

[Q. LXIV. P. 34.] Clodiam generis patricii feminam sororem huius, cum qua et ipse infamis erat, veteres literae tradunt studiosam fuisse saltandi profusius et immoderatius quam matronam deceret[9]: hoc enim significatur isto verbo, quo ait „omnia sororis embolia novit" quoniam pertinent ad gestus saltatorios.

4. Vix vivus effugit.

---

1. Cod. *hunc*. 2. Cod. *Filippi frater eius extulerit*. 3. Cod. *vaementer*. Sic *veuemens* p. 258. 4. Cod. *primo cuea*, effert hoc et sequentia nomina. 5. Sic Cod. 6. Cod. *utrumque*. 7. Cod. *constitutum* pro *obtinuit*. 8. Cod. *quia*. 9. Cod. *decederet*.

9. Sic loquitur de C. Alfio noster interpres etiam in Vat. XVI. 1. Quare nescio cur Pighius inter tribunos, qui fuerunt Caesare consule, Alfium non ponat. De ceteris in Vat. VII. 1.

21. Tullianus locus de Scauri in aedilitate magnificentia desideratur adhuc: quamquam eius orationis nobiles reliquias partim ego, partim cl. Peyronius e Bobiensi palimpsesto ediderimus. Quare superest, ut ea de re legamus Plinium Hist. XXXVI. sect. 24.

29. Sic loquitur de Sempronia Sallustius Catil. XXV.

31. En denique interpretatio vocabuli *embolium*, quod diu frustraque torsit Abramium Graeviumque in hoc Ciceronis loco aliosque criticos et grammaticos.

Ea scilicet die, qua spectatum venerat ludos Honoris atque Virtutis, qui celebrantur in memoriam et honorem[1] C. Marii, a quo res bello Cimbrico feliciter gestae sunt. Iisdem[2] ludis etiam populus dignitati Ciceronis ad restitutionem suffragatus est.

LV. 1. Lacrimantes gaudio.

Celebratissima Terenti comici[3] haec sententia[4] est ex persona patris de filii sui continentia gratulantis, nisi fallor, iisdem verbis „lacrimo gaudio".

2. Nam quum ageretur togata.

Afranii scilicet, quo in tempore gloriatur tantum populi fuisse consensum, ut et maledicis[5] vocibus insectaretur, et votum suum de Ciceronis reditu fateretur.

3. Et quaeso hoc in loco, iudices, ne qua levitate me ductum ad insolitum genus dicendi labi putetis.

Necessario facta —[6] πεύσις, quoniam videri poterat a civili et [P. 33.] iudiciali genere deficere, et quaedam |fabulosa contexere de rebus sine dubio scenicis et quasi volgaribus locuturus: sed orătorie[7] ad iudicium publicae voluntatis reflectit haec omnia, quibus populus animum suum pro Cicerone nudaverit.

LVI. 1. De illo senatus consulto, quod factum est in templo Virtutis.

Re vera quidem S. C. de Cicerone revocando factum esse in Capitolio dicitur; quo magis movemur adseveratione Ciceronis, qui nunc dicat in templo Virtutis hoc esse decretum, quum tempore ludorum, qui Virtutis et Honoris dicebantur, adclamationes[8] populi reditum M. Tullii flagitaverint, senatus vero nihil ibidem statuerit: nisi si et ibi forte decretum est.

2. Summus artifex.

Actor[9] illis temporibus nobilissimus tragicarum[10] fabularum Aesopus egisse videtur Accii fabulam, quae scribitur Eurysace; ita ut per omnem actionis cursum tempora rei p. significarentur, et quidem[11] Ciceronis fortuna deploraretur; ex quo illud probare contendit, omnes prorsus homines etiam infimae plebis restitutioni suae promptissime refragatos.

---

1. Cod. *in memoriae honorem et.* 2. Cod. *sedem.* 3. Cod. *comeii.* 4. Cod. *sentia.* 5. Cod. *maledicsiis.* (Videtur excidisse *Publium* vel *Clodium.* Or.) 6. Supple vocabulum Gr. 7. Cod. *oratoriae.* 8. Cod. *adclamationis; i pro e*, quamquam est primus casus, cuius modi exempla in Frontone quoque occurrunt. 9. Cod. *auctor.* 10. Cod. *novissimae flagitarum* et mox *Eurysace.* (Tum leg. *inscribitur.* Or.) 11. Cod. *quodam.* (Nisi fuit potius *quodammodo.* Tum pro *refragatos* exspectabas *suffragatos*, ut supra LIV. 4. Or.)

8. Adelph. III. 3. 55. ed. Westerhov. an. MDCCXXXII.
27. Recole interpretem nostrum ad Plancianam XXXII. 2. p. 79.
30. Ponantur in Accii Eurysace (cuius paucae extant reliquiae) fragmenta, quae Tullius recitat. Et nota *scribitur* pro *inscribitur*, uti est LVIII. 2.

LVII. 1. O immunes[1] Grai!

Et haec verba sunt de tragoedia, in qua verbum istud „inmunes" [P. 32.] ingratos significat, quemadmodum —[2] munificos dicebant eos, qui grati et liberales exstitissent. Ergo versus omnes tragici ad ipsum Ciceronem —[3] convertuntur; ut aliud[4] quidem in opere poëtico fuerit, aliud vero in ipsius actoris significationibus.

2. Non enim ingrati, sed miseri.

Hoc subiecit —[5] non sine quadam —[6] magis iniquitate temporum oppressum populum R. quam ingratum et inmemorem bene meriti civis fuisse.

LVIII. 1. Poëtae[7], quorum ego[8] semper ingenia dilexi.

Non tantum lectionibus eorum frequentandis, sed etiam versibus conscribendis. Manifestum est amatorem poëticae rei Tullium fuisse: quamvis ad oratoriam, qua maxime praestitit, non videatur in versibus par sui fuisse.

2. Nominatim sum[9] appellatus in Bruto.

Haec etiam tragoedia praetextata Brutus inscribitur; in qua nominatus quidem Tullius videtur, sed non idem ipse Cicero, quantum pertineat ad Accium poëtam: quantum ad actorem tamen, sine dubio per qualitatem nominis, utique significatio passionis eius eluxit.

[P. 31.] 3. Erat enim munus[10] Scipionis dignum et eo ipso et illo Metello, cui dabatur.

Scipio hic, cuius facit mentionem, postea Cn. Pompeii socer fuit, in exitu belli civilis sua manu interemptus: adoptione tamen venit in familiam Metellorum: et quum illi fuisset nomen in praeteritum gentile scilicet et naturae Cornelio Scipioni, reformatum est, ut esset[11] Q. Metellus Scipio. Ab hoc editum gladiatorium spectaculum dicit in honorem funebrem Q. Metelli.

4. Venit ad columnam Meniam[12].

Haec in vicinia fori et iuxta comitium posita[13] sic nominabatur: cuius et[14] originem et causam nominis in tractatu orationum praecedentium me fecisse commemini. † Copiosa igitur haec —[15] ex eo loco sunt argumenti, qui appellatur — Nam multiplex ista — numerationem habet iudicii publici de sua restitutione.

---

1. Infra *inmunes*. Notabilis autem lectio contra mendum editionum *inanes*, diverso sensu et diversa syllabae quantitate. 2. Supple verbum Gr. 3. Versiculus Gr. vacans. 4. Cod. h. l. *aliut*; at mox *aliud*. 5. Supple verbum Gr. 6. Versiculus Gr. vacans. 7. Cod. *poëtu*. 8. Cod. *ergo*. 9. Cod. *suum*. 10. Cod. *enimunus*, solita crasi. 11. Cod. *esse*. 12. Cod. *Menia*. 13. Cod. *positu*. 14. Cod. *cur sed*. 15. Tres lacunae sequentes totidem Graecis versiculis complendae sunt.

15. Recole pro Plancio XXX. 5. p. 76.

24. Valer. Max. III. 2. 13.

32. In partibus nempe amissis. Recole autem VIII. 3. Sed praesto est Asconius Divin. In Verr. cap. XVI.

LVIIII. 1. Emergebat subito, quum sub tabellas subrepserat, ut „mater te appello" dicturus videretur[1].

Intulerat commemorationem conspiratae cuiusdam multitudinis adversus dignitatem suam, instigante videlicet Appio Claudio praetore, quem [P. 42.] scimus fratrem P. Clodii fuisse. Deinde post‖haec intulit versum de fabula Pacuviana, quae sub titulo Ilione fertur. In ea est quippe argumentum ita dispositum, ut Polydori umbra secundum consuetudinem[2] scaenicorum[3] ab inferiore aulae parte procedat, et utatur hac invocatione matris[4] suae, quam sordidatus et lugubri habitu, ut solent[5], qui pro mortuis inducuntur, filius implorabat. Verum sub hoc exemplo intelligi vult Appium Claudium male sibi conscium et populo graviter offensum, obscure solitum venire ad spectacula, ne iratae multitudinis impetus experiretur. Sic ergo veniebat[6], inquit, ut solent umbrarum figmenta subrepere.

2. Itaque illa via latebrosior, qua spectatum ille veniebat.

Ἐνσ — κα —[7] opportunissime fingit ipse Tullius illas[8] partes itineris, qua soleret Appius commeare. *Re*[9] autem vera scimus viam, quae per Campaniam ducit, sub hoc nomine celebrari, quod Appius eam Claudius munierit.

LXI. 1. Qui tripertitas orbis terrarum oras tribus triumphis adiunctas huic imperio notavit.

Ἐνκ —[10] de Cn. Pompeio, quem constat ex Africa post oppressum [P. 41.] Domitium Cleppianosque[11] fugitivos; ex[12] Ponto, victo Mithridate rege[13]; de Hispania post occisum Q. Sertorium et oppressum M. Perpernam Lusitanisque victis triumphasse.

2. Ne quis de caelo servaret.

Undique versum —[14] hoc est iudicia[15] publicae voluntatis de se habita congregat et illustrat: inter quae ponit et hoc esse decretum, ne de caelo servaretur; quoniam solebant actiones impediri, si fulgur nuntiaretur, vel ostentu aliquo[16] dirimerentur ea, quae ad populum ferebantur.

LXII. 1. Atque ut idem, ad res redeuntis[17] ut venirent, rogarentur.

Certa pars anni observatur[18], qua nihil in urbe gereretur, quod

---

1. Cod. *dicturus videturue cidetur*. 2. Cod. *eecum consuetudine*. 3. Ita Cod. eum *ae;* quod alibi etiam legi. Superius tamen p. 305. l. 17. eum *e*. 4. Cod. *martis*. 5. Cod. *volent*. 6. Cod. *ceniebont*. 7. Versiculus Gr. 8. Cod. *illu*. 9. In Cod. omittitur *re* propter aliud praecedens. 10. Versiculus Gr. explendus. 11. Ita Cod., nisi quod pro *que* est *quae*. (Lege *Clupeanosque*. Os.) 12. Cod. *et*. 13. Cod. *eictisi Mitridoie hocei*. 14. Supple verbum Gr. 15. Maius pro Cod. lect. dedit *indicio;* sed cfr. supra LV. 3. nec recta diceretur *indicia - - habita*. Os. 16. Cod. *aliquoque*. (Pro *ostentu* leg. *ostento*. Os.) 17. Ita cod. *i* pro *e*. 18. Leg. *observabatur*. Os.

6. Rursus bene est, quod nos interpres certiores facit locum hunc poëticum laudari a Tullio e Pacuvii Ilione. (Tu confer Heindorf. ad Horatii Sat. 2. 3. 60. Os.)

11. Male ergo cogitabat de *Atilio* Hottomanus hoc loco in commentariis ad Sestianam.

ad res iudiciales et negotiorum sollemnia pertineret. Tunc igitur prolatio rerum fieri dicebatur: quo tempore exacto rerum actus redibat, id est, agi omnia secundum civilem consuetudinem et exerceri incipiebat[1]. Dicit ergo suae dignitatis causa et hoc esse decretum, ut instaurata[2] rerum actione Romam[3] convenirent, qui decretum de sua restitutione firmarent.

2. Mecum absens beneficio suo[4] rediit in gratiam.

Saepe dictum est Q. Metellum Nepotem, qui dissenserat a M. [P. 40.] Tullio nuper in tribunatu, postea consulem depositis inimicitiis reconciliatum, non obstitisse, quo minus ab exilio reduceretur.

3. Gratissimum fratri suo fecit.

Q.[5] scilicet Metello Celeri, qui proximo triennio decesserat, infami etiam morte de veneficio[6], quod ei paratum vel apud Clodium fratrem vel apud uxorem Clodiam[7] videbatur.

LXIII. 1. Quum ipsis[8] Nonis Sextilibus.

Eas dicit, quae nunc Augustae nominantur. Et oportune[9] — hunc diem significat et reversionis suae fuisse in coloniam Brindisim[10], et natalem filiae, etiam[11] ipsius coloniae, quasi conflata omnium gratulatione communis quaedam votorum societas fuerit.

2. Est enim verbum eius, a quo uno maxime P. Sestius se oppugnari videt.

Hic erat P. Vatinius, qui testimonio Sestium persequebatur, quique solitus esset optimatium dicere nationem, infami quodam vocabulo destruens amplissimorum hominum dignitatem.

3. Primum per indicem Vettium.

L. Vettius homo perditissimae temeritatis per illud tempus in[12] indicium detulerat ad senatum, sibi per quosdam praepotentes et no- [P. 39.] biles consulares caedem mandatam, ut ingredientes forum Cn. Pompeium et C. Caesarem interficeret. Complectebatur autem hoc indicio plurimos senatores, in quis[13] fuit et ipse M. Tullius et

---

1. Ita Cod. 2. Cod. *instauratu.* 3. Cod. *octiones Roma.* 4. Deest *suo* in edd. 5. Cod. *quae.* 6. Cod. *beneficio.* Et quidem ita legitur apud Frontonem ad M. Caes. 1. 6. aliosque auctores a me ibi in scholiis laudatos. 7. Cod. *Clodia.* 8. Cod. *ipsi.* 9. Cod. *oportunoe.* Porro eam unica *p* hoc vocabulum constanter scribitur in Iulii Victoris rhetorica a me edita; nec non in var. lect. Concil. Chalced. 10. Ita Cod., uti nunc Itali pronunciant. 11. Puto per crasim, pro *et etiam.* 12. *in* videtur delendum. Os. 13. *Quis* pro *quibus.*

1. Sic fere loquitur noster interpres etiam ad Orat. in Clodium et Curionem IIII. 2. in editione mea Mediolanensi.

14. Lege Ciceronem pro Caelio XXIV. Iam Clodiam illam esse, quam Catullus vocat Lesbiam observatio Apuleii est in Apol. ed. Delph. p. 415. dignam sane spurcissimi poëtae laudibus et consuetudine et conviciis feminam.

22. Recole argumentum.

23. Vocabulum *natio* in malam quandoque partem accipi iamdiu lexicographi docuerunt.

26. Hunc locum citat ut suum noster interpres ad or. in Vat. VIIII. 6.

L. Piso et duo Curiones et alii quam plurimi nominati. Sed enim coniectus in carcerem Vettius ibidem supremum diem vitae habuit, ex eorum videlicet mandatu[1], quantum rumor ferebat, occisus, qui eum ad calumniosum illud indicium[2] subornaverant.

LXIIII. 1. Ut illum[3] meae proscriptionis.

Vigilantiasime Claudiam legem, quae de exilio Ciceronis eiusdem lata fuerat, maluit proscriptionem nominare, quemadmodum multis locis fecit.

2. Neque putavi de uno sagittario me queri[4] convenire.

De ipso Vatinio scilicet, quem sagittarium, quasi levi armatura subnixum, hic appellat, qui timendus non videretur, quum maiora essent alia in exercitu C. Caesaris, quae magis Cicero timere deberet.

3. Acta mea sibi ait displicere: sed quis[5] nescit? qui legem meam[6] contemnat.

Acute † rapuit, non ut se purgaret tantum, verum etiam ut in [P. 38.] eundem P. Vatinium crimen huiusmodi retorqueret. Nam quod ait ab eo legem suam esse contemptam, significat eam, quae auctoribus consulibus eodem Cicerone[7] et C. Antonio de ambitu lata[8] est, multo severior quam fuerat illa Calpurnia; praescribebatur enim inter cetera, ne candidatus ante biennium, quam magistratum petiturus esset, munua populo dederet[9], propter ambitum scilicet, ne hoc ipso popularis animus eblanditus[10] designationi eius succumberet. Adversus hanc dicit Vatinium fecisse, quum maxime ambiret ad obtinendum tribunatum.

4. Unus leo, ducenti bestiarii.

Quum Vatinius invidiam sibi magnam conflasset de apparatu gladiatorum, simulaverat se bestiarios potius habere quam gladiatores; et unum gladiatorem confitebatur, cui nomen Leoni fuit. Hanc igitur astutiam[11] M. Tullius inridens unum leonem dicit, ducentos bestiarios, id est, venatores; sine dubio volens intelligi omnem[12] [dicit ducentos bestiarios] hanc manum gladiatoriam seditionis causa comparatam. Hoc etiam dictum de Leone Tullius Tiro libertus eiusdem inter iocos Ciceronis adnumerat.

---

1. Sic Cod. Maius: *mondato.* Or. 2. Cod. *iudicium.* 3. Cod. recte, ut Cic. ipse, *illum.* Maius in contextu Schol. dedit *illius.* Or. 4. Cod. *quaeri.* 5. Cod. *se quis;* edd. tantum *quis.* 6. Edd. male *eom.* 7. Cod. *Ciceronem.* 8. Cod. *loetu.* 9. Lego *ederet.* Or. 10. Nota sensum passivum Prisciano iam cognitum. 11. Cod. *institiam.* 12. Ita cod. ita ut referatur ad *manum.* Nisi forte potius emendandum est *omnes.* Mai. Seil. del. eunt vv. male repetita *dicit ducentos bestiarios*, a me []. Or.

4. Caesari necem Vettii adscribit Suetonius cap. XX.

19. Recole interpretem nostrum pro Planc. XXXIIII. 1.; itemque pro Sulla V. 5. ed. Mediol.

30. Gratia habenda est interprati egregio, qui Ciceronis peracutum iocum tam vere tamque iucunde nobis enucleat; in quo explicando incassum laboraverant Manutius atque Abramius.

32. Sctl. in libris tribus *de iocis Ciceronis.* Or.

5. Solet enim tribunos pl.

[P. 37.] Vatinius quum reus[1] de ambitu fieret, appellavit collegium tribunorum et maxime P. Clodium, quo intercedente effectum est, ut accusatio[2], quae suscepta fuerat, non posset impleri.

6. Caeciliam[3] Didiam, Liciniam Iuniam contempsit.

Per haec omnia Vatinium proscindit legum paene omnium contemptorem; Caeciliam[4] autem et Didiam, quae iubebat[5] in promulgandis legibus trinundinum tempus observari. Licinia vero et Iunia consulibus auctoribus Licinio Murena et Iunio Silano perlata illud cavebat, ne clam[6] aerario legem ferri liceret, quoniam leges in aerario condebantur.

7. Quum haec lex et ab illo socero eius et ab hoc adsecula[7] neglegatur.

Legem Iuliam dicit, quam consul C. Caesar de pecuniis repetundis tulerat, cuius auctoritatem a P. Vatinio dicit esse contemptam et ab L. Pisone. Adsecula enim ipse Vatinius, socer vero Piso hic intelligendus[8] est.

LXV. 1. Non ea est medicina, quum sanae[9] parti corporis scalpellum adhibetur.

De verbis nobilibus —[10] scalpellum. Verum hoc est — —[11] quid [P. 36.] sit medicina, non ut, quae sana sunt, volnerentur; sed ut, quae vexata, sanentur. Accusatorem hunc igitur mederi aliquando voluisse rei p., sed utilitates[12] eius labefactasse demonstrat.

2. Ii medentur rei p., qui exsecant pestem aliquam tamquam strumam civitatis.

—[13] definiens aliter, quid sit mederi rei p.; incommoda scilicet ei et pericula detrahere. Sed quod ait „strumam civitatis", *oblique*[14] intellegere debemus: pertinet enim ad ipsum Vatinium, qui traditur fuisse strumosa facie et maculoso corpore.

LXVI. 1. Sed mihi oratio est cum virtute, non cum desidia; cum dignitate, non cum voluptate.

—[15] Implet exhortationem[16] bonae sectae ad conservationem rei p. pertinentis. Non aliter et M. Cato in legem Orchiam conferens ea, quae virtus[17]: „ut summae gloriae[18] sint a virtute proficiscentia;

---

1. Cod. *reos*, qui fortasse est archaismus. 2. Cod. *accusatione*. 3. Edd. *Aciliam;* male prorsus, ut cognoscimus ex ipso Cic. pro domo XVI., ubi hanc eandem legem dicit *Caeciliam et Didiam*. 4. Cod. *coeli est*. 5. Cod. *iuvebant*. 6. Cod. *eloc*. 7. Cod. *adsorcula* heic et infra. Edd. *assecla*. 8. Cod. *intelligendum* absolute; quod ferri fortasse poterat. 9. Cod. *sone*. 10. Supple verbum Gr. 11. Supple duos versiculos Gr. 12. Cod. *sedulitates*. 13. Versiculi prope quattuor Gr. vacui. 14. Unum vocab. Gr. fortasse πλαγίως. 15. Versiculos Gr. prope vacous. 16. Cod. sine adspiratione. 17. Sic (manca) Cod. 18. Cod. *gloria*.

10. Rurana gratiae sint perdocto interpreti, a quo legis Liciniae Iuniae sensum edocemur, quem historici legum hactenus ignoravisse videntur.

28. Hinc ille lusus Ciceronis apud Plut. vit. cap. XXVI.; qui Vatinium, cui strumae erant in collo, dum is causam diceret, appellavit tumidum oratorem.

dedecoris vero praecipui existimentur, quae voluptas suadeat non sine labe vitiorum."

LVII. 1. L. Opimius indignissime concidit.

Et Sallustius auctor est in bello Iugurthino L. Opimium Mamilia [P. 35.] lege damnatum, quod videretur in ea[1] legatione, quam[2] cum ceteris functus est apud Iugurtham, pecunia esse corruptus.

2. Quod si[3] apud Athenienses homines Graecos.

. — —[4] inlustrat rigore animi virtutisque[5] Romanae omnes periculorum incursus neglegentis: facta tamen commemoratione[6] per differentiam virorum inlustrium, qui apud Athenienses extiterunt; quibus sine dubio strenuiores dicit Romanos esse debere. Intulit igitur commemorationem primo Themistocli[7], qui primum bello Corcyreo praetor factus ex pecunia publica centum navium classem faciendam esse persuasit et Corcyreos cum praedonibus vicit. Cumque mille[8] et ducentas naves longas et duo millia[9] onerariarum et septingenta millia peditum et equitum quadringenta Xerxes[10] in Graeciam induxisset; et ex responso Apollinis, quo praedictum erat, ut se Athenienses ligneo muro tuerentur, idem Themistocles oraculum explanavit ad praesidium navium pertinere, ut in eas coufugerent, et partim Salaminam, partim Troezenam peterent, maiores natu in arce[11] relinquerentur. Astute [P. 46.] praeterea Xerxem fefellit, quasi futurum esset, ut pons, qui[12] Hellesponto erat impositus, rescinderetur; atque ita ille fugam maturavit. Egregio eiusdem[13] Themistocli consilio triplex apud Piraeeum portus constitutus est. Idem muros Atheniensium restituit, contra quam pactum convenerat cum Lacedaemoniis. Idem tamen ostracismo[14], quod erat apud Athenienses, proditionis absens damnatus, Corcyram demigravit: inde ductus et expositus clanculo[15], ne in manus caderet[16] Atheniensium, ab Epheso ad Xerxem venit, sive, ut quidam putant, ad Artaxerxem: apud quem, quod fuit mirabile, Persico sermone usus est, quam linguam anno meditatus fuerat: amicissime ab rege susceptus est: domicilium postea sibi Magnesiae constituit, quam illi

---

1. Cod. *oe a.* 2. Ita Cod. 3. Cod. tantum *qood.* 4. Versiculi tres Gr. vacat. 5. Cod. *quue.* 6. Cod. *commemorutionem.* 7. De his secundi casus terminationibus locutus sum in Frontonis indice orthographico. 8. Cod. *ille.* 9. Ita Cod. cum duabus *ll*, vero exemplo in antiquis codd., in quibus plenum legitur *mille* cum duabus *ll*; sed *milia*, *milium*, *milibus* cum unica *l.* 10. Cod. *Xersex*, cum metathesi. 11. Cod *natus in carcere.* 12. Cod. *qui ab.* (Forlassu: *qui ab illo Hellesponto.* On.) 13. Cod. *egregia eius.* 14. Cod. *ostrcismo dumnutus.* (Sed neminem fugere potest, in eo, quod Maius dedit, inesse quiddam ineptum. Fuit scil. sic fere: *astrucismo*, *damnationis genus quod erat apud A.* Tum lego: *inde deductus* e Cornelii Nepotis *Themist.* 8, 5. *itaque Pydnum eum deduci iussit.* On.) 15. Cod. *clauculo.* 16. Cod. *ciderel*, forlasse pro *incideret.*

?. Scribatur haec sententia inter levissima fragmenta, quae extant apud Festum, orationis Catonianae de lege Orchia sumptuaria.

6. Cap. XVI. et XL.

26. *quod*] Ita Cod. Et sic Nepos Cim. III.: *testarum suffragiis*, *quod illi ostracismum vocant.*

rex addixerat eum Lampsaco[1] et Mynda, unde illi necesssria victus exhiberentur. Denique[2] apud Msgnesiam decessit. Ossa eius occulte in Attica sepulta sunt sb amicis[3]. Alii vero existimsverunt eundem venientem ad oppugnandas Athenss cum Persico exercitu hausisse taurinum sanguineui, atque ita vitam finisse.

3. Nec Miltiadi[4] calamitas.

[P. 45.] Quonism curiosius de | Themistocle diximus eorum grstis, qui litteris etism secretioribus delectantur, breviter consideremus et Miltisdi[5] stemma, qui fuit Atheniensis Cimonis filius. Idem ex oraculo Apolliuis colonos Chersonesum deduxit, velut prsepositus regia potestate: Lemnum vero in dicionem Atheniensium redegit et Cycladas insulas. Quumque rex Dsrius exercitum induxisset in Graeciam equitatu peditstuque msximo et navalibus copiis instructus, in campo Marathone dux idem Miltisdes Persicos exercitus vicit. Verum postea in offensum[6] civium deductus pecunia multatus est, quam quum non posset exsolvere, in carcerem coniectus ibique defunctus est.

4. Neque Aristidi fuga.

Nec hunc de viris inlustribus placet silentio praeterire. Lysimachi filius Atheniensis fuit, aemulus prsecipue Themistocli, quo accussnte in exilium decenni[7] actus est. Sexto tsmen anno restitutus est, quum Graeciam Xerxes infestaret: spud Platess rem bene gessit superato Mardonio bsrbarorum duce. Fuit autem summae institiae, unde[8] etism [Aristides] cognominatus est: quumque Lacedsemonio Pau- [P. 44.] ssniae ob sapientiam praepositus suetor fuisset indicendae[9] civitatibus pecuniae sd classem fsbricandam et exercitus instruendos, summa prudentia et virtute rem gessit, ex ea pecunia his omnibus dispensandis, quae facts per civitates conlatione Delum conferebatur. Obiit mortem in summa paupertste: cui rei hoc argumento est, quod eius filiae dotem de publico acceperint.

LXVIII. 1. Hunc sui cives e civitate eiecerunt[10].

Poenus Hannibal quum multos per annos Italism gravissimis cum[11] clsdibus adfecisset, ad extremum in Africam decreto Karthaginiensium revocatus, congressione apud Zamam fscts, superatus a P. Scipione, quum metueret, ne[12] populo R. dederetur a suis civibus[13], afuit[14],

---

1. Cod. *lamsuco*. 2. Cod. *deniquae*, et mox *occultoe*. 3. Cod. *amicijs*. 4. Cod. *militia*. 5. Cod. *Milidi*. 6. *offensionem* Corn. Nep. *Milt.* 7, 4. Os. 7. Ita cod. pro *decennii*. 8. Cod. *iustitiasundem*. 9. Cod. *indicemds*. 10. Cod. *eiciantur*. 11. Redundat *cum*. 12. Cod. *ne comerces cupi Scipio populo* cel. quae menda si ingeniose emendentur, sensum fortasse commodum dabunt. Ego interim liberius scripsi. 13. Cod. *civil bus*. Malet ergo fortasse aliquis *a civilibus afuit*. 14. Ita scribitur in antiquis codd. pro *obfuit*.

1. Apud Nepotam nunc certe legimus *Myuntem*, quam diversam esse urbem scimus.

5 In hac Themistoclis scribenda notitia et mox Miltiadis, Aristidis atque Hannibalis, Nepotem tacita compilat interpres, ipsis verbis non raro sibi vindicatis. Quare parvus quidam Nepos habendus est. Iam si interpretis nostri constaret aetas, non esset hoc indicium testimoniumque negligendum ab iis criticis, qui de auctore atque aetate vitarum illarum, quae Nepoti inscribuntur, disputant.

et absens damnatus est, bona publicata, domus diruta est. Ipse[1] vero primo se ad Antiochum[2] in Syriam contulit. Inde quum parum fideret Antiochi animo, † deficit ad Prusiam in Bithyniam[3], ibique hausto veneno decessit Romanis imminentibus, qui eum comprehendere gestiebant. Omnibus itaque peregrinis exemplis subiicit Romanorum documenta breviter et congeste[4], quasi eminentioris gloriae commemorationem; ad quos imitandos provocari debeant ingenia [P. 43.] iuventutis. Nec tamen recedit a P. Sestii[5] defensione, quoniam et ipsum pro re p. videri studet ad restituendum dignitati[6] suae Tullium laborasse.

LXVIIII. 1. Cui superior annus idem et virilem, patris, et praetextam, populi iudicio togam dederit.

—[7] facit vehementius, adfectum miserationis apud iudicum animos commoturus omnium commemoratione, quos dignitatis suae dicit fuisse auctores. Verum hic de P. Lentuli filio loquitur, qui eodem anno, quo togam virilem a patre sumpserit, etiam auguratus praetextam iudicio populi adeptus † tiplicaverit[8] votum a familiare maturato sacerdotio.

2. Rogationis iniustissimae subiit acerbitatem.

Rogationem dicit tribuniciam, quae lata fuerat adversus hunc eundem P. Lentulum. Repetenda igitur paulo altius enarratio est, ut omnia dilucidius appareant. Ptolemaeus[9] regno pulsus[10] quum gratiose impetrasset, ut senatus eum restitui in suum regnum iuberet, idque negotium P. Lentulo dedisset, videbantur decemviri libris Sibyllinis inspectis renuntiavisse, *neque regi denegandum auxilium, neque tamen cum multitudine ferendum. Quare factum est senatus consultum, cum multitudine, id est, exercitu, regem reduci periculosum rei p. videri. Res autem quum Lentulo mandaretur, Cato tribunus pl. huic infensus tulit legem, ut Lentulo, qui Ciliciam proconsul regebat, imperium abrogaretur, ne facultatem reducendi regis haberet. Tandem vero a Gabinio Syriae praeside rex fuit reductus.*

RELIQUA SATIS PAUCA DESIDERANTUR.

---

1. Cod. *ipso* 2. Cod. *se aclantiodum.* 3. Cod. *ad Prostuni Bityniam.* (Fort. *defugit ad Pr.* Os.) 4. Cod. *congestae.* 5. Cod. *rece* (*ut*) *ius quae apsenti.* 6. Cod. *dignitatis.* 7. Versiculus cum dimidio vacuus. 8. Sic cod. *tiplicaverit*, quod videtur scriptum pro *triplicaverit.* Mai. qui in Schol. ipso dedit *duplicaverit*, nulla sententia. Os. 9. Cod. *Ptolomaeus.* 10. Cod. *plus.*

31. Lege Ciceronem ad Fam. I. 1. sqq. ad Q. Fr. II. 2. et quidem res notissima in Romanis annalibus est.

AD CICERONIS ORATIONEM

IN VATINIUM

COMMENTARIUS ANTIQUUS INEDITUS.

EDITORIS MONITUM.

Commentarius ad orationem Sestianam, etsi ad finem usque non pervenit, tamen proxime ab eo abest: namque illa Lentuli commemoratio extremo orationis capite continetur. Iam vero in ultimis, quae supersunt, commentarii verbis desinit ad amussim quaternio LXIIII. teste ipsa codicis numerali nota; qui autem sequitur quaternio superstes commentarium ad Vatinianam tenens, LXVI. est, teste item numerali nota: ergo inter Sestianam et Vatinianam quaternio unus intercidit, id est LXV.; qui partim extremitate Sestianae partim initiis Vatinianae occupatus fuit. Iam supputatis utriusque orationis et commentarii, quae desiderantur, partibus videtur mihi quarta fere quaternionis amissi pars assignanda Sestianae, tres reliquae orationi Vatinianae: namque in hac postrema desideramus totum interpretis prohoemium et commentarium ad caput primum partemque secundi.

Quod autem alibi dixi mirari me saepe solitum vices insperatas et fata codicum antiquorum, id in his quoque Vatinianae orationis commentariique membranis mihi usu venit. Namque Mediolani tredecim fere abhinc annis particulam scripti huius edidi: quae folio pari unico, id est, quattuor paginis continebatur. Nunc vero Romae constitutus alia tria deprehendi scripti eiusdem paria folia, quae statim comparans cum schedis meis Mediolanensibus ad imaginem Ambrosiani codicis effectis, cognovi evidentissime folium illud Mediolanense quartum esse seu intimum quaternionis LXVI., cuius tria priora folia in Vaticano codice mihi occurrebant.

Quippe schedae in tertium folium insertae sic utrimque cum Romana scriptura cohaeserunt, ut series orationis atque commentarii prorsus expleretur; id quod cuique legenti cap. VIIII. 1. et XII. 3. perspicuum exploratumque fiet. Porro et formam litterarum ac laterculorum persimilem esse in ambobus his codicibus palimpsestis, qui communem patriam Bobium habent, saepenumero iam et prope

ad nauseam recinui. Quia vero quaternio integer est, et quia in ultima eiusdem pagina explicit reapse oratio in Vatinium cum commentario; hinc fit, ut post praedictam initii lacunam deinceps integram inlibatamque Vaticani interpretis lucubrationem legamus. Sic autem se habet quaternio.

Q. LXVI.	Rom. p.	22.	21 ‿	24.	23.		
		28.	27 ‿	18.	17.		
		26.	25 ‿	20.	19.		
	Mediol. p.	410.	409 ‿	416.	415.		

COMMENTARIUS.

II. 1. . . . *Quam tu bonis viris displicuisse dicis.*

[Q. LXVI. P. 22.] . . . . *Compro*bavit nulli displicuisse illam defensionem, quam Cornelio[1] susceperit, quum sit non ita multo post consulari honore donatus.

2. Omniaque me pudenter vivendo consecutum, quae tu[2] inpudenter vaticinando[3] sperare te saepe dixisti.

Ineptissimam Vatinii et paene furiosam . . . . consulatum iuraverit, qui[4] primum sibi nec auderet optare. Hanc ergo vaticinationem nominat spem, videlicet honoris quasi per dementiam cogitati.

III. 1. Quum et patriae pepercissem, quam[5] servaveram[6].

Multis in locis et in plerisque orationibus prae se fert hanc exilii gloriosam patientiam, quam videri volebat non gravate[7] suscepisse, ne populi dissensio propter se commoveretur.

2. Cuius desiderio forum mutum[8] fuit.

Haec et alia possis apud M. Tullium quasi nimium superbe dicta reprehendere. Quamvis mereatur hoc testimonium tam insignis et nobilis eloquentia, tamen multo rectius fuit moderari huic de semet ipso[9] praedicationi[10], quum alibi[11] dicat „quum omni in re odiosa sit superbia et iactantia, tum ingenii atque eloquentiae multo videri molestissimam".

---

1. Sic Cod. Maius: *pro Cornelio.* Or. 2. Cod. *tuum.* 3. Cod. *vaticinundo.* 4. Defectum sic supplevit Maius: *furiosam* vaticinationem deridet etiam Catullus poeta, quia per *consulatum iuraverit*, *quem* (e coni.) *primum* vel. e Catulli Carm. 52. *Per consulatum peierat Vatinius.* Sed *quo* illud codicis hoc fere requirit: *furiosam* vaticinationem deridet Tullius, quod per tertiam (?) *consulatum iuraverit, qui primum* (consulatum) *sibi nec auderet optare.* Or.) 5. In Cod. desideratur *quam.* 6. Cod. *serveveram.* 7. Cod. *gravatu.* 8. Edd. *maestum* Sequitur ergo ut interpres subdiderit *maestu curia.* 9. Cod. *ipse.* 10. Cod. *praedicqtionem.* 11. Cod. *alis ubi.*

13. Seditiosus scilicet tribunus Cornelius fuerat, teste ipso Cicerone apud Lactantium Inst. VI. 2. et Hieronymo adv. Ioh. hier. cap. XII.

24. Apte loquitur interpres; nam *dissensio* est *seditio*, teste Cicerone de Rep. VI. 1.

30. Sententia legitur Divin. in Verr. cap. XI.; sed ea ab interprete nostro paulo liberius recitatur.

Non potest autem dici forum | mutum fuisse in eius discessu, ut non [P. 21.] ipsius eloquentia videatur in iudiciis omnibus desiderata.

IIII. 1. De te autem homines quid sentiant, in honore experti sumus, in salute expectamus.

— — —[1] congeminatum ex contrario secundum utramque personam Vatinii et suam; sibi et consulatum velociter delatum[2], *et salutem redditam*[3], contra vero huic Vatinio et honorem quaesturae post omnes novissimo loco datum, et adhuc damnationis eius nutare fortunam. Reus[4] postulatus erat accusatore C. Licinio Calvo.

2. Ut aliquando ista, quae sunt inflata, rumpantur.

Ad superbiam quidem et nimium tumorem animi eius referens hoc dixit *ιατως*[5]; tamen notare voluit insulsitatem cervicum eius, *quas* inmodicum fuisse corpulentas traditur.

V. 1. Habeat hoc praemi[6] tua indignitas[7]; adulescentiae turpitudo obscuritate et sordibus obtegatur.

Haec —[8] oratorie[9] perstringere maluit, quam copiose[10] iisdem detexendis immorari; sive quod nimis laciniosum videbatur, ‖ sive quod [P. 28.] prohibere[11] non poterat. Asperius tamen in tacito reliquit, quam si copiosius exaggerasset; ut videantur haec omnia dedecora et crimina in personae humilitate latuisse.

2. In eo magistratu quum tibi aquaria provincia sorte obtigisset.

Quaestor e[12] lege Titia provinciam tacitam et quietam: hic igitur Vatinius aquariam sortitus erat, id est, ut aquae curam sustineret. Insimulat eum sordide et rapaciter Puteolis esse versatum, quum sibi officium ab ipso Tullio consule inpositum magis ad fructum avaritiae[13] quam ad fidei et industriae laudem converteret.

3. Ego te quaecunque rogabo, de te ipso rogabo; neque te ex amplissimi viri dignitate, sed ex tuis tenebris extraham.

---

1. Vacui tres versiculi Gr. cum dimidio. 2. Cod. *dignitotem*. 3. Haec verba supplenda mihi videbantur. 4. Ita cod. Sed tamen ante *reus* excidisse suspicor *num*, quam vocem extrivit incautus librarius propter terminationem vocabuli praecedentis *fortunom*. 5. Ita evidenter in Cod. et quidem per atramentum, non per sucum colorium; secus atque usu venit in Graecis verbis. Porro hoc vocabulum sanent pro libito eruditi homines. 6. Ita cod. pro *proemii*. 7. Cod. *dignitas*. 8. Supple verbum Gr. 9. Cod. *oratoriae*. 10. Cod. *copiosae*. 11. Cod. *prohubere*. 12. Ita cod. nisi mavis *quaestore*. (Verbum videtur excidisse: velut: *Obtinebat Quaestor lege Titia* vel simile quid. Ox.) 13. Cod. *varietatiue*.

9. Idem hic est, quem Cicero ad Q. Fr. II. 4. appellat Macrum Licinium: *Vatinium arbitratu nostro concidimus. Quin etiam Paullus noster, quum testis productus esset in Sestium, confirmavit se nomen Vatinii delaturum, si Macer Licinius cunctaretur.*

13. Recole pro Sestio LXV. 2.

23. Vel haec ignota lex Titia est: vel certe caput non adeo compertum legis cognitae Titiae *de vectigalibus per quaestorem colligendis.*

Consultissime facit locuturus de tribunatu eius, in quo omnia pro Caesaris potentatu Vatinium gessisse manifestum est. Hac —[1] temperat acerbitatem insectationis, ut salvo honore, ut citra offensam viri huius, privatim persona laedatur. Etiam simul decor —[2] locutioni ornamenta quaesita sunt, quum ita † dicaut[3].

4. Omniaque[4] mea tela sic in te coniicientur[5], ut nemo [P. 27.] per tuum‖latus, quod soles dicere, saucietur.

Id est, sic in te fiet invectio, ne quid de Caesaris honore minuatur.

VI. 1. Tu, qui te Pythagoreum[6] soles dicere.

Hoc ipsum plenissime purgavit atque defendit et non sine laude protulit in ea oratione, quam pro ipso Vatinio scribere adgressus est. Fuit autem illis temporibus Nigidius quidam, vir doctrina et eruditione studiorum praestantissimus, ad quem plurimi conveniebant. Haec ab obtrectatoribus veluti actio minus probabilis iactitabatur, quamvis ipsi Pythagorae sectatores existimari vellent.

2. Auspicia[7] contempseris.

Iam dictum est, servante de caelo Bibulo consule, hunc Vatinium legem tulisse de imperio Caesaris, ut exercitum per[8] Illyricum et Gallias duceret.

3. Primum quaero, num senatui causam tuam permittas, quod facit Caesar?

Eadem ratione[9], qua supra, vult insectationem Vatinii non pertinere ad contumeliam Caesaris. Commiserat autem senatui causam suam C. Caesar, id est, ut de lege agraria patres iudicarent. Ibi[10] enim habitae sunt tres illae[11] orationes contra Domitium et Memmium. Male sibi ergo conscium Vatinium redarguit, qui de rebus ab se gestis [P. 26.] in tribunatu iudicem senatum habere non audeat.

VII. 1. Ex iis erant, quos cotidie sciebas servare de caelo.

Mentionem horum feceramus et[12] in Sestiana defensione. Servasse enim de caelo tunc videntur Domitius Calvinus et Q. Ancharius et C. Fannius[13], ne quid[14] cum populo agi *liceret* eo tempore, quo[15] de caelo servaretur. Et hoc alibi[16] notissimum feceramus.

---

1. Supple verbum Gr. 2. Supple verba duo Gr. 3. An *dicat?* Os. 4. Cod. *quae.* 5. Cod. *coiciuntur.* 6. Edd. *pythagoricam.* 7. Cod. *auspicio.* 8. Cod. *et* pro *per.* 9. Cod. *oratione.* 10. Cod. *bi.* 11. Cod. *ille.* 12. Cod. *sed.* 13. Cod. *C. Cha.* Sed scribendum esse *C. Fannius*, patet ex citata Sestiana LIII. 1. 14. Cod. *quid* pro *ne quid.* 15. Cod. *quod.* 16. Cod. *alisubi*, ut III. 2. tum factum *alibi.*

11. Notemus locum deperditae Tullii orationis, quam alioqui revera extitisse exploratum est.

13. De Nigidio testimonia ego collegi in praef. ad Cic. de Rep. p. LVI. not.

15. De obtrectationibus adversus Pythagoreos fieri solitis lege Diodorum Siculum in novis supplementis Vaticanis a me nuper editis p. 33.

24. Recole Suetonii locum a me recitatum ad Sestianae Cap. XVIII. 2.

25. Confer pro Sestio XVIII. 2.

29. Loco nuper citato.

32. In partibus amissis.

2. E quibus hos praetextatos[1] sedentis vides.

Domitium scilicet et Ancharium.

3. Te praetextam togam, quam frustra confeceras, vendidisse.

Acerbissime humilitatem personae orator expressit Vatinium dicendo non impetrato honore statim post repulsam non deposuisse praetextam, sed vendidisse; quo verbo vel inopiam ostenderet eius, qui praetextae togae pretium[2] desideraret; vel ex eo desperationem, quod honorem suffragiis populi obtinere non possit; ac propterea sibi praetextam putaret minime necessariam.

4. Tertium scis ex illo obsesso atque[3] adflicto tribunatu consularem auctoritatem neminem esse adulescentem consecutum.

Hac[4] in parte C. Fannium sive Memmium significat. Verum quod ait ex illo obsesso[5] tribunatu, tempus intelligi vult seditiosissimum, quo[6] quum tribuni[7] pl. obsisterent actionibus P. Vatinii et C. Caesaris, pulsati per vim concitatae multitudinis foro cesserant, quum violentiae pares esse non possent.

5. Sedentibus in templo duobus non consulibus, sed proditoribus.

Hoc manifestum est de Pisone et Gabinio dici: hi enim Caesari et Bibulo successerunt; quorum anno omnia contra M. Tullium gesserat Clodius.

VIII. 1. Augur fieri in Q. Metelli locum.

Q. Metellus Celer unus e numero augurum non ita pridem vita excesserat; cuius in locum P. Vatinius auguratum petierat. Et hic proscindit audaciam eius, qui fuerit indignus et auguratum consequi et Metello substitui.

VIIII. 1. Et a tabula Valeria collegae tui mitti iuberent.

Hi[8] collegae intercesserant P. Vatinio furenti M. Bibulum in invidiam[9] duci. Quod vero ad tabulam Valeriam pertinere videatur, loci nomen sic ferebatur, quemadmodum ad tabulam Sestiam, cuius meminit pro Quintio, ita et ad tabulam Valeriam dicebatur, ubi Valerius Maximus tabulam rerum ab se in Gallia[10] prospere gestarum proposue‖rat ostentui vulgo.

---

1. Cod. *praetestatos*. 2. Cod. *praetium*. 3. Cod. *adque*. 4. Cod. *hanc*. 5. Cod. *obsessu*. 6. Cod. *quod*. 7. Cod. *tribunus*. 8. Cod. *hic*. 9. Immo *in carcerem*; quamquam et *in invidiam* retineri potest. Mai. (Fortasse *iubenti* - - *in vincula duci*. Or.) 10. Cod. *Galliam*.

11. Praeclara lectio *neminem*, pro flagitioso mendo editionum *hominem*, quod adeo male habuit recentiores huius loci interpretes, dum auctoritatem consularem Fannio adulescenti, contra ius Romanum, conciliare vellent. (Immo flagitiosum mendum est *neminem*. Or.)

31. Cap. VI.

32. In medio verbo *posuerat* incipit pars Mediolanensis a me aliquot ante annos edita.

33. Gaudeant antiquarii Romani, gratulentur historiae studiosi. Tabula Valeria (quam Cicero nominat etiam ep. ad Fam. XIV. 2.) quaenam esset, critici

2. Consul populi R. moderatissimus, sublato auxilio, exclusis amicis, vi perditorum congesta.

—[1] magnum cumulum fecit invidiae et a persona, quod consulem, et ab eiusdem moribus, quod prohibito amicorum praesidio et per violentiam seditiosae[2] multitudinis opprimere conatus sit eum potissimum, qui auspicato et rite omnia fieri gestiebat.

3. Ut consuli domus exilium esse non posset.

Non tantum miserabilem fecit hac necessitate M. Bibulum, verum etiam summa invidia laceravit Vatinium, qui velut damnatam consulis maiestatem primo in latebras[3] coëgerit; deinde occultantem se, ne periculum salutis incideret, extrahere domo sua contenderit, ut perditorum manibus addiceret, nec habere consul exilium domi suae tutum posset.

4. Eam rem[4], quae auspiciis constituta est.

Notissimum[5] habemus, auspicante Romulo, qui Palatium ceperat, et Remo, qui Aventinum, prius quam Roma conderetur, auspicia esse capta; primumque[6] sex vultures Remum vidisse, dein postea Ro- [P. 409.] mulum duodecim[7]: atque[8] ita et Romam conditam[9], et ipsos reges appellatos; illum[10], quod prior auspicium cepisset, Romulum vero quod maius.

5. Etiam inter Syllana arma vixerunt.

Leges dicit Aeliam et Fufiam, quae[11] non sinebant prius aliqua de re ad populum ferri, quam comitia haberentur ad designandos magistratus. Saepe harum feci mentionem. Vixisse autem leges —[12]

1. Supple verbum Gr. 2. Cod. *oditiosae*. 3. Cod. *latebra*. 4. Edd. *remp.* sed recte codex non sine aliis auctorum exemplis. Mai. (Merus est error librarii. Or.) 5. Cod. *noissimum*. 6. Cod. *quae*. 7. Cod. *duodecem*. 8. Cod. *adque*. 9 Cod. *conditos*. 10. Cod. *et illud*. 11. Cod. *legibus dicit aelia et fufia qui*. 12. Spatium vocabuli.

iam inde a Mannio multum quaesiverunt. Idque eo mirabilius est, quod locus Plinii extabat XXXV. sect. 7. (quem nemo e Tullii interpretibus citare videtur) de tabula a M. Valerio Maximo, qui consulatum cum Otacilio administravit, Romae proposita. Sic ergo Plinius: *picturae dignatio praecipua Romae increvit, ut existimo, a M. Valerio Maximo Messala, qui princeps tabulam picturae proelii, quo Carthaginenses et Hieronem in Sicilia devicerat, proposuit in latere curiae Hostiliae anno ab urbe condita CCCCXC.* Ex quo Plinii textu situm etiam urbanum tabulae Valeriae cognoscimus; locum scilicet, in quo illa olim fuerat, et cuius postea nomen mansit. Sed illud diligenter animadvertendum est, quod nimirum apud interpretem Vaticanum videtur esse scribendum *in Sicilia* pro *in Gallia*. Valerii enim Maximi res gestae non Gallicae sed Siculae inclaruerunt; ex qua insula agnomen *Messala*, ob Messanam videlicet liberatam, triumphumque reportavit. Iam vero tabulam quoque Sestianam non tam Sestii argentarii credere iam placet, cum interpretum hodiernorum grege, quam Sestii alicuius ducis nobilis, qui aeque res suas gestas ibi proposuerit ostentui vulgo, sive pictas, ut Val. Maximus, sive litteris exaratas; qualem deinde posuit tabulam in triumpho suo Pompeius, a me nuper in Dindorf additamentis Vaticanis editam lib. XL. fin.

11. Nota *incidere* cum quarto casu, omissa praep. *in*, quia ex ea componitur.

12. Scilicet Bibulum, qui metu Caesaris domi se continuebat, Vatinius tribunus pertrahere in carcerem conatus est. Dio XXXVIII. 6.; Plutarch. et Sueton. in Caes.

23. In partibus amissis.

dixit, quod multo tolerabilius[1] est, quam si . . . ne modum . . . .[2] est mortuas. Quum id dictum ab Hortensio elevasset, pro inepto irrisisse Tullius videbatur.

3. Fuerisne tanta crudelitate, ut delectos viros principes[3] civitatis delere[4] tua rogatione conarere[5]?

De hoc tempore locuti sumus in oratione, quae hanc praecedit; L. Vettium perditum[6] hominem instinctu[7] Vatinii professum esse apud senatum se indicaturum plerosque nobilissimos viros de interficiendo Pompeio iniisse coniurationem, idque[8] negotium sibi mandasse; hunc tamen Vettium in carcerem coniectum atque ibidem necatum ipsis[9] [P. 416.] potissimum auctoribus, qui eum ad mendacium subornassent.

X. 1. C. Curionem perpetuum hostem inproborum.

Et hunc L. Vettius nominasse inter ceteros videbatur veluti mandatae[10] in Pompeium caedis auctorem: qui tamen Curio honorifice nunc a Tullio nominatur, quum vehementer et aspere laceratus sit ab eodem in oratione, qua et ipsum et P. Clodium lacessivit.

2. Qui duos nefarios patriae proditores legibus exterminarat.

De L. Aemilio Paulo dicit, qui consulatum postea cum M. Marcello gessit, ante annum quam bellum civile Pompeii et Caesaris exardesceret. Hic igitur Paulus accusare instituerat de vi L. Catilinam et, ut quidam memoriae tradiderunt, C. Cethegum. Sed enim Catilina deficiens ab re p. se ad arma contulerat, Cethegus quoque in eadem perseveratione[11] consumptus est.

XI. 1. Spoliaretur beneficio et aequitate legis tuae.

---

1. Cod. *dolorebilius.* 2. In prima lacuna quinque fere verba, in secunda duo desiderari videntur. 3. Edd. *et principes.* 4. Edd. *tollere et delere.* Iam *tollere* non iam fortasse defuit in exemplaribus, quibus utebatur scholiastes, quem ab eo sponte omissum fuit. 5. Edd. *conareris.* 6. Cod. *perditae.* 7. Cod. *instinctum.* 8. Cod. *ad neque.* 9. Cod. *ipsi.* 10. Cod. *vel mandatae.* 11. Sic cod. Maius in contextu com. dedit: *coniuratione.* Malim equidem *perseverans ratione* vel *perseverans coniuratione.* Or.

3. En Hortensianum dictum apud Ciceronem ipsum in Verr. lib. V. 18. *antiquae sunt istae leges et mortuae, quemadmodum tu* (Hortensi) *soles dicere, quae vetant.* Nissuta.

6. Nempe pro Sestio, uti nunc editio mea demonstrat; utque olim ante inventum Romanum codicem divinaveram. Lege Ciceronem ad Att. II. 24.

11. Recole pro Sestio LXIII. 3.

12. Etiam in Verr. act. I. 7. ait Cicero: *C. Curio, quem ego hominem honoris potius, quam contumeliae causa nominatum volo.*

16. Deperditae huius orationis complura fragmenta ab hoc ipso interprete inlustrata superioribus annis Mediolani ego edidi; quibus alia postea addidit in Taurinensi palimpsesto detecta cl. Peyronius. Nuper vero haec omnia orationis fragmenta concinnavit docteque edisseruit v. cl. Carolus Beierus Germanus.

18. Cod. *L. Aemilia Balbo*, sed bene inferius *Paulus:* quare et heic emendavimus *Paula*, quum ipse se corrigat noster interpres. Recole de Paulo Vatinii accusatore parato supra ad Caput IV. 1.

24. Hanc legem Vatiniam appellat hoc loco Cicero *de alternis consiliis reiiciendis.* Quae autem sint *alterna consilia* vix se posse explicare ait Antonius Augustinus ad hanc legem. Verum ex nostro interprete patet, hoc loco nihil

Legem quidem hanc non inprobabilem videbatur P. Vatinius in tribunatu suo perrogasse, ut alternorum iudicum reiectio fieret; sed acute detrahit ei[1] laudem, quam de aequitate[2] legis consequi poterat, eo scilicet, quod egerit[3], ut C. Antonius, qui collega M. Tullii fuerat [P. 415.] in consulatu, ante reus fieret || accusantibus Q. Fabio Maximo et M. Caelio Rufo, quam lex Vatinia de reiectione iudicum perferretur; ut posset aequissimo iudicio reus Antonius † ea feriri[4]: quum praesertim esset illi Vatinius idem adfinitate[5] coniunctus. Filiam[6] M. Antonii fratris eius habuerat in matrimonio.

XII. 1. Illo ipso anno, quo lex lata est de pecuniis repetundis.

Locupletatum interversa pecunia p. et spoliatis etiam publicanis Vatinium dicit, ut ex paupertate ad summas divitias perveniret. Non sine quadam *cautela*, ne Caesarem *offenderet*[7], cui acceptissimus erat; eo, inquit, anno ditatus est, quo lex de pecuniis repetundis lata est, ab ipso scilicet Caesare; ut videatur et ille inpudenter Vatinio favere contra leges etiam Iulias committenti.

2. Cui[8] totiens maledicas, quotiens te illi adfinem esse dicis.

Propter matrimonium videlicet Antoniae[9], quam Vatinius habuit uxorem. Nec ignoramus C. Caesari fuisse quandam cum illis adfinitatem. Quippe M. Antonius, qui postea triumvir fuit, matre Iulia[10] censebatur, C. Caesaris sorore.

1. Edidi olim *et;* sed recte emendat *ei* cl. N. 2. Cod. *aequitatem.* 3. Cod. *degerit.* 4. Sic Cod. Maius de Nieb. coni. parum probabili: *ut posset - - Antonius frui* Os. 5. Cod. *adfinitatem.* 6. Ita cod. sine nexus particula *enim* vel *nam*, ut alibi. 7. Duo verba *cautela* et *offenderet* supplenda fuerunt in codicis vacuis spatiis. 8. Edd. *cum ei.* 9. Cod. *Antonia.* 10. Cod. *Tullia.*

aliud indicari nisi *alternorum iudicum reiectionem.* Rem optime, ut mihi videtur, explicat Pighius in annalibus ad annum urbis DCXCIV. (sive ut alii supputant DCXCV.) *Legem iudiciariam tulit* (P. Vatinius) *de alternis consiliis reiiciendis, ut eam appellat Cicero, qua reo actorique dabatur alterna reiectio iudicum. Quam legem quum promulgasset Vatinius, et C. Antonium paulo post reum futurum cognovisset, expectavit in ea perferenda, donec Antonius reus fieret, legique tum addidit limitationem, ut solummodo de iis posset intelligi, quorum nomina post eam latam deferrentur.* Reiectionem iudicum alternorum memorat Cicero etiam in orat. *pro Plancio* XV.; quae quidem oratio dicta fuit anno urbis DCC. videlicet quinto post Vatinii tribunatum, qua potestate quum fungeretur, tulerat eam legem Vatinius.

6. C. Antonius velut Catilinariae quidem coniurationis socius accusatus est, sed damnatus a iudicibus, quod provincias spoliavisset. Vide Dionem XXXVIII. 10. Vide etiam Asconium ad orat. *in toga candida.* C. Antonii collegae sui causam sine fructu egit Cicero contra M. Caelium Rufum, qui (ut ait ipse Cicero in orat. *pro ipso Caelio* XXXI.) hunc accusaverat. Dixit in Antonium etiam Q. Maximus, ut patet ex Cicerone in hac oratione cap. XI. et ex interprete nostro.

9. Nempe Cretici, qui frater fuit C. Antonii consulis cum Cicerone.

12. Explica *populi* vel *publica.* Vel potius transfer *P.* ante *Vatinium*, cuius praenomen fuisse *Publium* constat ex nostro interprete ad Plancianam XVI. 1.; ad hanc Vatinianam XI. et ex Cicerone ad Famil. V. 10. 11.; et denique ex Dione XXXVIII. 6.

14. Studium Vatinii in Caesarem patet ex hac oratione, nec non ex interprete ad Sest. LIII. 1. et e Suetonio in Iulio Caes. XXII.

22. En cur Antonius ob occisum Caesarem tantas tragoedias fecerit.

3. Ut in epulo Q. Arrii familiaris mei cum toga pulla‖ [P. 20.] accumberes.

De hoc et supra dictum est, epulum[1] dedisse Q. Arrium, cui epulo solus Vatinius atratus, hoc est, cum toga pulla interfuerit; quum solerent adusque tempus balnearum atrati[2] esse, postea vero candidiorem habitum sumere. Sed occurrebat illud, ut † aut in ius diceret[3], ea propter se in tristiore habitu perseverasse, ne ratae viderentur supplicationes, quas decerni postulaverat C. Pomptinus rebus in Gallia prospere gestis, quum etiam triumphum peteret, quem honorem obtinere non potuit, impedientibus amicis C. Caesaris, qui omnem laudem pacis atque victoriae studebant ad neminem[4] alium, nisi ad Caesarem pertinere. Igitur ne † Vatinius hoc[5] prodessei, idcirco se atratum fuisse, ne supplicationes nomine C. Pomptini ratas habuisse et festa facere religiosa[6] probasse videretur; occurrit † edi vero[7] Tullius, non oportuisse etiam illo convivii tempore a ceterorum habitu dissentire, ne coetus epulantium[8] unius veste lugubri contaminaretur.

XIIII. 1. Postulatusne sis lege Licinia?

Crimine de sodaliciis Vatinius coeperat accusari, de quo puniendo iis legibus cavebatur.

[P. 19.] 2. Appellarisne tribunos[9] pl., *ne* causam diceres?

Argumentum conscientiae invenit, † quam iudicio[10] probare, nihil ab se contra leges esse commissum. Vigilantissime praeterea non collegium tribunorum, sed tantummodo P. Clodium dicit ab eo appellatum, quoniam diffideret scilicet auxilio ceterorum, et in uno spem haberet, qui etiam confessis[11] criminibus opitulari soleret.

3. Num quis[12] reus in tribunal sui quaesitoris escenderit[13], eumque vi deturbarit, subsellia[14] dissuparit[15], urnas deiecerit[16]?

---

1. Cod. *aspulum*. 2. Cod. *adruti*. 3. Leg palo: *ut Vatinius diceret*. Corruptela servale Maius de suo postea intrusit; *aut* ante vv. *ne ratae*. Oe. 4. Cod. *nem*. 5. Sic Cod. Maias coni. dedit: *Vatinius huic:* sed lag. *Vatinio hoc*. Oe. 6. Cod. *religiosos*. 7. Sic cod. Maias coni. dedit: *occurrit si vero;* sed leg. *occurrit e diverso*. Os. 8. Cod. *epuluntias*. 9. Cod. *tribunus*. 10. Cod. *invenit quam iudicio*. E quo Maius fecit: *inv., quia noluit iudicio*. Os. 11. Cod. *cum fessi*. 12. Cod. *quit*. 13. Cod. *quaestoris exciderit*. 14. Cod. *subelia*. 15. Ita cod. ut p. 235. 16. Mais edd. *delegerit*. Sed rectissime corrigendum *deiecerit* aiebat Holomasus, uti est in codice nostro Vat.

4. Heic desinit pars Mediolanensis; quam feliciter continuat pars Romana.
5. In partibus amissis.
12. Nunc demum cognoscimus veram supplicationum, de quibus heic agit Cicero, causam; de qua frustra hactenus critici laboraverant. Ad C. Pomptinum quod attinet, is legatus Crassi rem bene iam gesserat adversus fugitivos Spartaci socios, teste Frontino Strat. II. 4. 7. Tum aliquot post annos, Pisone et Messala coss., bellum Gallicum seu Allobrogicum a C. Pomptino praetore confectum scribit Dio XXXVII. 47. 48. Triumphum denique multos post annos duxit; quem honorem diu ab invidis fuisse illi dilatum narrat Dio XXXIX. fin. De Pomptino impediente triumpho loquitur etiam Cicero ad Att. IV. 16. et ad Q. Fr. III. 4.
16. Scilicet, ut ait Paulus Sent. I. 21. fin., *qui luget, abstinere debet a conviviis, ornamentis, purpura et alba veste*.
19. Lege argumentum orationis pro Plancio.

Haec facta sunt, quum reus esset de vi P. Vatinius, accusante C. Licinio. **Nam** quum praetor C. Memmius quaesitorem sortito facere vellet, et Vatinius postularet, ut ipse accusator suus mutuas reiectiones de quaesitoribus faceret[1]; (ipsius etenim Vatinii lege, quam tulerat in tribunatu, non satis aperte neque distincte[2] apparebat, utrum sorte quaesitor esset deligendus, an vero mutua inter adversarios facienda reiectio;) conspirati quidam pro ipso Vatinio immissi, tribunal conscenderunt, et sortes, quae intra urnam continebantur, dispergere adgressi sunt; atque ita effectum est gratiose per P. Clodium, [P. 18.] ut omnia secundum voluntatem suam Vatinius obtineret.

4. Iudices quaestionum.

Eosdem et quaesitores nominabant[3], praepositos scilicet et ipsis iudicibus, quorum certus numerus de causa pronuntiare debebat.

XV. 1. Ut legati ex eius ordinis auctoritate legarentur.

— —[4] Nullo iure Vatinium dicit in legationem esse profectum, quum soleat hoc a senatu peti, ut praesides provinciarum possint quos velint amicos suos habere legatos. Hunc igitur summa inpudentia non auctoritatem senatus exspectasse, sed quodam iure privato tantam licentiam sibi depoposcisse.

2. Ut non nuntios pacis ac belli, non oratores[5], non interpretes[6].

Haec et reliqua usque ad finem copiosissimam habent —[7] varie[8] descripto legationis officio, ut hoc idem munus in omnibus recognoscas.

3. Post idem fecit in duobus prodigiis Clodius.

In consulibus Pisone et Gabinio scilicet. —[9] In invidiam P. Vatinii confertur, quasi huius temeritatis ipse Clodio dederit exemplum.

4. Neminem tribum Sergiam perdidisse.

[P. 17.] Haec enim constabat ex Sabinis et Marsis et Pelignis, quae suffragium tamen pro Vatinio tribuli suo non tulit. Et hoc ait Tullius pro gravissimo indicio habendum, ut ab iis potissimum repulsam meruerit, quorum praevalere suffragio debuisset, nisi iuste omnibus displiceret.

---

1. Cod. *quaestoribus facerent.* 2. Cod. *apertae — distinctae.* 3. Cod. *quaestores nominarent.* 4. Versiculus Gr. cum dimidio vacuus. 5. Male edd. *curatores.* 6. Cod. *interpraetes.* 7. Supple vocabulum Gr. 8. Cod. *variae.* 9. Supple vocabulum Gr.

13. Auctor ad Heren. IV. 35. ut iam observavit Pithoeus: *accusatoris officium est inferre crimina; defensoris diluere et propulsare; testis dicere, quae scierit aut audierit; quaesitoris est unum quemque horum in officio continere.* Ceteroquin quaesitoris auctoritatem in ipsos iudices cognoscimus etiam ex Cic. in Bruto LIV.

17. Notemus hanc consuetudinem. Mirus ergo fuit Furius Pilus, qui secum in provinciam inimicos suos iussit legatos ire. Val. Max. III. 7. 5. et Dio Cassius fragm. Vales. LXXXV.

32. Lege similem locum pro Planc. VIII. 1.

5. Quum ego legem de ambitu tulerim.

Hac lege, quae auctoribus M. Cicerone et C. Antonio de ambitu lata est multo severior[1], quam fuerat ante Calpurnia, L. etiam Murena causam dixerat; contra quam tamen P. Vatinium fecisse arguit; cuius ipse legibus in tribunatu, quamvis contra auspicia latis, tamen obtemperasse videatur.

XVI. 1. C. Caesarem Aquileiae quum de quibusdam esset mentio facta, dixisse C. Alfium praeteritum permoleste tulisse.

Et hic tribunus pl. actiones C. Caesaris consulis contra M. Bibulum obnixe adiuverat[2], qui repulsam meruit in praeturae[3] petitione.

2. Graviterque etiam se ferre praetorem aliquem esse factum, qui a suis rationibus dissensisset.

Domitius Calvinus praetor fuerat designatus, qui quum tribunus pl. esset, C. Caesari[4] constantissime repugnaverat.

[P. 24.] 3. Illum respondisse, Vatinium in tri|bunatu gratis nihil fecisse.

—[5] Indicatum ab[6] ipso C. Caesare de indignitate P. Vatinii, ut eum iustissime repulsam tulisse is etiam pronuntiaverit, qui ei maximam gratiam debuit ob tribunatum videlicet, in quo ac Vatinius emancipaverat Caesaris voluntati. Summae igitur aequitatis hanc repulsam facit, quae nec C. Caesari[7] displicuerit.

XVII. 1. Ab illa taeterrima furia[8] productus.

A P. Clodio † cum reum Vatinius[9], qui adversus Milonem testimonium diceret, quod habuisse armatos videretur eo tempore, quo Cicero restitutus[10] est. Sed hoc —[11] graviter in Vatinium retorsit, quod oblitus inprobitatis pristinae Milonem nunc laudaverit nuper suo testimonio lacessitum.

2. Labeculam.

Notabile *deminutivum*. Sic tamen veteres et aetatulam et nubeculam dixerunt. Sed hic consultius per deminutionem dixit, quam dicere maluisset, ut Milonis consummatam et invictam virtutem proferat, quae non possit abiecti hominis obtrectatione maculari.

3. Quum re[12] p. administranda Tito Annio cum P. Sestio consiliorum| societas fuerit.

Mire[13] complexus est causam duorum Milonis et Sestii, eam per

---

1. Sic Cod. ut p. 309. l. 19. — Maius: *severiore*. Barr. 2. Cod. *obnixae adiubaret*. 3. Cod. *praetura*. 4. Cod. *Caesaris*. 5. Versiculus Gr. vacuus. 6. Cod. *ad*. 7. Cod. *Caesaris*. 8. Ita edd. At Cod. *filia*; mendose, ut arbitror: quamquam et a Cicerone *ad Att.* I. 14. Curio dicitur *filiola* propter prostitutam Antonio pudicitiam. 9. Sic Cod. Maius coni.: *coarguit Vatinium*. 10. Cod. *restitus*. 11. Versiculus Gr. vacuus. 12. Edd. *cum in re*. 13. Cod. *mirue*.

10. Recole Sestianam cap. LIII. 1. 2.
14 Recole item Sestianam loc. cit.
25. Recole ad Milonianam XV. 3. et argumentum Sestianae.

[P. 23.] omnia simillimam fuisse; ut quum Vatinius laudaverit Milonem, nunc impudenter contra P. Sestium testimonium dicat, qui ab rebus gestis collegae[1] sui Milonis nulla in parte dissenserit[2]; nec patiatur hoc ratio veritatis, id in hoc accusari, quod in Milone laudatum sit.

4. Dixerisne in eum testimonium de vi, quem negaveris[3] reum omnino de vi fieri debuisse?

—[4] Evertit funditus auctoritatem testimonii eius, qui sibi repugnantia dixerit, quod est vitium in teste praecipuum.

EXPLICIT *IN VATINIUM.*

INCIPIT — FELICITER.

AD ORATIONEM

IN P. CLODIUM ET CURIONEM.

EDITORIS MONITUM.

Orationis Tullianae in Clodium et Curionem *pauca verba in antiquis editionibus, sed uberrima apud plures auctores extabat memoria. Laudaverunt enim ex ea particulas aliquot Quintilianus, Nonius Marcellus et Rufinianus, quas suis locis nos exhibebimus. Meminit eius etiam noster interpres ad orationem* in Vatinium *X.* 1. *Clodianum autem stuprum, quod occasionem praebuit huic orationi scribendae, sexcentis in locis commemorat Cicero. Vide, si lubet, de provinciis consularibus X. in Pisonem XXXIX. paradoxum IV. et passim pro domo, et de haruspicum responsis, et pro Milone, quae tres orationes magnam lucem affundunt huic nuper editae* in Clodium et Curionem. *Senecae item epistula XCVII. in eo scelere Clodii insectando paene tota consumitur. Adi etiam Valerium Max. VIII.* 5. 5. *Sed nusquam enucleatius quam in libro I. Ciceronis epistularum ad Atticum res tota evolvitur. Nam epist. XII. ait Cicero: „P. Clodium Appii F. credo te audisse cum veste muliebri „deprehensum domi C. Caesaris, quum sacrificium pro populo fieret, „cumque per manus servulae servatum et eductum; rem esse insigni „infamia." Tum epist. XIII. „Credo te audisse, quum apud Cae-*

---

1. Cod. *collega.* 2. Cod. *assenserit.* 3. Edd. *negaris.* 4. Versiculus Gr. vacuus.

10. Deest *in Vatinium*, quia coloratus litterarum sucus defluxit.

11. Non legitur ob praedictam causam titulus orationis, quae in codice subsequebatur; idque sane doleo; nam si forte ex ordine litterarum orationes scriptae fuerunt (Recole ad Milon. C. VII. 2.) sequi debuit oratio Ciceronis vel *pro Vatinio* vel *pro Vareno;* quam utramque desideramus.

„sarem pro populo fieret sacrificium, venisse eô muliebri vestitu „virum: idque sacrificium quum virgines instaurassent, mentionem „a Q. Cornificio in senatu factam: postea rem ex senatus consulto „ad pontifices relatam, idque ab iis nefas esse decretum: deinde „ex senatus consulto consules rogationem promulgasse; uxori Cae„sarem nuntium remisisse." Historiam controversiae in senatu actae contexit Cicero epist. XIV., ex qua etiam apparet Curionem stetisse pro Clodio. „Homines ad XV., Curioni nullum senatus consultum „facienti assenserunt: ex altera parte facile CCCC. fuerunt: acta „res est. Fufius tribunus tum intercessit: Clodius conciones miseras „habebat." Sed descriptionem plenissimam huius causae Clodianae habet epistula XVI. cum particulis ipsius orationis Tullii in P. Clodium et Curionem. *Quum haec epistula mirabiliter illustret nostra recenter edita orationis fragmenta, immo et ipsum Anonymi item nuper editum commentarium; visum nobis est eam omnino heic paene integram potius praemittere, quam identidem ad eandem minore cum fructu provocare.*

„Quaeris ex me, quid acciderit de iudicio, quod tam praeter „opinionem omnium factum sit: et simul vis scire, quomodo ego „minus, quam soleam, proeliatus sim. Respondebo tibi ὕστερον *„*πρότερον ὁμηρικῶς. *Ego enim, quamdiu senatus auctoritas mihi „defendenda fuit, sic acriter et vehementer proeliatus sum, ut clamor „concursusque maxima cum mea laude fierent. Quod si tibi um„quam sum visus in re publica fortis, certe me in illa caussa ad„miratus esses. Quum enim ille ad conciones confugisset, in hisque „meo nomine ad invidiam uteretur, dii immortales! quas ego pugnas „et quantas strages edidi? quos impetus in Pisonem, in Curionem, „in totam illam manum feci? quomodo sum insectatus levitatem „senum, libidinem iuventutis? Saepe, ita me dii iuvent! te non so„lum auctorem consiliorum meorum, verum etiam spectatorem „pugnarum mirificarum desideravi. Postea vero quam Hortensius „excogitavit, ut legem de religione Fufius tribunus pl. ferret, in „qua nihil aliud a consulari rogatione differebat, nisi iudicum „genus (in eo autem erant omnia) pugnavitque, ut ita fieret; quod „et sibi et aliis persuaserat, nullis illum iudicibus effugere posse; „contraxi vela, perspiciens inopiam iudicum; neque dixi quicquam „pro testimonio, nisi quod erat ita notum atque testatum, ut non „possem praeterire. Itaque, si caussam quaeris absolutionis (ut iam „*πρὸς τὸ πρότερον *revertar) egestas iudicum fuit et turpitudo. Id „autem ut accideret, commissum est Hortensii consilio: qui dum „veritus est, ne Fufius ei legi intercederet, quae ex S. C. ferebatur, „non vidit illud, satius esse, illum in infamiae relinqui sordibus, „quam infirmo iudicio committi: sed ductus odio properavit rem „deducere in iudicium, quum illum plumbeo gladio iugulatum iri „tamen diceret. Sed iudicium, si quaeris quale fuerit, incredibili „exitu; sic uti nunc ex eventu ab aliis, a me tamen ex ipso initio „consilium Hortensii reprehendatur. Nam ut reiectio facta est „clamoribus maximis, quum accusator, tamquam censor bonus, „homines nequissimos reiiceret, reus, tamquam clemens lanista, fru-*

„galissimum quemque secerneret; ut primum iudices consederunt, „valde diffidere boni coeperunt: non enim umquam turpior in ludo „talario consessus fuit: maculosi senatores, nudi equites, tribuni „non tam aerati quam, ut appellantur, aerarii. Pauci tamen boni „inerant, quos reiectione fugare ille non potuerat, qui maesti inter „sui dissimiles et maerentes sedebant, et contagione turpitudinis „vehementer permovebantur. Hic, ut quaeque res ad consilium pri„mis petitionibus referebatur, incredibilis erat severitas, nulla varie„tate sententiarum: nihil impetrabat reus: plus accusatori dabatur, „quam postulabat: triumphabat (quid quaeris?) Hortensius se vi„disse tantum: nemo erat, qui illum reum ac non milliens condem„natum arbitraretur. Me vero teste producto, credo te ex accla„matione Clodii advocatorum audisse, quae consurrectio iudicum „facta sit, ut me circumsteterint, ut aperte iugula sua pro meo „capite P. Clodio ostentarint. Quae mihi res multo honorificentior „est, quam aut illa, quum iurare tui cives Xenocratem testimonium „dicentem prohibuerunt; aut quum tabulas Metelli Numidici, quum „hae, ut mos est, circumferrentur, nostri iudices aspicere noluerunt, „multo haec, inquam, nostra res maior. Itaque iudicum vocibus, „quum ego sic ab his, ut salus patriae, defenderer, fractus reus et „una patroni omnes conciderunt. Ad me autem eadem frequentia „postridie convenit, quacum abiens consulatu sum domum reductus. „Clamare praeclari Ariopagitae, se non esse venturos, nisi praesidio „constituto. Refertur ad consilium: una sola sententia praesidium „non desideravit. Defertur res ad senatum: gravissime ornatissime„que decernitur, laudantur iudices, datur negotium magistratibus, „responsurum hominem nemo arbitrabatur. Ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι, „ὅππως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε. Nosti Calvum ex Nanneianis illum „laudatorem meum, de cuius oratione erga me honorifica ad te „scripseram. Biduo per unum servum, et eum ex ludo gladiatorio, „confecit totum negotium: accersivit ad se, promisit, intercessit, „dedit. Iam vero (o dii boni! rem perditam!) etiam noctes certa„rum mulierum atque adulescentulorum nobilium introductiones „nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Ita summo „discessu bonorum, pleno foro servorum, XXV. iudices ita fortes „tamen fuerunt, ut, summo proposito periculo vel perire maluerint, „quam perdere omnia; XXXI. fuerunt, quos fames magis, quam „fama, commoverit: quorum Catulus quum vidisset quendam, quid „vos, inquit, praesidium a nobis postulabatis? an, ne nummi vobis „eriperentur, timebatis? Habes, ut brevissime potui, genus iudicii „et causam absolutionis. Quaeris deinceps, qui nunc sit status rei „publicae et qui meus. Rei publicae statum illum, quem tu meo „consilio, ego divino confirmatum putabam, qui bonorum omnium „coniunctione et auctoritate consulatus mei fixus et fundatus vide„batur, nisi quis nos Deus respexerit, elapsum scito esse de manibus „uno hoc iudicio; si iudicium est, triginta homines populi R. levis„simos ac nequissimos, nummulis acceptis, ius et fas omne delere, „et, quod omnes non modo homines, verum etiam pecudes factum „esse sciebant, id Talnam et Plautum et Spongiam et ceteras huius-

„*modi quisquilias statuere numquam esse factum. Sed tamen ut* „*te de re publica consoler, non ita, ut sperarunt mali, tanto im*„*posito rei publicae vulnere, alacris exultat improbitas in victoria.* „*Nam plane ita putaverunt, quum religio, quum pudicitia, quum iu*„*diciorum fides, quum senatus auctoritas concidisset, fore ut aperte* „*victrix nequitia ac libido poenas ab optimo quoque peteret sui* „*doloris, quem improbissimo cuique inusserat severitas consulatus* „*mei. Idem ego ille (non enim mihi videor insolenter gloriari, quum* „*de me apud te loquor, in ea praesertim epistula, quam nolo aliis* „*legi) idem, inquam, ego recreavi afflictos animos bonorum, unum* „*quemque confirmans et excitans: insectandis vero exagitandisque* „*nummariis iudicibus omnem omnibus studiosis ac fautoribus illius* „*victoriae παῤῥησίαν eripui. Pisonem consulem nulla in re consistere* „*umquam sum passus: desponsam homini Syriam ademi: senatum* „*ad pristinam suum severitatem revocavi atque abiectum excitavi:* „*Clodium praesentem fregi in senatu, quum oratione perpetua, ple*„*nissima gravitatis, tum altercatione eiusmodi, ex qua licet pauca* „*degustes. Nam cetera non possunt habere eandem neque vim neque* „*venustatem, remoto illo studio contentionis quem ἀγῶνα vos appel*„*latis. Nam, ut Idibus Maiis in senatum convenimus, rogatus ego* „*sententiam multa dixi de summa rei publicae, atque ille locus* „*inductus est a me divinitus, ne una plaga accepta patres con*„*scripti conciderent, ne deficerent: vulnus esse eiusmodi, quod* „*mihi neque dissimulandum neque pertimescendum videretur: ne* „*aut ignorando stultissimi*) iudicaremur: bis absolutum esse Len*„*tulum, bis Catilinam: hunc tertium iam esse ab iudicibus in rem* „*publicam immissum. Erras Clodi: non te iudices urbi, sed carceri* „*reservarunt: neque retinere in civitate, sed exilio privare voluerunt.* „*Quamobrem, patres conscripti, erigite animos, retinete vestram* „*dignitatem. Manet illa in re publica bonorum consensio: dolor* „*accessit bonis viris; virtus non est imminuta: nihil est damni factum* „*novi; sed, quod erat, inventum est: in unius hominis perditi iudicio* „*plures similes reperti sunt. Sed quid ago? paene orationem in* „*epistulam inclusi. Redeo ad altercationem. Surgit pulchellus* „*puer: obiicit mihi, me ad Baias fuisse. Falsum; sed tamen quid* „*hoc? Simile est, inquam, quasi in operto dicas fuisse. Quid,* „*inquit, homini Arpinati cum aquis calidis? Narra, inquam, patrono* „*tuo, qui Arpinates aquas concupivit; nosti enim Marianas**).* „*Quousque, inquit, hunc regem feremus? Regem appellas, inquam,* „*quum Rex tui mentionem nullam fecerit? Ille autem Regis heredi*„*tatem spe devorarat. Domum, inquit, emisti. Putas, inquam,* „*dicere, iudices emisti? Iuranti, inquit, tibi non crediderunt. Mihi* „*vero, inquam, XXV. iudices crediderunt: XXXI. quoniam nummos* „*ante acceperunt, tibi nil crediderunt. Magnis clamoribus afflictus*

*) Locum hiantem Lambinus ex cod. Memm. explebat sic: *aut metuendo ignavissimi*, ut cl. Beierus adnotat. Ego in codd. Ambrosianis nullum supplementum inveniebam.

**) Ita unus codex apud Ursinum, pro *marinas*; ut admonet cl. Beierus. Confer infra cap. IV. 4.

„*conticuit et concidit. Noster autem status est hic. Apud bonos* „*iidem sumus, quos reliquisti; apud sordem urbis et faecem multo* „*melius, quam reliquisti: nam et illud nobis non obest, videri no*„*strum testimonium non valuisse. Missus est sanguis invidiae sine* „*dolore: atque etiam hoc magis, quod omnes illi fautores illius* „*flagitii rem manifestam illam redemptam esse ab iudicibus con*„*fitentur.*"

Haec ad declarandam historiam ac paene cursum huius orationis sufficiant: cuius nos integrum argumentum amplumque antiqui interpretis commentarium deprehendimus, non sine multis et nobilibus fragmentis ipsius deperditae orationis. Scripta est autem haec oratio consulibus Pisone et Messala, id est, Ciceronis anno XLVI. urbis DCLXXXXIII.

INC. IN P. CLAUDIUM.[1]

ARGUMENTUM.

Apud Graecos *huiusmodi genera orationum* ἐπαινοῦντα καὶ ψέγοντα[2] nominantur, continentia ferme laudes et vituperationes. Non enim rei postulantur a Tullio vel C. Curio vel P. Clodius; sed quoniam habuerant in senatu quandam iurgiosam decertationem, visum Ciceroni est hanc orationem conscribere plenam sine dubio et asperitatis et facetiarum, quibus mores utrinsque proscindit, et de singulorum vitiis quam potest acerbissime loquitur. Sed enim principium huius offensae fertur a P. Clodii † iratu[3] descendisse. Nam visus est in domo pontificis maximi C. Caesaris eiusdemque praetoris incestum fecisse cum eius uxore Pompeia, quum eo tempore[4] per Vestales virgines et matronas honestissimas in operto Bonae Deae sacrificium viris omnibus inaccessum fiebat. Unde elapso tamen Clodio, magna invidia percrebuit et infamia caerimoniarum, ut senatus decernere cogeretur, omni[5] diligentia consulum pervestigandum, si quod esset publicis religionibus inlatum flagitium. Accedebat huc etiam praeiudicium quoddam C. Caesaris ipsius pontificis, qui uxorem suam illico repudiavit.

1. Ita Cod. hoc loco habet *Claudium*, sed deinceps in aliarum paginarum titulis plerumque *Clodium*. Nimirum scribebant Romani *Clau.*, pronunciabant *Clo.*; qui fere mos est hodiernorum Gallorum. 2. In codice locus sic se habet: *apud Graecos . . . nominantur* cet., spatio relicto. Cuiusmodi spatia vacua haud raro occurrunt in Codice, quae plerumque replenda sunt voculis Graecis, quas librarius, quia Graece fortasse erat ignarus, omisit. Visum autem nobis est supplere ἐπαινοῦντα καὶ ψέγοντα. Consulatur Aristoteles Rhetoric. lib. 1. cap. 3., itemque Isocrates Panath. edit. Wolfiane per Crispinum p. 557. A. Nisi quis mavult supplere ἐπιδεικτικὰ ex Cicerone in Oratore XI. et Fortunatiano Rhet. lib. 1. sub initio. 3. Sic Cod. Maius *incestu*. Malim *reatu*. Cfr. p. 331. l. 11. Os. 4. Cod. *cum eo tempore*. Mai. €. *eo tempore, quo*. 5. *omni* de Beieri coni. Maius. Cod. *omnia*.

22. Consonat Quintilianus Inst. III. 7.: „Editi in competitores (in consulatus petitione, Antonium et Catilinam), In L. Pisonem, IN CLODIUM ET CURIONEM libri, vituperationem continent; et tamen in senatu loco sunt habiti sententiae."

Post quod reus de incesto[1] factus est P. Clodius, accusante L. Lentulo, defendente C. Curione patre. Nam tres illis temporibus Curiones illustri nomine extiterunt, atque ita in libris adhuc feruntur; Curio avus, qui Servium Fulvium incesti reum defendit; et hic C. Curio pater, qui P. Clodio adfuit; et tertius ille Curio tribunicius, qui bello civili Pompeiano in Africa periit: quum *enim*[2] esset partium Caesaris, oppressus est ab equitibus Iubae regis. Sed haetenus de Curionibus dictum sit. Multum diuque habitis concertationibus ante iudicium, P. Clodius a turbulenta multitudine, ne causam diceret, non sine impetu seditionis adiutus est: auctore huius conspirationis Q. Fufio Caleno tribuno pl., cuius mentionem creberrimam Tullius in Philippicis[3] orationibus facit. Obstante vero paene[4] universo senatu pro sanctimonia religionum adversus crimen incesti, indiecs tamen ad extremum dati sunt. Et primo quidem ab senatu praesidium petiverant, *ut* de Clodio potentissimo homine liberius iudicaretur. Verum ita res cecidit, ut in eum multi grave testimonium dicerent; quorum in numero Marcus ipse Tullius interrogatus, ait ad se salutatum venisse ipsa die Clodium, qua se ille contenderat Interamnae[5] fuisse, millibus passuum ferme LXXXX. ab urbe disiunctum; quo scilicet videri volebat, incesti Romae committendi facultatem non habuisse. Et post haec ab iudicibus XXV. damnatus est. Praevaluit tamen ad eius victoriam maior eorum numerus, qui absolverunt: nam XXX. et una pro eo sententiae latae sunt. Inde igitur kapitalis[6] inimicus in M. Tullium coepit efferri[7] et, quum illo anno potestate[8] quaestoria fungeretur, apud populum creberrimis eum contionibus lacessebat: minas quin immo praetendens, ad familiam se plebeiam transiturum, ut tribunus pl. fieret, denuntiabat.

---

1. Ita Cod., non *incesta*. 2. Schuetz. *Nam quum esset*. Possit item legi *oppressus*, expuncto v. *est*. Beran. 3. Cod. *filippicis*. Retineo autem *F* pro *PH*, quia haec scriptio non est infrequens in antiquis Latinis codicibus. Vide ex. gr. Symmachum laud. I. in Valentin. sen. cap. IX. laud. II. cap. XXV. laud. in Gratian. c. VII. 4. Cod. *pene* hoc loco, ut alibi fere semper scribitur *paene*. 5. Codex habet corrupte *Interomne*. Contra superius item mendose, *aequitibus*, *caecidit*, pro *equitibus*, *cecidit*. Nimirum diphthongorum ratio valde est in Codice perturbata; quod quidem, meo iudicio, demonstrat scribere solitos fuisse Romanos *ae*, sed pronuntiare *e*; veluti retro observavi ou pronuntiari solitum *o*. 6. Ita Cod. literâ Graecâ *kapitalis*. Sic inferius occurret *kaput*. Cicero ipse in Oratore XLVIII. scripsit *Karthaginem*. Sic aped veteres non raro occurrunt *kalendae*, *kalumnia*, *karissimus* cet. Vide Quintil. Inst. I. 7.; Frontonem in exemplis elocutionum voc. *K*; Marcianum Capellam lib. III. cap. de mutis; et in Putschio Terentianum p. 2400.; Valer. Prob. p. 1515. tum denique Cellarium Orthogr. edit. Patav. 1724. p. 7. 7. — *efferari* Schuetz. 8. Cod. *testate*.

5. Nempe in eorum orationibus, quae adhuc supererant, quum hic commentarius scribebatur. Plinius hist. VII. 41. *una familia Curionum, in qua tres continua serie oratores exstiterunt.*

11. Asconius ad orat. pro Mil. VI. narrat: *per Fufium* (seu *Fusium*) *illo tempore, quo de incestu P. Clodii actum est, factum, ne a senatu asperius decerneretur.*

12. Vide praesertim octavam; tum etiam decimam, undecimam et duodecimam.

18. Hoc Clodii mendacium ridet Cicero etiam pro domo XXX. et pro Mil. XVII.

26. Id reapse praestitit Clodius, quum ut a Fonteio adoptaretur curavit. Vide pro domo XIII—XIV. et de haruspicum resp. XXVII.

Quibus minacissimis illius vocibus[1] vehementer et acerrimo spiritu hac oratione Cicero respondit, † duorum, tam ipsius quam Curionis.

INCIPIT ORATIO CUM COMMENTARIO.

I. 1. Statueram[2], P. C., quoad reus esset P. Clodius, nihil de illo neque aput vos neque alio ullo in loco dicere.

Facere videtur hoc *in argumentum*[3] gravitatis et modestiae suae; verum summa[4] cum asperitate, quamvis absolutus sit Clodius, tamen incestum vere commisisse adhuc adseverat. Hoc enim testificando, se omni el humanilate et patientia P. Clodio pepercisse, sine dubio confirmat veritatem sui testimonii, ut omnia de illo cum fide dixerit, cui per illud tempus reatus parcendum putaverit.

2. Ac furiosis contionibus indixerat.

Opportune[5] et acriter furiosum P. Clodium dicit, ut in eum suspicio conveniat incesti, cuius ingenium furore iactetur.

3. Quod simul ab eo mihi et rei p. denuntiabatur[6].

Et suae dignitati plurimum dedit, et P. Clodium vehementius accusavit. Nam gloriae Ciceronis accedit, quod seiungi a re p. non potest, invidiae autem P. Clodii adstruitur, si odisse videatur in Cicerone rem p.

4. Nihil me addere[7] ad alterius periculum.

Satis agit, ut in testimonio non existimetur esse mentitus.

5. Sin esset iudicatum non videri virum venisse, quo iste venisset.

Amaritudo stomachi est in hac sententia, qua perstringit mores P. Clodii scilicet impudicos ita dicendo: „non videri virum venisse, quo iste venisset." Quasi hoc pronuntiaverint[8], qui eum sententiis suis liberaverunt, non ut incestum sibi probari non potuisse dicerent, sed ut ipsum virum negarent.

6. Ut ille iudicio tamquam e naufragio nudus emersit.

Hoc[9] in loco et ipsorum iudicum perstringit infamiam, quorum sententiis fuerat absolutus. Nam partim treeena milia, partim vero, secundum opiniones aliorum, quadringena accepisse dicuntur.

---

1. Schuetz.: — *min. territus vocibus.* In seqq. *duorum* latere videtur corruptela. Maius proposuit: *orationibus duorum.* 2. Cod. *staturam.* 3. Spatium est in codice, quod sic replevi. Mai. Beier supplevit *ad commendationem.* 4. Cod. *summae.* 5. Cod. *opportunae.* 6. Cod. *denuntiabantur.* 7. Cod. *adere* pro *addere.* Et sic in fragmentis Orationis pro Tullio. 8. Cod. *pronuntiaverit.* 9. Ita supplet N. *hoc.* Confer infra III. 5. Beier suspicabatur: *In ioco.*

2. Sensus videtur huiusmodi: *hac oratione Cicero respondit orationibus duorum* cet.

29. Locus hic paulo liberius laudatur a Quintiliano tost. VIII. 3. sub finem sic: *quo ex iudicio velut ex incendio nudus effugit.* Iam simili locutione adversos Clodium utitur Cicero etiam de haruspicum resp. XVIII. *te iudices emiserunt excussum et exhaustum; suo iudicio absolutum, omnium condemnatum.*

II. 1. „Ac vide, an facile fieri tu potueris, quum is factus „non sit, cui tu concessisti." Syriam sibi nos extra ordinem polliceri.

Diximus in argumento, per illud tempus Clodium fuisse quaestorem. Opimas igitur provincias cupiditati suae blandientem dicit in animo habuisse: quasi hoc ab senatu consequi posset, quod ipse rapinarum meditatione gestiret.

2. Creditoribus suis spem ostentare provinciae videretur.

Et defeneratum[1] hac in parte significat.

3. Augent magnum quendam cumulum aeris alieni.

Quod non posset nisi omnium provinciarum spoliatione dissolvi.

4. Ingemuit gravius timidior quidam creditor.

Ne quaesieris eius personam, de quo videtur hoc dicere. Nam generatim fingit, ut desperatio pecuniae recuperandae consternaverit creditores eius, metuentes scilicet revertendi tarditatem.

5. Confirmat se comitiis consularibus Romae futurum.

Aculeus est asperitatis. Nam plerisque in locis interversas[2] ab eodem Clodio criminatus est pecunias candidatorum.

6. Tanto prius ad aerarium venit, ut ibi ne scribam quidem quemquam offenderet.

Apud aerarium sortiri provincias et quaestores solebant et scribae, ut pro certo appareret, in quam provinciam, vel cum quo praeside proficiscerentur. Ardorem quendam nimiae cupiditatis volens exprimere, festinasse ad aerarium dixit, ut etiam scribarum praeveniret adventum.

III. 1. „Quibus iste", qui omnia sacrificia nosset, „facile ab se deos placari posse arbitrabatur."

---

1. Nempe *fenoribus exhaustum*. 2. *interversas* emendavit Beier. Cod. et Mai. *in perversas*.

2. Verba haec laudata a Quintiliano Inst. V. 10. ex oratione in Clodium et Curionem heic addenda videbantur, quae a Codice Ambrosiano absunt.

Ibid. Ipse Clodius Gabinio Syriam deinde regendam dedit, cuius nimirum consulis ope Ciceronem pepulerat in exilium. Vide pro domo XXVI., et de provinciis consul., et pro Sestio atque in Pisonem passim; denique Plutarchum in Cicerone. Et quidem Clodius negabat quemquam ulli publicae rei extra ordinem esse praeficiendum. Vide Cic. pro domo VIII.

13. Asconius ad act. I. in Verr. VIII.: *horum nomina quidam inepte quaerunt: quasi certum sit, quod dicitur, et non de industria fingatur a Tullio ad invidiam adversariorum et sui defensionem.*

21. Confer in Catil. IV. 7. ibique Scholiastam barbarinorem a Gronovio editum, qui nunc tamen praesidium suffragiumque adfirmationi suae ab antiquo Ambrosiano accipit. Niasuna.

27. Hunc locum citat Quintilianus Inst. IX. 2. sub finem. Et quidem Codex Ambrosianus habet tantum verba *qui omnia sacrificia nosset*.

Ut incestum significaret, mediam[1] suspendit elocutionem, non ut religionem praetenderet, sed ut crimen.

2. Quum se ad plebem transire velle diceret[2], sed misere fretum transire cuperet.

Quoniam patriciis non licebat tribunatum pl. accipere, idcirco se Clodius denuntiaverat in plebeiam familiam transiturum, ut adeptus hanc potestatem de suis inimicis vindicaretur. De freto autem quod ait, illud significat, quo Sicilia ab Italia separatur; in qua se provincia sub C. Vergilio gratularetur idem[3] futurum esse quaestorem.

3. Hanc loquacem Siciliam non despexit.

Loquacem videtur Siciliam dicere, quod plerosque de pecuniis repetundis[4] accusaverant, sed ut scimus, ipsum C. Verrem.

4. Accesserunt ita pauci, ut eum non ad contionem, sed sponsum diceres advocasse.

Aere alieno gravatum et supra dixerat Clodium. Solebant autem versuram facientes quasi ad spem[5] solutionis futurae sponsores dare. Verum hic volens eius perfidiam denotare, ait: non aliter paucos ad rostra venisse, quam si convocasset eos, qui pro se sponderent. Multos enim fefellerat, quum periculo sponsionis adstringeret.

5. Cuius satisdationes semper dicuntur[6] induci.

Satisdationes dicit rescindi sententia praetoris. Et hoc in loco significat viros, qui stulte timerent pro Clodio mutuante pecuniam spondere[7], quum saepenumero experti sint, multos sponsores eius hoc nexu liberatos, quum se[8] circumventos illius fraude docuissent.

---

1. Cod. correpte *significare medies suspendit elocutionem.* Porro ob loci intelligentiam adest similis in hac Orat. infernis VI. 2. *notemus verborum medietates elegantissime ab oratore suspensa.* Confer eundem nostrum interpretem ad orat. pro Plancio X. 6. 2. Cod. *dicare.* 3. Fortasse *eidem.* Or. 4. Cod. *repetundiis.* Cod. *accusaverant, sed ut scimus* cet. Maius coni. *accusaverat, et ut scimus* cet. Beier sic: — *quod plures quidem de pecuniis repetundis accusaverant; sed ut scimus ipsum C. Verrem.* Malim: *quod plerosque de pecuniis repetundis accusaverunt; sed, ut scimus, primum C. Verrem.* Or. 5. Codex obliterates videbatur mihi habere *adeem*, eamque putavi vitiosam metathesin pro *eadem.* Sed rectius emendare videtur cl. N. *ad spem.* Mai. Beier: *ad fidem solutionis [eius] futurae.* Certe eius supplementum est prorsus supervacaneum. Or. 6. Ita N. At Cod. *indicuntur.* (Beier: *iudicantur induci.* Or.) 7. Cod. *spondeant.* 8. Cod. *es.*

9. C. Vergilius Siciliam obtinebat praetor etiam, quum Cicero in exilium profectus est. Namque ita de suo illo itinere scribit Cicero pro Planc. XL.: *Siciliam petivi animo, quae et ipsa erat mihi, sicut domus una, coniuncta: et obtinebatur a C. Vergilio, quocum me uno vel maxime quum vetusta amicitia, tum mei fratris collegia, tum res publica sociarat.*

12. Cod. *accusaverant, sed ut scimus* cet. Cicero libr. II. in Verr. cap. 3. ait in neminem civitates Siculas ante Verrem testimonium publice dixisse. Quod ibi confirmat Asconius scribens in commentario: *recte, quia Lepidus legibus tantum interrogatus, necdum etiam coeperat accusari.* Verum causa Verrina acta est anno uno ante hanc Clodianam. Ergo Cicero eiusque interpres dicunt Siciliam loquacem et accusatricem multorum post causam Verrinam.

24. Puta, si non praedixisset palam ac declarasset: de qua re Caius III. 123. *Lege cautum est, ut is, qui sponsores aut fidepromissores accipiat, praedicat*

IV. 1. [*intel*lego quam in absentem[1] esse dicenda.] Primum homo durus ac priscus invectus est in eos, qui mense Aprili apud Baias essent, [et aquis calidis uterentur.]

Consuetudo erat multis, ineunte verno, ad aquarum, quae sunt in Campania, velut fomenta salubria convenire. Igitur intulit personam Clodii, quasi priscae severitatis et continentiae viri, cui displiceant et quae non ad delicatam voluptatem, sed ad valetudinis obtinendae curam fieri soleant, quum sit[2] ipse omnium libidinum cupiditatibus deditus. Et hinc fiet gradus ad ipsius Ciceronis Puteolanas possessiones, in quas devertere ad oblectamentum solebat. Removit ergo impudentiam reprehendentis a moribus suis, ne vel superbus vel nimium delicatus[3] habeatur.

2. [Quid cum hoc homine nobis tam tristi ac severo? Non possunt hii mores ferre hunc tam austerum et tam vehementem magistrum,] per quem hominibus maioribus natu ne in suis quidem praediis [inpune] tunc[4], quum Romae nihil agitur, liceat esse valetudinique servire. [Verumtamen ceteris . . sit ignoscere . . vero[5] . . in illo loco nullo modo. Quid homini, inquit, Arpinati cum Baiis, agresti ac rustico?]

Congesta et copiosa defensio est in ipsa propositione: ut eorum moribus nihil oporteat exprobrari[6], qui certo tempore anni salubres aquas petant; vel quia aetate provecti sint, quae ferme valetudo parum fida est; vel quia in suis praediis demorentur, quod est legitimae honestatis; vel quia eo tempore, quo sint Romae omnia quietissima, ne quis hoc ad fugiendum laborem civilium rerum facere videatur: vel quod sit omni modo valetudini serviendum, quae non minus ipsis senatoribus, quam rei p. necessaria sit, ut fortius possint obire munia, quae gerenda sunt.

3. [Quo loco] ita fuit caecus, ut facile appareret, vidisse eum, quod fas non fuisset:

---

1. Cod. Taur. *inabgente*. 2. Cod. *sint*. 3. Cod. *delictus*. 4. Taur. *tum*. 5. In lacunis perierunt quattuor circiter vocabula. Iam verba *sit ignoscere vero* habet quidem ci. Peyronius p. 65. in grandiore scriptura, verum eadem incaute omisit in minore p. 115. 6. Cod. *exproburi*, uti in Orat. de aere alieno Milonis II. 6. *exprobare*.

palam et declaret, et de qua re satis accipiat, et quot sponsores aut fidepromissores in eam obligationem accepturus sit: et nisi praedixerit, permittitur sponsoribus et fidepromissoribus intra diem XXX. praeiudicium postulare, quo quaeratur, an ex eo lege praedictum sit. Et si iudicatum fuerit praedictum non esse, liberantur.

1. Ex hoc loco incipiunt fragmenta quaedam huiusmet orationis a cl. Peyronio e Taurinensi codice edita: quae a me praetermittenda non sunt, etiam si Ambrosianus interpres ad ea non sit commentatus. Taurinensia tamen additamenta, distinctionis gratia, uncis includam.

30. Hunc locum illustrat Cicero de harusp. resp. XVIII., qui loquens de eodem hoc stupro Clodii sic ait: *aut quod oculos, ut opinio illius religionis*

De Appii enim Caeci familia genus trahebat. Et praecipitem volens significare atque temerarium, resculpit infamiam illius incesti, quod fecisse in operto Bonae Deae videbatur, quo viris ingredi non liceret: quasi poenam criminis sui luere iam coeperit nihil providendo, quod dicat.

4. [Nec enim respexit] illum ipsum patronum libidinis suae [non modo apud Baias esse, verum eas ipsas aquas habere, quae gustu tamen Arpinatis fuissent. Sed videte metuendam inimici et hostis bilem et licentiam. Is me dixit aedificare; ubi nihil habeo, ibi fuisse qu . . . enim non. . .[1] patentem adversarium, qui id obiiciat, quod vel honeste confiteri, vel manifesto redarguere possis?]

C. Curionem, qui de proscriptione Syllana fundum emerat in Campania, qui Marii nuper fuerat et ipsius Arpinatis. Quo se exemplo facillime Cicero purgavit, non esse id in se repraehendendum[2], quod municipi suo C. Mario consulari nunquam fuerit infame.

V. 1. Nam rusticos ei nos videri, minus est mirandum, qui manicatam tunicam [et mitram et purpureas fascias habere non possumus.] „Tu vero festivus, tu elegans, tu „solus urbanus; quem decet muliebris ornatus, quem inces- „sus[3] psaltriae, qui effeminare vultum, attenuare vocem, „laevare[4] corpus potes."

---

1. Periarnat in lacanis vix tria vocabula. 2. Ita Cod. haic at plerumqaa alibi eam diphth. 3. Cod. *incanaaus.* 4. Ita *laev.* Cod. Taar. p. 66.; at deterias ad. p. 115. *lev.* Porro quod cl. Payronias la Scholiis p. 174. dicit *lavara* positum pro *minuera;* mihi aliter vidatar, nampe pro *levigara.* Neque Naaii testimoniam de hac · ra video.

est, non perdidisti. Quis enim ante te sacra illa vir sciens viderat, ut quisquam poenam, quae sequeretur illud scelus, scire posset? An tibi luminis obessat caecitas plus quam libidinis? Ne id quidem sentis, conniventes illos oculos abavi tui magis optandos fuisse? Confer etiam de domo XL.

16. Hinc iam commode explicatur Ciceronis locus (superius in monito), cuius sensum nondum interpretes adsecuti fuerant. Ait ibi Cicero Clodium sibi obiecisse delicias: *quid, inquit, homini Arpinati cum aquis calidis? narra, inquam, patrono tuo, qui Arpinates aquas concupivit.* Curio Clodii patronus emerat fundum, qui Marii Arpinatis fuerat. Quid mihi Arpinati, inquit Cicero, balneas obiicis? obiice potius patrono tuo Curioni, qui Arpinatis hominis fundum et aquas concupivit. Commentario nostro quum carerent interpretes, alii *patronum* Clodii intellexerunt Clodiam sororem, ut Corradus, Iunius, Gronovius. Alii ignotum quemdam, ut Malaspina. Casaubonus etiam turpicula quaedam in hunc locum invexit, *Arpinates aquas* explicans *συνουσίαν*.

18. Hnc usque laudatur hic locus partim a Rufiniano de fig. sent. cet. sub initium, partim a Nonio voc. *elegantes.* Sed integriorem nos dedimus ex Cod. Taurinensi.

22 Tunicae manicatae exprobrantur viris etiam Aeneid. IX. 616. *et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae.* Tum Thebaid. VII. 657. *brachiaque in manicis et pictae vincula plantae.*

Mixta responsio et facetiis urbanitatis et asperitatis virulentia non sine χλευασμῷ[1]. Definit enim rusticos et urbanos ita, ut in se ingenium sobriae virtutis, in Clodio indicia foeditatis et dedecora proscribat.

2. [O singulare prodigium! at[2] o monstrum! Nonne te huius templi, non urbis, non vitae, non lucis pudet? Tu] qui indutus muliebri veste fueris, [virilem vocem audes emittere, cuius importunam libidinem et stuprum cum scelere coniunctum ne subornandi quidem mora retardavit.]

Videtur enim Clodius habitu muliebri sexum mentitus penetrasse domum C. Caesaris, ut incestum sub hac fraude committeret. Id describitur[3], - - - ut omnia liniamenta turpitudinis detegantur.

3. Tune, quum vincirentur pedes fasciis, quum calautica[4] capiti accommodaretur, quum vix manicatam tunicam in lacertos induceres, quum strophio accurate praecingerere, in tam longo spatio nunquam te Appii Claudii nepotem esse recordatus es? Nonne, etiam si omnem mentem libido averterat, tamen ex . . .

Ornamenti[5] genus, quo feminae capita velabant, hoc nomine[6] ferebatur. Et Afranius meminit in Consobrinis ita dicens: CUM MITHRIS, CALAUTICIS. Impudico igitur habitu erubescendi decoris quaedam figura describitur. Atque ita se et in historia temporis huius commemoratio habet. C. Caesaris pontificis maximi praetoris domi sacrificium sollemne pro populo fiebat. Huc vir ornatu muliebri quod introierat, sacrificium instauratum est. Res ad senatum delata est. Patres conscripti decreverunt, *ut*[7] de ea re non aliter quam de incestu quaereretur. Eo crimine reus factus est P. CL. Pulcher, delatore L. Lentulo, qui consul fuit post cum C. Marcello; subscribentibus Cn. et L. Lentulis. Aurelia Caesaris mater testis in iudicium citata

---

1. Codex habet; *mixto responsia et facetis urbonitatis et osperitatis video lenitie non sine*. Tum sequitur spatium. Placent autem mihi cl. Beieri duorum verborum supplementa. 2. *ad* Cod. Taur. pro *at*. (Leg *atque monstrum* cum Madvigio.) 3. Spatium unius versus relinquitur in Codice. 4. *Calauticu*, non *calantica*, hic et inferius habet Codex Ambrosianus. Et quidem ita quoque Ulpianus in *Digestis* lib. XXXIV. tit. 2. leg. 25. Vide etiam Vossium in *Etymol.*, et Vinetum in notis ad Auson. perioch. V. Odysseae. Glossarium Philoxenianum habet *cacautica*, quod vocabulum ibidem explicatur εἶδος ζώνης. Cod. Taurin. *calvatica*. 5. Spatium est in Codice, quod iure replevimus vocabulo *ornamenti*, quia Ulpianus loco nuper laudato recenset *calauticam* inter ornamenta muliebria. 6. Scilicet *calautica*. 7. Ita supplet *ut* ill. N. (et Schnelz.).

6. Clodium ita indutum graphice describit Cicero etiam de harusp. resp. XXI.

13. Locum laudat Nonius ex oratione in Clodium voc. *calantica* et *strophium*. Codex autem Ambrosianus habet tantum verba *quum calautica capiti accommodaretur*, quae paulo immutavit Nonius sic: *quum calanticam capiti accommodares*. Reliqua verba sunt ex Cod. Taurin.

20. In Afranii fragmentis, quae supersunt, laudantur aliquot loci ex *Consobrinis*, verum hic erat adhuc ineditus. Codex autem evidenter habet *mithris*, non *mitris*.

est[1]. Ea pro testimonio dixit suo iussu eum esse dimissum. Idem dixit Iulia soror Caesaris. Et tamen post haec absolutus est.

4. Sed, credo, postquam speculum tibi adlatum est, longe te a pulchris abesse sensisti.

Festivissime simul et nobilitatem generis infamatam et mores femineos in speculi contemplatione detexit, quo ferme ad explorandam curae[2] suae diligentiam mulieres uti solent. Ergo et inliberalem figuram probro dedit et maiorum suorum dissimillimum contestatus est. Nam fuit hoc Claudiae familiae cognomen illustre. Quippe antiquitus P. Claudius Appii Caeci filius primus ex isto genere Pulcher appellatus est. Hic[3] consul aput Drapanam[4] adversus auspicia Poenis classe conflixit. Ea pugna Romanorum naves perierunt CXX. Ob id factum dies ei dicta perduellionis a Pullio[5] et Fundanio tr. pl. Quum comitia eius rei fierent et centuriae introducerentur, tempestas turbida coorta est. Vitium intercessit. Postea tr. pl. intercesserunt, ne idem[6] homines in eodem magistratu perduellionis bis eundem accusarent. Itaque actione mutata, iisdem accusantibus, multa inrogata, populus eum damnavit aeris gravis CXX. millibus.

VI. 1. At sum[7], inquit, absolutus. Novo quidem hercle more, cui uni absoluto lites aestimatae sunt.

Victoriam quoque iudicii[8] orator convertit in dedecus, inopinata

---

1. Cod. *in iudicio ita est.* Fortasse igitur scribendum. *Aurelia Caesaris mater testis in iudicio: ita est, ea pro testimonio dixit, suo* cet. Ego olim scripsi *accita;* Beierus *citata.* (Hoc anice reclam. Oe.) 2. *curae* i. e. apparatae, ornatae. Beierus volebat *figurae*, quod minus congruit cum v. *diligentiam.* Oe. 3. Cod. *hi.* 4. Ita codex *Drapanam*, et inferius *confixit*, quod emendavi *conflixit.* 5. Ita Cod. *a Pullio.* Sed *Tulliam* eo anno unum e tribunis profert Pighius. *Iunius Pullus* erat eodem anno collega Claudii in consulatu. 6. Cod. ita *idem* pro *iidem*, solita crasi, iotacismi vitandi causa. 7. Cod. *cum.* Sed emendant *sum* N. et B. 8. Cod. *indicii.*

4. Nonius voc. *longum* et voc. *speculum* laudat item hunc locum ex oratione In Clodium et Curionem.

8. Inliberali figura praeditum Clodium diserte aiunt heic Cicero et noster interpres, qui idem repetit ad orat. de aere alieno Milonis II. 6. Itaque Clodius ironice dicitur *pulchellus puer* Epist. XVI. libri I. ad Attic. (Confer etiam de Orat. II. 65.) Fallitur ergo ad eum epistulae locum Paulus Manutius, qui videtur credere Clodium fuisse formosum, ex eo quod Plutarchus in Caesare et Cicerone scribat, ut ipse ait, *facie puellae similem fuisse.* Verum si diligentius loci Plutarchi legantur, patebit, in Cicerone dici Clodium tantum *imberbem* ob adulescentiam: in Caesare autem *imberbem, et cultu sumpto psaltriae ad Pompeiam accessisse Clodium, referentem specie iuvenculam*, quia nondum scilicet erat barbatus, et veste se exornarat muliebri.

12. Vide Polybium ad annum XVI. primi belli Punici (lib. I. 51—52.), qui tamen ait periisse naves Romanorum tantum XCIII. Classem Claudii constitisse navibus CXX. adfirmat Orosius IV. 10. Aliter Eutropius Brev. II., qui narrat Claudium ex ducentis et viginti navibus cum triginta fugisse, nonaginta cum pugnatoribus captas, demersas ceteras.

15. Vide Valerium Max. VIII. 1. 4. tum Ciceronem de divin. I. 16. II. 8. 33. Ibid. Hinc illa formula apud Latinos *servare de caelo.* Sic Cicero Philipp. V. 3: *quam legem se augur Antonius dicit tulisse, non modo tonante Iove, sed prope caelesti clamore prohibente, hanc dubitabis contra auspicia latam confiteri?*

21. Consonat Seneca Epist. XCVII.: *Clodius damnationem peius effugit, quam meruit.*

inlata huiusmodi responsione. Lites autem damnatis reis aestimabantur, quum taxatio pecuniae fiebat, quae illis adfigeretur. Quoniam ergo[1] non probatione innocentiae, sed corruptis iudicibus fuerat Clodius absolutus, idcirco ait absoluto lites aestimatas, hoc est, poena quidem liberatum, sed pecunia quodammodo multatum, quam iudicibus pro absolutione numerasset.

2. Quasi ego non contentus sim, quod mihi quinque et XX. iudices crediderunt. Qui sequestres abs te locupletes acceperint *cet.*[2].

Notemus verborum medietates elegantissime ab oratore suspendi. Nam quum prae se ferret Clodius victoriam iudicii, quod liberatus sententiis pluribus videretur, ait Tullius ad confirmandam testimonii sui religionem, XX. et quinque sibi iudices credidisse, illos videlicet, qui eum damnaverant. Sed etiam illos, qui pro reo sententiam dixerint, ipsi Clodio nihil credidisse, quando ab senatu auxilium petierint et aput sequestres idoneos illam deponi pecuniam voluerint, ne frustrarentur ea spe, quam, reo paciscente, praesumpserant. Et has ergo sententias, quae videbantur Clodio aliquid honestatis adquirere, in vituperationem convertit, ut pars iudicum damnarit incestum, pars vero privatum lucrum praeposuerit religioni. Et hic subest, postulasse iudices ab senatu praesidium, non ut fortiter et libere iudicarent, sed ne illam sibi pecuniam reus absolutus eriperet.

3. Divortium pontificis maximi.

Praeferuntur[3] argumenta; quibus incestum P. Clodii potuerit facillime probari, nisi pecunia intercessisset. Nam C. Caesar pontifex diebus illis repudiarat uxorem. Feminae quoque, quae illi sacrificio interfuerant, de interventu virili testimonium dixerant. Servi etiam, quum peterentur in quaestionem, alienati fuerant et in diversas provincias ab domino missi. Quinque etenim servi, in quos maxime suspicio congruebat, partim missi sunt ad Appium Claudium, qui frater eiusdem P.[4] Clodii fuerat[5], et in Graecia tunc agebat; partim ad vilicum Diogenem nomine, qui trans Alpes morabatur. Nec non etiam ancillae in tormenta sunt postulatae, quae propiores[6] ministerio fue-

---

1. Sic egregie emendat N. At cod. *a reo*, nisi forte ego olim mendose legi. 2. Ita scripsi *cet.*, quia reliquam commatis partem videtur reticuisse interpres. At N. addebat *tibi*, ut continua connexaque fieret oratio sic: *quasi ego non contentus sim, quod mihi quinque et XX. iudices crediderunt; tibi qui sequestres* cet. 3. Ita Codex *praeferuntur* (pro *proferuntur*). 4. Codex pro *P.* habet *de*. 5. Ita Cod. pro *erat*. 6. Codex *propriores*, non *propiores* quod sane restituendum erat cum Schneizio. Os.)

10. Recole similem locutionem in hac oratione cap. III. t.

17. Confirmat hoc Tullius lib. I. ad Attic. epist. XVI. ubi ait: *Clodium in tribubus pronuntiare nummos solitum esse et non dare.*

22. Confirmat Tullius de harusp. resp. XVII.: *suspicor de tuorum iudicum manifesto periurio dici; quibus olim erepti essent nummi, nisi a senatu praesidium postulassent.*

rant Pompeiae uxoris Caesaris, quarum fuit e numero † Hibera quaedam nomine, cuius in cellam P. Clodius confugisse arguebatur. De „stupro" autem „scelerato" quod ait, illud videtur incestum significare, cuius infamia circa sororem Clodiam pervolgabatur.

VII. 1. „Integritas tua te purgavit, mihi crede, pudor „eripuit, vita ante acta servavit." Quattuor tibi sententias solas ad perniciem defuisse.

Ne quam habeat Clodius absolutus innocentiae dignitatem, facta comparatione numeri, ostendit prope eandem proportionem fuisse, quae damnarit incestum: nec[1] illi integritas sua, sed cuiusdam perexigui numeri felicitas patrocinata sit.

2. Nam L. quidem Cotta.

Hic fuit auctor iudiciariae legis Aureliae, qua senatoribus abrogata[2] est summa potestas iudicandi, et communicata cum *equitibus* Romanis *et tribunis*[3] aerariis, ita ut in iudiciis esset minor numerus senatorum.

3. Ut posthac lege Aurelia iudex esse non possit.

Paene quidem veri simile non est, quod prae se tulisse P. Clodium dicit, pecuniam se recepturum, qua sententias emerat eorum, qui se crimine liberassent. Quid enim esset hoc stultius, quum semet ipsum hac praedicatione damnandum fuisse confiteretur, nisi iudices corrupisset? Sed non abhorret a fide hoc dixisse Clodium eo tamen proposito, quo significaret innocentem se principum vi et inimicorum

---

1. Ita Cod. *nec*. Sed videtur dicendum *ne*; (sicque voluit Schuetz. Contra dixit Beier.) 2. Cod. *abrogat est*; quae videtur atsio quaedam, quae tamen in Codice Ciceronis de rep. aliter fieret, nempe *abrogato st*. 3. Codex habet tantummodo *communicata cum romanis aerariis*. Ego pro *romanis* scripserem *tribunis*. Verum tamen etiam *equitibus* iure optimo addit N. (et Beier.) Utique Asconius ait ad divinat. in Verr. III. *Aurelius Cotta legem fert, ut senatores et equites romani ac tribuni aerarii simul iudicent*. Et ad orat. I. pro Cornel. sub finem. *Aurelia lege communicata iudicia inter senatores et equestrem ordinem et tribunos aerarios*. Idem dixerat ad eandem orationem non procul initio.

1. Plutarchus in Cicerone huius ancillae nomen prodit *Aurom*, *Αὔραν τοὔνομα*. Verum idem in Caesare *Ἅβραν* (quae est appellatio ancillarum communis.) Maius. Immo vero in *Hibera* nomine videtur latere *Habra*. Niebuhr.

6. Verba haec orationis in P. Clodium a Quintiliano Inst. VIII. 6. servata, mihi in loco hoc collocanda videbantur.

7. Quoniam Clodium iudices XXV. damnaverant, XXXI. absolverant, patet eorum summam fuisse LVI., cuius dimidium XXVIII. Quum igitur XXV. damnaverint, quattuor defuerunt sententiae ad excedendum dimidium, nempe ad XXIX.; quae si adfuissent, Clodii damnatio, id est, pernicies esset secuta.

14. Paterculus II. 32.

17. Tullius heic et interpres in fine commentarii dicere videntur, iudices Clodianos, si pecunia data spolientur, iam non posse esse iudices lege Aurelia, quia censu omni careant. Certe idem Tullius lib. I. ad Attic. epist. XVI. eos inopiae causa deridet: *non enim umquam turpior in ludo talario consessus fuit, maculosi senatores, tribuni non tam aerati, quam, ut appellantur, aerarii*; veluti iam supra scripsimus. Et quidem Pompeius in secundo consulatu legem promulgavit, ut ex amplissimo censu ex centuriis lecti iudices, neque tamen ex iisdem tribus ordinibus, iudicarent. Vide Asconium ad Pisonianam sub finem.

potentia laborasse: et ea propter pecuniam dedisse indicibus, ut quoquo modo illorum manibus eriperetur, qui se opprimi vellent. Id ergo hic negat Tullius[1], indices illos pecuniam quam acceperint reddituros, ne postea in numero iudicum lege Aurelia esse non possint. Sive quod se, pecuniam reddendo, faterentur esse corruptos; sive quod amissis trecenis vel quadringenis millibus, quae a reo acceperant, in egestatem revolverentur ac propterea in iudicum (*numerum posthac referri non possent.*)

RELIQUA DESIDERANTUR.

AD ORATIONEM
DE AERE ALIENO MILONIS.

EDITORIS MONITUM.

Orationis Tullianae de aere alieno Milonis *non modo nullae reliquiae ante nostram principem editionem cognitae erant, sed ne memoria quidem supererat. Tantum ex argumento Asconii ad editam Milonianam constabat, Milonem ingentes largitiones fecisse, ut consulatum consequeretur.* „Dum Milo, inquit, quam primum comitia confici vellet, conficeretque cum bonorum studiis, qui obsistebant „Clodio, tum etiam populi propter effusas largitiones, impensas quoque „ludorum scenicorum ac gladiatorii muneris maximas, in quas tria patri„monia effudisse eum Cicero significat." *Item Milonis damnati et exulis scribit Asconius ad orat. pro Mil. XXXV. bona veniisse semuncia* propter alieni aeris magnitudinem. *Et quidem de bonis Milonis publicatis, legendus est Cicero ad Attic. VI. 5. et Caelius in epist. ad Famil. VIII. 3. Idem Cicero de Offic. II. 17. quo loco de liberalitate agit, ita ait:* „honori summo nuper nostro Miloni fuit, quod „gladiatoribus emptis rei p. causa, quae salute nostra continebatur, „omnes P. Clodii conatus furoresque compressit. Causa igitur largi„tionis est, si aut necesse est aut utile." *Item ad Famil. II. 6. de Milone, qui in consulatus candidam venerat, ait:* „habemus vulgi ac „multitudinis studium propter magnificentiam munerum liberalitatemque „naturae." *Quare haud dubium, quin, quum consulatum peteret, ingenti aere alieno Milo premeretur. Ceterum occasio et materia orationis* de aere alieno Milonis *diserte explicantur in argumento, quod ei noster interpres praeponit. Nos igitur huius orationis argumentum, et commentarium in eandem, licet saepe mutilum, cum inter-*

1. Codex: *id ergo hic negat iudices illos Tullius pecuniam rel.*

spersis Ciceronis particulis, exhibemus. Patet autem ex ipso argumento, quo tempore dicta sit haec causa, nempe anno urbis DCCII., quo item anno et Clodius deinceps occisus est, et scripta etiam ea defensio Milonis interfectoris, quae in editionibus exstat.

INCIPIT

DE AERE ALIENO MILONIS FELICITER.

ARGUMENTUM.

In eundem annum consulatum petierunt T. Annius Milo et Q. Metellus Scipio et Hypsaeus. Quo anno etiam P. Clodius Pulcher inimicus eius in praeturae candidam venerat. Idem quum petitioni Milonis adversaretur et comitia multo et vario ambitus genere turbaret, quo magis Hypsaeus et Scipio consules designarentur, Milo autem repulsam ferret; per hos dies senatus convocatus est: apud quem P. Clodius invectionem[1] sibi non tantum contra Milonem, verum etiam contra ipsum M. Tullium, contumeliosam atque asperam depoposcit, ut ambitum moveri ab eo diceret, quoniam multis erga rem p. meritis praevaleret: vim moliri etiam per armatos homines criminaretur; ad extremum longe minus quam haberet aeris alieni esse professum[2]. Nam sestertium sexagies in aere alieno se habere professus Milo secundum veterem consuetudinem fuerat. Quum igitur obnixe[3] contenderet Clodius non oportere *petere*[4], qui magno aere alieno defeneratus praedae videretur habiturus esse rem publicam, contradixit eius insectationi M. Cicero, qui familiaritate praecipua Milonem diligebat ob id maxime meritum, quod restitutionem suae dignitatis ab eodem tribuno pl. meminerat adiutam. Quanto[5] autem odio habuerit P. Clodium, iam

1. Pro *invectionem*, mallet *inquisitionem* N. 2. Cod. *professus*. 3. Cod. *obnixae*. 4. *Petere* supplet necessario N. Equidem in schedis meis spatium et vocabulo scribendo propemodum esse video. 5. Codex *quanto*. Ita vult Caesellius in Putschio p. 2314.; et Cassiodorius p. 2285.

8. Desunt prima argumenti verba in codice, relicto spatio. Haec nos supplevimus ex argumento Asconii ad Milonianam, in quo eadem narrator consulatus petitio.

10. Confirmat Asconius in supradicto argumento ad Milonianam: *in eundem annum consulatum Milo, Clodius praeturam petebat: quam debilem futuram consule Milone intelligebat.*

19. P. Clodius videtur aliqua eloquentiae laude floruisse. Nam (praeter eius conciones heic et in oratione superiore a nobis edita, et apud nostrum interpretem ad orat. pro Plancio XXXII. 1. commemoratas) narrat Asconius ad orat. in toga candida sub initium, ab eo adulescente accusatum Catilinam. Tum idem Asconius P. Clodium Pulchrum inter patronos Scauri filii recenset in argumento orationis Tullianae pro eodem Scauro. Denique Velleius Paterculus lib. II. 45. scribit: *P. Clodius, homo nobilis, disertus, audax, quique dicendi neque faciendi ullum, nisi quem vellet, nosset modum.*

24. Sestertium sexagies valet libras Gallicas 1,200,000.; nempe aureos Venetos circiter 160 000. Vide Romé de l'Isle metrolog. p. 147.

25. Confer Cic. Philipp. II. 2. Confer item Suidam voc. ἔνδειξις. Etiam Lysias scripserat orationem de aere alieno, ut ait Athenaeus XIII. 9.

compertum est ex orationibus illius plurimis, quibus eius vitam moresque dilacerat. Ex iurgio itaque, quod inter se moverant, oratio ista composita est, cuius inscriptionis titulum, prius quam commentari adgrediar, explanandum puto: non ab re existimans futurum [nostris[1]] lectoribus, si orationis titulum non indocte perspexerint. Quippe inscribitur INTERROGATIO DE AERE ALIENO MILONIS. Interrogationis autem non una species erat, sed varia[2]: ut alia significaret accusationis denuntiationem, qualis illa praescriptio est orationis eius, qua usus fuit in eum P. Clodius, *quum* legibus interrogasset. Legibus enim sic interrogabatur[3], inquirente accusatore, an omnia secundum legum praescripta gesserit is, cui crimen intendebatur. Erat alia praeterea interrogatio testium, sicut ipse M. Tullius P. Vatinium testem interrogavit. Proprie namque interrogatio dicebatur, qua testes redarguebantur. Tertia haec est interrogandi species, ut Sinnio Capitoni videtur, pertinens ad officium et consuetudinem senatoriam. Quando enim aliquis[4] sententiam loco suo iam dixerat, et alius postea interrogatus quaedam videbatur ita locutus, ut refutari posse[5] iustissime viderentur, postulabat ille, qui iam sententiam dixerat, ut sibi liceret interrogare, hoc est, illum redarguere, cuius sententia[6] in multis quasi mendax et calumniosa redargui posset. Quoniam ergo dixerat Clodius et minus professum aeris alieni Milonem . . .

[*Desiderantur saltem paginae duae.*]

ORATIO CUM COMMENTARIO.

I. 1. . . . . . adversarii.

Nunc ad aliud transit: an aliquid Milo per vim facere conetur. Et hoc similiter refutavit, ut omnis ista suspicio et invidia in Clodium retorqueatur. Ita enim *argumenta*[7] excurrent, quibus et Milonem purget et adversarium praegravet.

2. Eiciundus est ex urbe civis auctor et custos salutis, otii, dignitatis, fidei[8].

---

1. Cod. pro *nostris* habet *non*. 2. Cod. *curie*. (Forlasse *variae*. Or.) 3. Cod. *interrogabantur*. 4. Cod. *aliquid*. 5. Cod. *refutare posset*. 6. Cod. *sententium*. 7. Spatium relictum in codice ego ita replevi. (Excidit voc. Gr. Or.) 8. Verba et custos *salutis*, *otii*, *dignitatis*, *fidei* non scripsit in contextu Tulliano Scholiastes, sed ea tamen exhibuit in suo; ex quo transferenda esse ad Tullianum locum acute animadvertit cl. N.

11. *Quid est* (inquit Asconius ad act. I. in Verr. cap. 2.) *reum fieri*, *nisi apud praetorem legibus interrogari? Quum enim in ius ventum esset*, *dicebat accusator apud praetorem reo*, *aio te Siculos spoliasse. Si tacuisset*, *lis ei aestimabatur*, *ut victa; si negasset*, *petebatur a magistratu dies inquirendarum eius criminum et instituebatur accusatio.* Confer eundem Asconium etiam ad lib. II. in Verr. cap. 3.

15. Sinnius Capito saepissime in re grammatica citatur apud Festum. Eius epistulas laudat Gellius V. 20. et 21. Et quidem cap. 21. dicit de eo: *Sinnii Capitonis doctissimi viri epistulae sunt uno in libro multae*, *opinor*, *positae in templo Pacis.*

Copinsissima et vehemens exsecutio, ut supra dixi, reum de vi constituens P. Clodium, cuius res gestae omnes nihil unquam tranquillitatis habuisse videantur, sed statim coeperit *ab adulescentia furere. Iam*[1] exilii sui mentionem quam subtiliter et consulte, non specialiter nec nominatim, sed per hanc generalitatem intulit! Quoniam erat aliquid cum sua laude dicturus, „eiciendus[2] est, inquit, ex urbe civis auctor et custos salutis, otii, dignitatis, fidei". Haec quoniam *sibi honorifica*[3] erant[4], quasi de aliquo[5] loqueretur, induxit, ne pro insolenti[6] et iactantissimo haberetur.

3. Includendus intra parietes.

Videtur et Cn. Pompeio[7] idem Clodius insidias paravisse. Itaque oratorie[8] laudem subiecit hoc inferendo:

4. Qui populi R. imperium non terrarum regionibus, sed caeli partibus terminavit.

Hoc enim ita superiectum est, ut et Pompeio blandiretur et Clodium quasi hostem publicum denotaret, qui virum tam necessarium rei p. ipsi eripere conatus sit.

II. 1. Nec vero tum timendum fuit, quum cessimus.

Bene elocutus est de exilio suo, quod maluit discessionem vocare quam poenam. Et aliis orationibus similiter coloravit, neque metu neque ulla conscientia criminum se maluisse discedere, sed praecavisse[9] potius, ne ad arma per seditionem veniretur.

2. Eosdem ad caedem civium de Apennino deduxisti.

Quasi haec omnia in Catilinae[10] socium dicerentur, ita mentionem attulit Apennini, quem nuper ille cum exercitu obtinuerat.

3. Lapidibus duo consules ceciderunt.

Cn. Domitium Calvinum et M. Valerium Messallam. Nec alia fuit causa, cur senatus convocaretur, quam illa praecipua, quod P. Clodius inmissa seditiosorum manu comitia turbaverat, quae habebantur de consulibus creandis, quum[11] esset etiam Milo candidatus.

---

1. Haec mihi videbantur supplenda. 2. Ita cod. nunc *eiciendus*, ut superius *eiciundus*. 3. Spatium in Codice, quod videbatur sic explendum. 4. Rursus spatium in Cod. 5. Ita Cod. *aliquo*, nisi mavis emendare *alio*. 6. Cod. *insolentiu*. 7. Cod. *Pompei*. 8. Cod. *oratoriae*. 9. Cod. *praeeacuisse*. 10. Ita corrigit N. Codex enim mihi videbatur habere *Catilinam*. 11. Cod. *tum*. (Forlasse: *tum, quum*. Or.)

11. Id prorsus adfirmat Cicero pro Mil. VII.

14. Idem Cicero in Catil. III. 11. ait Pompeium *fines Romani imperii non terrae, sed caeli regionibus terminasse*.

20. Vide praesertim pro Sestio VII—XXV., ubi de exilio suo, in quod sponte profectum se dicit, copiosissime agit Cicero. Vide etiam pro domo XXXVI., pro Mil. XIV. Paradox. IV.

23. Confirmat id de Clodio Cicero pro Mil. IX.: *servos agrestes et barbaros ex Apennino deduxerat*.

26. *Duo* pro *duos*. Porro Clodium in comitiis lapides iaciendos curasse testis est Cicero pro Mil. XV.

4. Qui multis inspectantibus kaput[1] feriebas, femina plangebas.

Gestum furiosi hominis . . .

[Desiderantur saltem paginae duae.]

5. . . ber animose confidens.

In Clodium convertitur, *ut* huiusmodi obsequia humilitatis plenissima in eum verius et probabilius conferantur, qui abiecta omni dignitate ordinis sui, Pompeium demissis precibus oraverit, ut ab eo in gratiam reciperetur.

6. Non pudet? sed quid pudeat hominem non modo sine rubore[2], verum omnino sine ore?

Multa cum acerbitate insurrexit et inpudentiam sive infamem turpitudinem sive deformitatem voltus volens exprobrare, non tantum sine rubore, verum etiam sine ore[3] P. Clodium dixit. Nam traditur forma inliberali is fuisse.

7. Sic enim homines egentes et turbarum cupidi loquebantur: o virum † usuum[4]!

Rumigerantium sermones rettulit, qui quum summum vigorem constantiae Clodio adscripsissent, quod audacius Pompeio repugnaret, post, eundem humili satisfactione depositum contemptui ducerent.

8. Male dicere autem, immo vero domo[5] principem civem vi et metu continere.

. . . Sub eadem figura[6] verbum retraxit per quandam correctionem. Notissimum[7] autem est P. Clodium *insidiatum*[8] esse Pompeio. Id ipsum testificatur et in aliis quidem retro habitis orationibus, et multo plenius ac manifestius pro Milone.

---

1. Recole ad argumentum orationis in Clodium et Curionem. 2. Cod. *pudore*. Sed *rubore* scribendum adnotat N. Scholiasta ipso auctore; neque enim facile Cicero dixisset *quid pudeat hominem sine pudore*. 3. Cod. *vere autem sine re*. Paullo ante Cod. *exprobare*. 4. Cod. sic evidenter *usuum*. Confer Symmachum ep. I. 2. 5. Sic Cod. *domo* pro *domi*, ut Plautus in Amph. II. 2. 7. 6. Codex sic: . . . *in sub eadem figurat* . . . relictis spatiis. 7. Cod. *notissimam*, quod mendum pro *notissimum* occurrit mihi alibi quater aut quinquies in hoc commentario. 8. Vocabulum *insidiatum* prorsus videbatur huic loco inserendum. Sed enim paullo ante (I. 3.) dixit noster interpres: *videtur et Cn. Pom-*

7. Ergo Clodius in invectione sua Ciceroni probro dederat, quod Pompeium supplex adisset, ut exilii periculum, si fieri posset, effugeret. Criminationem illam retorquet nunc in Clodium Cicero.

9. Clodium anno urbis DCXCII., id est, quarto anno ante hanc dictam a Tullio orationem, reconciliatum esse Pompeio, narrat Dio Cassius l. XXXIX. 29.

13. Confer orationem in Clod. et Cur. IV. 2.

15. De Clodii deformitate confer item nuper laudatam orationem V. 4.

21. Clodium curasse ut in publica concione Pompeio malediceretur, narrat Dio XXXIX. 19.

22. Cicero pro Mil. VII. ait: *caruit foro postea Pompeius, caruit senatu, caruit publico: ianua se ac parietibus, non iure legum iudiciorumque texit.* Vide etiam Asconium ad eandem orat. cap. XIV.

III. 1. Ut quas haberet in vestibulo tabulas refigeret.

Post eiectum Ciceronem velut criminum eius elogia proscripserat[1] Clodius, et easdem tabulas in vestibulo domus suae fixerat, de quibus nunc loqui videtur: easque contendit, quoniam falsae sint et calumniosae, pro nihilo esse ducendas: nec ullam sibi ex iis invidiam re[2] pertimescendam, qui et in senatus consultum[3] nihil mentitus sit et restitutionem meruerit.

2. Etenim tria, ut opinor, haec in Milonis personam questus es, de aere alieno, *de* vi, de ambitu. Duo praeteristi: nihil de religionibus violatis, nihil de incestus stupris questus es.

Facta supra *divisione*[4] per eas species, quibus insectatus Milonem Clodius fuerat, subdit orator etiam duo haec posteriora, quae[5] in ipsum procul dubio adversarium conveniebant . . .

[*Desiderantur paginae saltem duae.*]

3. . . lium nomina.

Est enim quocunque venit et reorum crimen et iudicum.

Quod pertinet ad reos, illud est: inutiliter loquens adfert illis periculum damnationis. Quod autem refertur ad iudices, hic intellegere debemus magnam illis invidiam simul et infamiam comparari ab litigatoribus, *si* corrupti pecunia existimarentur[6]: quoniam hoc falso iactaverit Clodius pretium sententiarum iudicibus esse tribuendum, quum tamen eandem pecuniam ipse intercepturus acciperet.

4. Tuamque praeturam non tuo more differas.

---

ipso idem Clodius insidias paravisse, quod hic (si nos recte locum explemus) ait esse notissimum. Ut ergo interpres sibi constat, quidam perdoctus amicus meus censebat τὸ *videtur* positum superiore loco pro *constat* vel *apparet*. Sane etiam ad orationem in Clod. et Cur. tum in argumento tum in commentario V. 2. in re satis explorata utitur noster interpres vocabulo *videri*. Et quidem in sententiis iudicum τὸ *videtur* proferendae sententiae idonea esse erat. Vide Frontonem de fer. Als. ed. Rom. p. 211. cum scholio meo.

1. Cod. *elocia proscribserat;* sed littera *s* videtur expuncta. (Maius in Schol. contextu scripsit *parescripserat.*) 2. Ita Cod. 3. Cod. *senatus consultus.* Plene censeo corrigendum, *qui et senatus consultum nullum mentitus sit.* Hoc petet ex ipso Cicerone, qui in orat. pro domo XIX. refellens eam legem, qua proscriptus fuerat a Clodio, ait: „quid, si iis verbis scripta est ista proscriptio, „ut se ipsa dissolvat? est enim: *quod M. Tullius falsum senatus consultum retulerit.* Si igitur retulit falsum senatus consultum, tum est rogatio: si non retulit, „nulla est. Satisne tibi videtur a senatu iudicatum, me non modo non emantitum „esse auctoritatem eius ordinis, sed etiam unum post urbem conditam diligentissime „senatui paruisse?" (Fort. *in senatus consultis nihil m.* s. Os.) 4. Cod. *facto supra . . . per eas sel. . . .* spatio interiecto. 5. Ita videtur habere cod. *quum*, ut corrigebat N. 6. Cod. *extimarantur.*

2. *Elogium* est *causa exheredationis scripta.* Vide pro Cluent. XLVIII. Quintil. Inst. VII. 4. 40. et Declam. II.

3. Re vera et ipse Pompeius post necem Clodii factus consul statim Milonis causa duas leges promulgavit, *de vi* et *de ambitu.* (Vide Asconium in argumento Milonianae) Et de his capitibus Milo accusatus est. Vide ibidem Asconium.

Hoc in narratione Milonianae defensionis plenius ostendit, Clodium petitorem fuisse praeturae: quumque animadverteret comitia non sic procedere, ut kal. Ianuariis posset inire praeturam, maluisse desinere[1] a petitione. Hoc ergo Tullius arripuit, omnibus esse miraculo, quod non differat etiam praesenti anno petitionem, quod iam semel fecerit. Solebant autem impediri comitia per disscusionem magistratuum.

IV. 1. Nec suffragia dabis, quibus ostentas.

Comminatur et[2] denuntiat se actionibus eius adversarium futurum nec in legationem cum Pompeio discessurum. Laturus autem de suffragio libertinorum P. Clodius legem videbatur, ut † et istorum in censum[3] aequaliter perveniret.

2. Nec vero illam nefariam libertatem.

Suffragii scilicet libertinorum, *cuius* legis mentio fit in oratione quae habita est pro Milone: „atque per*nicie*[4] nostrorum omnium. „Non audeo totum dicere. Videte, quid ea vitii[5] lex habitura fuerit, „cuius periculosa etiam reprehensio est." Opinio erat legem . . praetura . . seru . . te . . [6] liarum.

3. Quis non meminerit pueritiam tuam?

Interrogatio asperitatis invidiaeque plenissima, cum descriptione personae, qua mores eius illuminat, quem non magis timeri oporteat quam despici tot vitiorum foeditatibus inquinatum. Cetera hic explananda non sunt, quae satis in praecedentibus diximus.

4. Iterum a piratis redemptum. Quo enim nomine appellem eos, qui te pretio accepto liberaverunt?

Significat iudices eos, qui accepta pecunia reum de incesto absolverant Clodium, ut et ipsi pira*tae* . . .

[*Desiderantur paginae saltem duae.*]

---

1. Fortasse *desistere*. Oe. 2. Codex *comminatur se et denuntiat actionibus eius* cet. 3. Quoniam verba *istorum in censum* (immo etiam *perveniret*) dubiae lectionis sunt, ill. N. malebat scribere *ista ordo;* de reliquis haerebat. 4. In Codice legebam *per . . . . de nostrorum* cet. relicto spatio duorum ferme vocabulorum: quod sic expleadem, et sic locum interpungendum coniecerat, non patabat N. 5. Cod. *itii*. 6. Quattuor versiculos hae lacunae in Codice occupant.

1. Cap. IX.

11. Sequentia Ciceronis verba sumpta esse ex parte deperdita orationis pro Milone commissos est demonstrare nuper vir cl. A. Peyronius in editione sua praedicice orationis Milonianae p. 227. sq.

23. Narrat Dio lib. XXXV. 27. ad urbis annum DCLXXXVII. Clodium, quum praefectus esset classi in Cilicia a Marcio eius sororis viro, captum a piratis fuisse. Vide eundem Dionem lib. quoque XXXVIII. 30. Q. autem Marcius Rex ille est, cuius mentionem fecit Cicero in oratione adversus Clodium. Eam captivitatem Clodio obiicit Tullius etiam de harusp. resp. XX., quo in loco, prorsus ut heic, ab eius pueritiae vitiis ad hanc probrosam captivitatem progreditur: *qui post patris mortem primam illam aetatulam suam ad scurrarum locupletum libidines detulit: quorum intemperantia expleta, in domesticis est germanitatis stupris volutatus: deinde iam robustus provinciae se ac rei militari dedit, atque ibi piratarum contumelias perpessus, etiam Cilicum libidines barbarorumque satiavit.*

V. 1. . . . turae.

Nisi vero liniamentis[1] hominis nomen et figuris positum, non naturis putas.

Definit[2], hominis proprietatem non liniamentis corporum, sed animorum qualitatibus aestimandam.

2. Tum habuisti quasdam formidines, *quae*[3] quasi cornua quaedam exciderunt impleta.

Quae P. Clodio ad ferae alicuius et beluae similitudinem adscripsit[4], etiam hoc in exitu posuit cornua illi, quae habuisse quondam videbatur, nunc esse dilapsa: ut nimirum sensus ille sit, magis iam contemni Clodium quam timeri.

3. Non enim viderunt, quos ipsi exturbarant, eos in civitatem restitutos.

C. Gracchi et Saturnini exempla intulerat, quorum alter in Aventino[5] interfectus est, alter Capitolio deductus cum Glaucia praetore iugulatus. Post quorum necem restitutos in civitatem significat P. Popilium, qui Graccho cesserat, et Q. Metellum Numidicum, qui ut violentiam L. Appuleii subterfugeret, exulaverat. Gloriatur ergo suo nomine, quod vivente inimico suo Clodio restitutus sit.

4. Qui armis cessissem[6] vel tuis urbanis[7] vel, ut opinio tum erat, alienis.

Acerbitas est querellae[8] . . . invidiam . . . iamdiu . . . Milo . . ana . . . memoria[9] . . infirmior fides reconciliatae gratiae. Sed hic oratorie valde, ne quis existimaret quasi bonum virum indicatum a Pompeio *eum*, cum quo[10] exercere desierit simultates, invigilavit

1. Sic corr. N. Etenim Codex habet *liniamenta*. 2. Cod. *definiti*. Sed recte *definit* N. 3. Supplevi *quae*. 4. Cod. *qua P. Clodium ad fere alicuius et beluae similitudinem adscribsi*. 5. Codex *in Advento*. Et quidem etiam Dionysius Halic. Antiq. Rom. lib. I. 79. et 84. habet, secundum quosdam codices, *Αὐέντιον* pro *Αὐεντῖνον*. 6. Cod. *caeceisem*. 7. Codex videbatur habere *utmanis*. 8. Cod. *quaerellae*. 9. Letercnlus prope universus in his lacunis demersus est. — Quae autem sequuntur, ea respiciunt deperdita in hiatu verba Ciceronis, quibus Pompeium virum cautissimum appellaverat. N. 10. Cod. *quasi bono viro iudicasse Pompeium cum quo* cet.

6. Sic Fronto Ep. ad. ed. Rom. p. 212. activo sensu Cerbero tani adscribit *trinas dentium formidines*. Videsis quae ibidem in scholio dixi.

7. Cervi similitudine utitur Cicero, cui soli omnium animalium cornua excidunt, quae unum ex omnibus plena habet. Niebuhr.

15. Hunc locum Ciceronis, cuius tantum particulam servavit noster interpres, puto fuisse simillimum loco de harusp. resp. XX., ubi item sermo est de Gracchis et Saturnino: et is locus ibi consequitur proxime alium locum similem item fragmento, quod paullo ante exhibuimus, de Clodio a piratis capto.

21. Caesarem, ut reor, indicat Tullius, qui, ut narrat Plutarchus in Cicerone, Clodium corroboravit in Cicerone expellendo.

25. Acta est haec causa *de aere alieno Milonis* (ut dixi in praevio monito) eo ipso anno, quo Clodius deinde occisus est. Iam vero Pompeium eo tempore uno prorsus fuisse animo alieno a Clodio, patet ex Asconii argumento Milonianae praeposito, ubi dicitur Cicero potuisse offensionem inimicae multitudinis declinare,

Tullius, ut eum virum cautissimum diceret, qui non magis de fide Clodii et innocentia, quae nulla sit, quam de providentia habeat securitatem vitae, quum eius insidiis decipi possit.

EXPLICIT ORATIO.

AD ORATIONEM

DE REGE ALEXANDRINO.

EDITORIS MONITUM.

Ptolemaeus Auletes Aegypti rex, quum sibi timeret a suis, Romam aufugit, ibique effusis largitionibus agere coepit, ut sub imperii Romani tutela in regnum reduceretur. De re actum est in senatu, ibique etiam Cicero sententiam dixit, ut ex epistulis pluribus (libri I. ad Famil.) ad Lentulum Ciliciae proconsulem cognoscere licet. Lentulo enim Cicero in senatu contendebat, ut Ptolemaei regis reductio decerneretur: quod patet etiam ex epist. 2. lib. II. ad Q. fratrem. Idque prorsus videtur fuisse argumentum huius orationis Tullianae de rege Alexandrino: *cuius apud Aquilam voc.* antisagoge *et Capellam lib. V. cap.* de sententiarum figuris *unica et brevis haec particula exstabat: DIFFICILIS RATIO BELLI GERENDI; AT PLENA FIDEI, PLENA PIETATIS. Et quidem Aquila et Capella dicunt hanc orationem* de rege Ptolemaeo. *At Fortunatianus, qui bis eam nominat lib. II.* in partitione *et* in hypophoris, de rege Alexandrino *nuncupat, ut etiam codex Ambrosianus. Hanc ipsam orationem respiciebat, ut puto, Strabo lib. VII. cap. I. ff. 13.: τῆς Αἰγύπτου τὰς προσόδους ἐν τινι λόγῳ Κικέρων φράζει, φήσας κατ' ἐνιαυτὸν τῷ τῆς Κλεοπάτρας πατρὶ τῷ Αὐλητῇ προσφέρεσθαι φόρον ταλάντων μυρίων καὶ δισχιλίων πεντακοσίων: „Aegypti reditus Cicero in quadam oratione declarat: ait enim „Auletae Cleopatrae patri quotannis talenta duodecim milia quin- „genta pendi consuevisse." Huius ego orationis complures ineditas*

---

redimere etiam Cn. Pompeii animum, si paullulum de studio defendendi Milonis remisisset. Et Pompeius ne olim quidem adversus Clodium adiuverat Ciceronem, quum hunc ille tribunus in exilium compelleret. Vide Plutarchum in Cicerone.

4. Certum est heic explicare orationem *de aere alieno Milonis.* Nam in eadem pagina statim subiiciuntur verba: PRO A. LICINIO ARCHIA INCIPIT FELICITER.

particulas, mutilo commentario item inedito infusas, ex Ambrosiano codice in lucem protuli. Constat autem ex Dione l. XXXIX. 12. et seqq., tum ex Cicerone ad Famil. I. 1., hanc causam Alexandrinam actam esse anno urbis DCXCVIII. Cn. Cornelio Lentulo Marcellino et L. Marcio Philippo consulibus (vel certe praecedente anno): ad quam causam bene cognoscendam multum intererit conferre eiusdem Tullii orationem pro Rabirio Postumo.

DE REGE ALEXANDRINO
FRAGMENTA
ORATIONIS CUM COMMENTARIO.

I. 1. . . . privatis erubescendum.

Ut rapiat, ut latrocinetur.

Vehementibus et invidiosis verbis utitur. Non dixit, ut exposcat hereditatem, ut sibi vindicet; sed quo vel maxime pudor consterneretur audientium, „ut rapiat", inquit, „et[1] latrocinetur". Quae sine dubio non iuris verba, sed sceleris ab huiusmodi cupiditate deterreant.

2. Si hercle in nostris rebus tam acres[2] ad pecunias, tam adtenti, tam avari soleremus esse.

Dicere quidem generaliter videtur, etiam si in privatis pecuniis avari homines essent, in publicis tamen disceptationibus non oportere tantam cupiditatem pecuniae profiteri: sed procul dubio nihil aliud agit, quam ut M. Crassi mores denotet, de quo praeter historiam praeterque exitum mortis eius, in quam[3] praeceps quodammodo ruit, quum ad diripiendas Parthiae urbes opulentissimas Euphratem[4] transisset; etiam ipse Tullius auctor est libro tertio de officiis, cuius verba inferam, quo magis, quid de moribus eius iudicarit, appareat. Sic enim mihi textum recordor. „Itaque si vir bonus habeat hanc vim, ut, si digitos[5] „concrepuerit, possit in locupletum testamenta nomen eius inrepere, hac „vi non utatur, ne si exploratum quidem habeat, id omnino neminem „unquam suspicaturum." Deinde subiicit: „At dares hanc vim M. „Crasso, ut digitorum percussione heres posset scriptus esse, qui „revera non esset heres, in foro, mihi crede, saltaret."

1. Ita Cod. *et*, at superius *ut*. 2. Cod. *ad res*. Emendat autem egregie *acres* ill. N. 3. Cod. *in qua*. 4. Cod. *Eufratem*. 5. Ita Cod. *digitos*; at editiones *digitis*.

18. Cicero ad Q. fratrem II. 2. ait: *quum esset in senatu contentio, Lentulusne an Pompeius reduceret* (regem Alexandrinum), *obtinere causam Lentulus videbatur. Quid futurum sit latrocinio tribunorum, non divino. Creditores regis aperte pecunias suppeditant contra Lentulum.* Quod autem Cicero avaritiam heic vituperat, intellige sententiam illorum, qui Aegyptum non regi restituere, sed in provinciam Romanam redigere suadebant.

22. Confer Plutarchum in Crasso, Dionem lib. XL. 12. et sqq. Et Crassum quidem de causa Ptolemaei dixisse in senatu sententiam, patet ex Cicerone ad Famil. I. 1.: *Crassus tres legatos decernit.*

26. Cap. XIX.

II. 1. Sed tamen quae sunt nostra iudicia.

Tentaverat Crassus adseverare, non semel de hac Aegypti hereditate[1], sed frequentissime praeiudicatum. Ae primo quidem, illo tempore, quo pecunia repetita esse ab Tyro et advecta Romam videbatur, seposita iam nuper ab Alexa[2] rege. Occurrendum est igitur, ut haec refutentur. Et in ipsa propositione insiguiter factum[3] est, quod his verbis ingredi coeperit.

2. Debent esse modestissima[4]; quoniam quidem est hoc summi imperii nosmet ipsos de nostris rebus iudicare.

Nam vult orator intellegi paene inpudenter senatum de causa sua iudicare voluisse, quum sit naturale, ut unus quisque non possit aequitatem tueri, de lucro suo potissimum cogitans, quod plerumque cogitatur[5] etiam eum improbitate deposcere.

3. Qui ex hereditate tanta unum solum nomen agnoverimus.

Cito rapuit pro se argumentum, iudicasse quodammodo . . .

---

1. *eeveritate.* Sed recipiu cl. N. emeodalioocm *hereditate;* itemqee eicedem dictinctionem couleelue Tulliam a verbis interpretie. 2. Cicero heie appellal *Alexum* eum regem, qei Tyri eeul morteee eet, quemqee in agraria oratione eecunda appellavit *Alexandrum.* Al Petavius de doctr. temp. X. 48. obeervat Aleeaodrum quoque priorum diclem esee *Alexum* ab Epiphanio, ehronico Alee., Cedreoo aliisque. Sed de nomine *Alexae* praeclara eet animadversio el. Garelonii ad orationie Tullianae pro Balbo capel XXII., caius locem io calce curarum eecendarem ad Planeianam purgaodem mendo ceaeuit. le postquam ibi pro *Heracliensium legionem*, ee mss. restituil *Heracliensem Alexum*, eic pergil; oomen *Alexae* (eive ul in libertinorum titulie apud Beulleium epist. ad Millium p. 82.) *Alexa* demmulum ee *Alexandro* eel atqee contractom; ut *Alexis* qeoque aped Virgiliem, Donato in aius vita cap. V. indieante. Id in Aegypto maeime usitatum diioinetione geoua dialeclo Alexaodrinae a Sturzio tribeilur p. 135. Itaqee Alexander ille Laodicensis, de quo Plutarchus in Antonia cap. LXVII. et LXVIII.; quum eeset mullum in Aegypto versatee, Ἀλεξᾶς qeoqee nominabater. 3. Cod. *facta eet;* qeae lectio aet emilie illi psalmeticae *haec mihi furta est.* 4. Intellige: *iudicia*, el refer ad superiore *sed tamen quae sunt nostra iudicia.* Scoleolice enim interpoeuil commentationem euam interpres. N. 5. Ita Cod. *cogitatur.* (Fortaeee *conatur.* Os.)

4. Cod. *optirel sed*, corruptissima. At hunc locum mirifica deciarat ipse Tullius orat. II. adversue Rulium cap. XVI., obi agit da regie Alexandri, qui mortous ast eeul Tyri, testamento, qoo populum Romanum regni heredem scripserat. *Video, qui testamentum foctum esse confirmet: auctoritotem senatus exstore hereditatis aditoe sentio tum, quondo Alexandro mortuo legotos Tyrum misimus, qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent. Haec Lucium Philippum soepe in senatu confirmasse memoria teneo. Eum qui regnum illud teneat hoc tempore, neque genere neque regio animo esse, inter omnes fere video convenire. Dicitur contro nullum esse testamentum: non oportere populum Romanum omnium regnorum appetentem videri.*

6. Fortaese ad hanc distributionem respexit Fortunatianus, quum lib. II. cap. *de partitione* scripsit: *omnis partitio qualis est? aut nostra, quae et προηγουμένη διαίρεσις dicitur; out adversorii, quae ἀναγκαία διαίρεσις nominotur; aut communis, quae μικτὴ potest dici, ut Cicero* de rage Alexandrino.

9. Nempe num testamentum Alexandri regis, quo is populum Romanum scripserat regni heredem, ratum habendum sit necne.

14. Nomen hoc loco est *coput rationum.* Dicit Cicero: ex hereditate integri regni eam unam pecuniam accepimus, quae de thesauro Alexandri mortui Romam Tyro advecta est. Regnum quippe Romani permiserant iis, qui se eius heredes naturales dicebant.

III. 1. . . . Ut bellum gerendum esse censeret, qui mentionem pecuniae fecerat.

Sic[1] est iusta causa belli, sicuti Crassus commemoravit cum Iugurtha fuisse.

Notissimum est, Micipsa rege Numidiae mortuo, trifariam inter Adherbalem et Hiempsalem et Iugurtham regnum esse divisum; quos tamen duos idem Iugurtha partim vi, partim vero insidiis interfecit. Haec illi fuit causa praecipua bellum gerendi adversus populum R. Qui tamen post multos imperatores graviter adflictos, ad extremum C. Mario imperatore superatus est.

2. Non patiar hanc exaudiri vocem huius imperii, ego te, nisi das aliquid, hostem; si quid dederis, regem et socium et amicum iudicabo.

Ad tuendam rationem pudoris exsequitur non decere populum R. has potestates regias nundinari; ut obiecta quadam senatui facie turpitudinis, id vel maxime faciendum esse persuadeat, quod sit congruens honestati.

IIII. 1. Quum ille rex sit interfectus, hunc puerum in Syria fuisse.

---

1. N. mallet *si.*

2. Suspicor hoc etiam dictum adversus Crassum cupidissimum hominem.

4. Aliud Crassi dictum in hac causa Alexandrina profert Cicero pro Caelio VII.: *M. Crassus quum de adventu regis Ptolemaei quereretur, dixit: „utinam ne in nemore Pelio"!*

13. Haud scio an ad huno orationis locum Fortunatianus respexerit, quum in hypophoris scripsit: *in hypophoris quae cavenda sunt? Ne plene et copiose ponantur: quod tamen aliquando facimus duabus ex causis, aut irridendi adversarii gratia, si hoc augeat, de quo nulla quaestio est, ut pro Cornelio maiestatis; aut si discrepans aliquid ostendatur, ut de rege Alexandrino.* Quippe hypophora est adversarii oratio. His autem orationis verbis Cicero adversarios suos in causa Alexandrina loquentes inducit.

18. Alexander II. Aegypto rex datus a Sylla, statim duxit uxorem Berenicen, uti narrant Appianus Bell. civ. I. 102., et Porphyrius apud Euseb. Chron. lib. I. ed. Mediol. p. 119. 120. Haec erat eius soror patruelis, quia filia Ptolemaei Lathyri, teste Pausania in Attic. cap. IX. Ipse autem Alexander II. filius Alexandri I. fratris Lathyri. Hanc sororem et uxorem occidit Alexander II., ut, praeter citatos auctores duos, confirmat hoc loco Cicero: et quidem recentem a nuptiis; nam ipse quoque Alexander decimo nono die, ex quo regnum eâ sibi copulatâ inierat, a populo Alexandrino concitato interemptus in gymnasio est. Cicer. Appian. Porphyr. Legendus est etiam Strabo lib. XVII. cap. 1. §. 11. Successit ille, qui deinde ab Alexandrinis pulsus, Tyri exul obiit, postquam regni heredem populum Rom. scripserat; quamquam ei reapse, concedentibus Romanis, successit Ptolemaeus Auleta. Tres ergo *Alexandros* sive *Alexas* reges habemus. *Primus* est, de quo nemo dubitat, Ptolemaei Lathyri frater. *Secundus* ille, qui Alexandriae ob parricidium uxoris in gymnasio interemptus est, quem sane *Alexandrum* dicunt Appianus atque Porphyrius. *Tertius* qui exul Tyri obiit, quem heic appellat diserte *Alexam* Cicero. Alexandrum *tertium* multi scriptores non agnoscunt, sed tantummodo *secundum*. Sed eos vide satis accurate distinctos apud Petavium de doctr. temp. lib. X. 48., duce P. Manutio, et apud Forsterum comment. acad. Gotting. ad an. 1780. part. philolog. p. 136. Et quidem quum

Haec sumuntur de locis coniecturalibus, qui sunt primi videlicet in huius status divisione a voluntate et facultate. Nam quod † peritiae[1] facit meliorem, voluntatis est non potuisse Ptolemaeum kapitalibus odiis dissidere, quem puerilis infirmitas ab huiusmodi obstinatione revocaret. Facultatis est autem, quod ait in Syria fuisse, ut absens non habuerit moram[2] illius interficiendi, quem dicebatur interemisse.

2. Atque illud etiam constare video, regem illum, quum reginam sororem suam, caram acceptamque populo manibus suis trucidasset, interfectum esse impetu multitudinis.

Congestis valde praeparationibus fidem facit, ut hanc caedem a populo[3] magis Alexandrino factam probaret, non Ptolemaeo iubente commissam. Notemus enim gradatim fieri argumenta, quae praegravent suspicionem ad populares impetus pertinentem. Nam coepit ad hunc modum, „atque illud etiam constare video;" ut de veritate non sit ambigendum, si constet apud omnes. Dein subdidit: „quum reginam sororem suam;" ut atrocitas parricidii et multo maior in exitio reginae omnibus fuerit horrori. Post haec adiecit eandem *caram* . . .

RELIQUA DESIDERANTUR.

1. Sic Cod. Maius: *peritiam.* Sed leg. *quod pueritiae facit mentionem* cet. Or. 2. Vocabulum *moram* dubitanter in codice lego. An dicendum *copiam?* 3. Cod. *a populo R. magis alexandrino.* Sed litera *R.* addita est mendose a librario ob consuetudinem scribendi de populo Romano.

Appianus, Porphyrius et nunc Cicero dicant illum Alexandrum, Berenices maritum et parricidam (qui fuit II. hoc nomine) occisum die XIX. post initum regnum; constet autem aliunde Alexandrum, qui ultimus hoc nomine appellatus est, mortuum esse Tyri in exilio; superest ut ille occisus sit Alexander II., hic exul III. At nuperus scriptor Eckhelius Doctr. num. vet. T. IV. p. 21., quum duos tantum Alexandros reges memoret, ait Alexandrum II., Berenice post XIX. a matrimonio dies occisa, solum regni habenas diu retinuisse: quod plane contra fidem praedictorum auctorum est. Cum Eckhelii sententia conspirat cl. Vicecomes (Iconogr. Gr. T. III. p. 600.), ita ut neget occisum Alexandriae Alexandrum, et in exilium pulsum adfirmet, repugnantibus non Appiano solum atque Porphyrio, sed coaetaneo auctore Cicerone in his fragmentis a me anno 1814. editis; quorum tamen ipse non memini, quum anno 1818. hac eadem super re disputabam ad Eusebii Chronicon p. 124.; nedum cl. Champollionius Figeacus in insigni opere Annal. Lagid., qui Eckhelium et Vicecomitem sequi videtur, negans Alexandriae occisum Alexandrum illum, quam sententiam contra Ciceronis coaetanei auctoritatem iam nemo tueri poterit.

PRO A. LICINIO ARCHIA

INCIPIT FELICITER.

ARGUMENTUM.

A. Licinius Archias se studiis poëticis dedidit et adprime, ut videbatur, excelluit in hoc genere literarum. Amicitia igitur etiam viris inlustribus familiariter copulatus est, ut ipse M. Tullius in orationis huius narratione *confirmat. Interim satis longo intervallo quum esset cum L. Lucullo in Siciliam profectus et quum ex ea provincia cum eodem L. Lucullo regre*deretur, Heracleam venit, quae tunc erat civitas foederata, et adscriptus est in ordinem Heracliensium[1] civis. Tunc Silanus[2] et Carbo cos. legem tulerunt, ut omnes, qui essent ex foederatis populis, civitatem Romanam consequerentur, si modo illo tempore, quo lex lata esset, domicilium in Italia haberent et intra diem sexangesimum[3] professi apud praetorem

---

1. Alii scribendum censent *Heracleensium*, alii *Heracliansium*. Ego in palimpsesto Ambrosiano bis vidi scriptum *Heracleneium* cum una litera e, ter *Heracliensium* atque hanc constanter amplactendam lectionem putavi. 2. Recte *Silanus*, non *Silvanus;* nam sic in Mss. legi monet Grnteros ad haec orat. cap. IV., et sic ego quoque legebam in nonnellis saltem codd. Ambrosianis v. g. A. 141. B. 124. T. 20. Certe Carbonem et Silanum coss. Marii aetate tradit Pateroulos II. 12. — Ex XXII. codicibus a Lagomarsinio collatis, XXI. habent *Sillunum* vel *Syllanum;* reliquus codex habuisse *Silvanum* credendus est. Fortasse igitur *Silanus* consul soffectus cum Carbone II. cos., Cinna occiso, fuit. Quamquam vero comitis, aliquamdiu certe, enaulitis religionibus impedita fuissa non ignoramas, ita ut Carbo solas consulatum geraret, fieri tamen potest, ut sub anni finem consul processeril *Silanus* legemque com collaga lolerit. N. 3. Ita Cod. *sexangesimum*, quam scriptionem non semel me videre mamini.

2. Ad orationem pro Archia nulli exstabant antiqui commentarii. Hunc autem ego integrum eruditum elegantemque ex Ambrosiano codice edidi.

4. Spatium vacuum in codice, quod replevi nominibus ipsius poëtae.

7. Quae sequuntur in codice ita sunt oblitterata, ut legi nequeant usque ad *debetur*, quod ego feci *deretur*, ut fieri possat *regre*deretur. Reparavi autem lacunam verbis ipsius narrationis Tullianae cap. IV. Neque multum amisimus in loci oblitteratione, quae non plus spatii in codice occupat,. quam ego verbis Tullianis explevi.

8. Pro *Siciliam* nonnulli scripserunt *Ciliciam*, quod mendum ope codicum et historiae sustulit olim Fulvius Ursinus. Verum et ipse peccavit hoc loco, quum addidit, *Heracleam* (de qua mox Tullius in narratione) intelligendam esse illam, quae in Sicilia erat: quem summi critici errorem Alexius Mazochius egregie cosrguit in commentario ad tabulas Heracleenses p. 113., quo loco contendit plane cogitandum esse de Heraclea Italia Lucaniae.

fuissent. Quae quum Lirinio Archiae ad obtinendum ius civitatis Romanae argumenta deessent, quoniam neque tabulis Heracliensium probare poterat adscriptum se in ordinem civium, quippe tabularium[1] civitatis illius exarserat bello sociali, nec bona sua in censum detulerat; reus factus *est* lege Papia, quae lata fuerat ad eos coërcendos, qui temere et inlicite civitatem Romanam usurpassent. Fit ergo quasi coniecturalis[2], an adscriptus[3] sit in ordinem[4] Heracliensium et an fecerit omnia, quae is facere debuerit, qui esset e numero foederatorum. Et deficitur quidem multis probationibus; testimonio tamen Heracliensium, et vel maxime, quibus tota occupatur oratio, poëticae facultatis et doctrinae iucundissimae gratia nititur. Est etiam, omissa coniectura, disceptatio[5] per ipsam qualitatem personae, *ut* civis Romanus debeat adoptari, etiam si in praeteritum non sit adsociatus[6].

COMMENTARIUS.

II. 1. Quum res agitatur[7] apud praetorem P. R., rectissimum[8] virum.

Hanc enim causam lege Papia de civitate Romana aput Quintum[9] Ciceronem dixit Archias huius[10] M. Tullii fratrem. Quapropter[11] utitur *deprecatione*, ne minus civiliter loqui existimetur, recedens videlicet aliquantum a forensi genere dicendi. Quod ipsum ne pro inepto accipiatur, iam praeloquitur a modo praesentis causae non abhorrere et personae vel maxime, pro qua dicendum esset, convenire.

2. Hoc denique praetore exercente iudicium.

Non vacat, quod mentionem facit praetoris ipsius, id est, fratris sui Q. Ciceronis, qui iudicio praeerat. Opportunissimum quippe ait de laudibus poëtae boni aput eum dicere, qui studiis huiusmodi delectetur. Fuit enim Q. Tullius non solum epici, verum etiam tragici carminis scriptor.

---

1. Cod. *quippae tabulariorum*. 2. Nisi mavis *coniectura lis*, quod minus placet. 3. Cod. *adacribtum*. 4. Cod. *in eodem*. 5. Cod. *disceptione*. 6. Cod. *adsocius*. 7. Sic Cod. — Fortasse igitur scribendum, ut in Edd., *agatur*. N. Maius scil. *agitetur*. 8. Edd. et codd. *lectissimum*. N. 9. Cod. *quem*. 10. Ita N. At cod. *cuius*. 11. Cod. *quia propter*.

15. Superiores ineditas Tullii orationes in capita ipse dispescui; deinceps in orationibus editis vulgatam distinctionem retinebo: quare et a capite II. heic initium ducitur.

18. Nunc demum ex nostro interprete apparet, Marcum apud ipsum fratrem praetorem hanc orationem dixisse: quo fit, ut iam intelligamus, quorsum pertineat ea confidens clausula huius orationis: *quae locutus sum, ea, iudices, a vobis spero esse in bonam partem accepta; ab eo, qui iudicium exercet, certe scio.*

28. Q. Ciceronis exstant versus epici viginti *de signis caelestibus*, *quo quodque tempore illustre sit*. Adde etiam, si placet, epigramma *de mulierum levitate*, quod cl. quoque Hummelius in editione Norimbergensi operum Quinti Ciceronis dedit. Tragoediarum autem eiusdem Quinti mentio fit in epistulis Marci ad eum ipsum, nempe lib. III. 6. 9.

III. 1. Itaque unum et Tarentini et Rhegini[1] et Neapolitani civitate ceterisque praemiis donarunt.

Utiliter praeparavit ad causam, iam pridem hunc Archiam poëticae facilitatis[2] gratia celebrem a plurimis Italiae nobilissimis populis in numerum civium cooptatum. Quod nimirum argumento esse debeat, etiam Heracliensibus nuper adscriptum, robustiorem iam fama et ingenii[3] dignitate maiorem[4]. Fuerunt autem urbes[5] istae, de quibus loquitur, *a* quibusdam Graecis[6] tribubus conditae.

2. Quorum alter[7] res ad scribendum maximas, alter[8] quum res gestas, tum etiam studium atque auris adhibere posset.

C. Marium Iugurthinum, qui ad consulatum septimum provectus est, non ignoramus a[9] doctrinae studiis alienum, et sola rei militaris scientia floruisse; Quintum vero Catulum non mediocriter literis liberalibus informatum. Sed eleganter utrique Archiam placere potuisse in hac parte narrationis ostendit, quia praestiterat[10] C. Marius eas res, quae satis uberem materiam scribentibus darent; Catulus autem et rebus gerendis floruerat et habilis auditor erat[11].

3. Erat temporibus illis iucundus Q. Metello illi Numidico.

Qui de Ingurtha triumphavit.

4. Et eius Pio filio.

Hic Metellum *exulantem* cum Pompilio . . . e confec . . . . .

5. Audiebatur a M. Aemilio.

M. Aemilium Scaurum hac in parte significat et ipsum multae eruditionis, ut historia de illis habet.

6. Cum Quinto Catulo[12] patre et filio.

Ambo Cinnana dominatione *proscrip*ti[13] sunt.

---

1. Cod. *Regini*. Sic legebam sine dsp. in antiquissima Verrinarum palimpsesta et alibi v. gr. apud Iulium Paridem. 2. Ita Cod. *facilitatis;* ut Iulius Paris e me nuper editus. At in argumenta huiusmel commentarii, *facultatis* (ut sane leg. est. Oe.) 3. Cod. *ingenti*. Corrigit *ingenii* N. 4. Cod. *maiore*, quod utique relinquissem, nisi Codex passim meedis laboraret. Memini enim, quid Quintilianus de *M* finali a veteribus saepe subtracta scribat Inst. IX. 4. *Et illa censorii Catonis* dic hanc, *M. littera in E mollita; quae in veteribus libris reperta, mutare imperiti solent; et dum librariorum insectari volunt inscitiam, suam confitentur.* 5. Cod. *urbe*. 6. Cod. *Graeciae*. 7. Cod. *altera*. 8. Cod. *alterum*. 9. Cod. *in* pro *a*. 10. Codex more suo correptissimus: *utique Archiam cere potuisse in hanc partem narrationes astendi qui praee.* Emendavit autem cl. N. (Sic: *cere* Ed. Rom.; sed Med. *Archiam facere*. Os.) 11. Cod. *auditur* pro *auditor erat*. 12. Cod. *Gatulo*, uti legitur interdum *Gaius* pro *Caius*. Sed tamen priore pagine *Catulum*. 13. Ita explet vocabulum N.

4. Archiae *facilitatem* et *felicitatem* poëticam laudat Quintil. Inst. X. 7.

25. Codex *de illis haberet*. (Maius: — *illo*.) Ait autem de Scauro Cicero in Bruto XXXIX. *huius et orationes sunt et tres ad L. Fufidium libri scripti de vita ipsius acta, sane utiles, quos nemo legit.* Obiter etiam moneo exstitisse librum logistoricum Varronis inscriptum *Scaurus*.

27. Q. Catulus pater princeps fuit Syllanae factionis, ut ait Asconius ad lib. I. in Verr. cap. LX. Mario victore ipse se vita privavit. Vide Appianum

7. A L. Crasso colebatur.

Ea aetate hic etiam quum maxime in studiis eloquentiae floruit.

8. Lucullos[1] vero.

Significat *Marcum* et Lucium, quorum alter de Macedonia, alter de bello Mithridatico triumpharunt.

9. Et Drusum.

Hic nobilissimus tribunus pl. fuit defensor senatus contra plebem: qui postea intra secreta domus suae interfectus est.

10. Et Octavios.

Alter eius Octavii filius, quem post bellum civile nuper collegam suum L. Cinna victor occidit; alter vero Cn. Octavius, M. Octavio patre, qui consulatum cum Scribonio Curione gessit.

11. Et Catonem et totam Hortensiorum domum.

Patrem Catonis significat eius, qui se post civile bellum Uticae interfecit. L. Hortensio[2] autem *filius fuit* Q. Hortensius, qui temporibus M. Tullii, quamvis aetate provectior, *non*[3] tamen famosior, oratoris nomen obtinuit. Densitas igitur haec exemplorum, quae ad personas nobiles refertur[4], multum praesenti negotio patrocinatur, ut Archias tot amicis et tam inlustribus nixus perquam facile *ad* honorem civitatis Romanae potuerit pervenire.

IV. Hic tu tabulas desideres[5] Heracliensium, quas interisse scimus omnes.

Id quod derivat in aliam causam, qua effectum sit, ne exhiberi verae[6] possent, id est, propter incendium, quod evenerat bello sociali.

V. 1. Gabinii[7], quamdiu incolumis fuit.

Aulus Gabinius damnatus fuerat de pecuniis repetundis, quod

---

1. Cod. *Lucullus*. 2. Cod. sic: *Hortensio . . . autem Q. Hortensius* est, relicto spatio. Sed supplendum fuit, ut fecimus. Patrem enim oratoris fuisse *Lucium*, testatur Cicero lib. III. in Verrem XVI. 3. *Tò non* abest a Codice, sed mihi videbatur supplendum: nam Tullius revera, quamvis iunior, Hortensio famosior evasit. — At cl. Niebuhrio non videbatur inserendum *non*, quia vere *famosus* erat Hortensius, quum propter iudicia tum propter luxum nimiasque delicias. 4. Cod. *que ad personae nobilitae fertur*. 5. Sic Cod *desideres*. 6. An *vere* vel *re vera*? Os. 7. Hominis huius nomen in plerisque orationis codicibus *Gabius* est: itaque Fulvius Ursinus *Gavium* fuisse existimat: nunc Codex Ambros. atque hic ipse Scholiastes errorem receptum scripturam plane firmant. N.

Bell. civ. I. 74. Q. Catulus filius Lepidum acta Syllae rescindere conantem bellumque patriae inferentem armis repulit. Vide epitomen lib. XC. Livii, et Appianum Bell. civ. I. 107. De hoc Salustius Fragm. hist. lib. III. 8. in oratione Macri Licinii ait, *Sulla mortuo, qui scelestum imposuerat servitium, finem mali credebatis; ortus est longe saevior Catulus.*

2. De L. Crasso oratore plurima scribit Cicero in libris de Orat. et in Bruto.

5. M. Luculli triumphum de Macedonia memorat Cicero in Pison. XIX. Lucii triumphum de Mithridatico bello describit Plutarchus in Lucullo.

acceptis decem millibus talentum ab rege Ptolemaeo, duxisse Romanum exercitum in Aegyptum diceretur.

2. Census nostros requiris.

Etiam hoc argumento deficiebatur Archias: nec poterat is probare, cum ceteris civibus Romanis aput praecedentium temporum censores bona sua professum. Et hoc coloratur absentiae adlectione[1], quod cum constet illis censoribus Romae non fuisse[2], ac propterea censum non detulisse.

3. Cum L. Lucullo aput exercitum fuisse.

In Asia scilicet tempore belli Mithridatici.

4. Et testamentum saepe fecit nostris legibus.

A partibus ad totum. Rebus gestis quam plurimis Archiam signa edidisse civis R., quae non poterat habere peregrinus.

VI. Quantum denique aleae, quantum pilae[3].

Sunt enim haec, ut vulgo comperimus, genera ludendi.

VIII. Quis animo tam agresti et duro fuit, ut Rosci morte non moveretur[4]?

Quintum Roscium Gallum dicit illis temporibus illustrem comici operis actorem[5], quem familiarissime Cicero dilexit, qui non *ita*[6] pridem vita excesserat.

IX. Ille[7] Marius idem[8] eximie[9] L. Clodium dilexit.

Hic primus Romae studia Latina docuisse *fertur*.

---

1. Codex sic: *adlectione*, nec male. — At N. mavult *odlegatione*. (Recte N. Os.) 2. Cod. *fuisset*. (Ed. Med. *et Romae*.) 3. Cod. pro hoc textu habet; *quia eloqui pilu*, (sic Rom. *pilu* Med.) corruptissime; sed in hac corruptione latitare elegantem lectionem *alveolo*, quem codex optimus Pithoei exhibeil, censet N. 4. Cod. *moreretur*. 5. Cod. *auctorem*. 6. Cod. *qui non . . . a pridem* relicto spatiolo. Visum est sic supplendum. 7. Cod. *illa*. 8. Videtur corrigendum *item*, ut editiones habent. 9. Cod. *eximoe*.

2. Aulus Gabinius anno urbis DCIC. Ptolemaeum in Aegyptum cum exercitu reduxit, eoque crimine damnatus est. Iam haec oratio vulgo creditur dicta anno urbis DCLXXXXIII. Igitor vel tempora perturbat noster interpres atque de alio Gabinio loquitur Cicero, ut censebat quidam amicus meus, vel haec oratio aliquanto serius a Cicerone dicta est: cui sententiae obstare videntur ea, quae ex huius orationis cap. V. dicit Fabricius in Ciceronis vita ad annum urbis DCLXXXXII. (seu potius DCLXXXXIII) Pisone et Messala coss. Maius.

Amico tuo, cuius sententiam attulisti, omnino adsentior, errare Scholiastam de Gabinio censenti. Quintus enim Cicero, qui hoc iudicium exercuit, praetor erat anno DCXCIII. Auli autem Gabinii calamitas accidit anno DCC. Denique collegium illud praetorum, e quorum numero Gabinius ille erat, de quo hic sermo fit, eo anno, quo Silanus et Carbo legem de civitate tulerunt, in magistratu fuerat. Niebuhr.

21. Codex aperte *L. Clodium*. Et quidem *Clodius* (sed cum praenomine *Servius*) recensetur a Suetonio inter illustres grammaticos cap. II., gener Quinti Aelii item grammatici. Sed vulgata lectio Ciceronis habet *L. Plotium* aut *Plautium*. Lucium autem Plotium primum Romae docuisse Latine, se puero, testatur Cicero in fragm. epist. ad Titinium apud eundem Suetonium de claris rhet. cap. II. Porro codex Ambrosianus est mendosissimus.

X. 1. Ergo illum, qui haec fecerat, Rudinum hominem.

Natione[1] Rudinus fuit Q. Ennius, quem superior Africanus dilectum familiarissime, etiam communicato sepulchri honore dicitur in maiorum suorum numerum redegisse. Sepulchrum[2] fuisse traditum extra portam Capenam, mille fere[3] passibus ab urbe seiunctum.

2. Quid noster hic Magnus?

De Cn. Pompeio dici manifestum. Et opportune[4], quoniam supra mentionem fecerat Macedonis Alexandri, cui hoc idem cognomentum fuit, de Pompeio dicturus adiecit „hic noster".

3. Epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus.

Ab exemplo adiudicando[5], non sine differentia tamen personarum, haec argumentatio impletur; L. Syllam praeter ceteros Archiae daturum civitatem Romanam fuisse poëtae nobilissimo, quoniam malos plerosque existimaverit honorandos. Alternos igitur versus dicit elegiacos, metris scilicet dissentientibus varios. Primus autem videtur elegiacum carmen scripsisse Kallinos[6]. Adiicit Aristoteles praeterea hoc genus poëtas Antimachum Colophonium[7], Archilochum Parium, Mimnermum Colophonium, quorum numero additur etiam Solon Atheniensium legum scriptor nobilissimus.

4. Ex his rebus, quas vendebat, iussit enim[8] pretium tribui, sed ea conditione, ne quid postea scriberet.

Non potuit expressius vitia poëtae declarare, quam dicendo datum illi non praemium laudis, sed mercedem silentii.

5. Etiam Cordubae natis poëtis pingue quiddam sonantibus.

De versiculis nec egregio cultu, nec amoena varietate, nec eminentibus figuris carmen instructum.

XI. 1. Decimus quidem Brutus.

---

1. Cod. *ratione*. 2. Cod. *pulchrum*. 3. Cod. *ferae*. 4. Cod. *oportunoe*. 5. Leg. *adducendo*. Ob. Vers. 14. Cod. *alternis - - dici*. 6. Cod. meadose *Alsinos*. Emendavi autem *Kallinos*, Graeca litera servata, pro *Callinus*. Et quidem huius poëtae nomen scribi correptum etiam apud Pausaniam (Boeotic. IX.) et apud Nicandri scholiastam, iam monuit cum Scholio Vossius Inst. poëtic. III. 11. De Callino autem elegiae auctore, aut certe in eo excellente, videsis Strabonem XIII. 4. ff. 8. et Procli chrestomathiam apud Photium cod. CCXXXIX. p. 983.: item in Putschio Marium Victorinum p. 2555.; nec non Terentianum Maurum, qui p. 2420. ita scribit: *pentametrum dubitant quis primus finxerit auctor; — quidam non dubitant dicere Callinoum*. 7. Cod. bis *f* pro *ph*. 8. Sic Cod. *enim*. Tum *praetium* cum diphthongo, quod et alibi plerumque vidi in antiquis codd. nec non *praecor*, *praecas*, *depraehendo*. Cl. N. mavult scribere: *iussit et proemium tribui sub cel.*

5. Revera anno demum post Ch. N. MDCCLXXX. decimo Kal. Iunias, Scipionum sepulchrum in vinea Saxia detectum fuit non longe a vetere porta Capena; idque nunc insigne monumentum, multis eruditorum hominum curis illustratum, in Vaticano museo adservatur. (Plin. H. N. VII. 30. 114.)

27. Velleius Paterculus II. 5. ait: *ante tempus excisae Numantiae praeclara in Hispania militia A. Bruti fuit: qui, penetratis omnibus Hispaniae gentibus, ingenti vi hominum urbiumque potitus numero, aditis, quae vix audita erant, Gallaeci* *cognomen meruit*. Porro pro *A. Bruti* legendum esse *Decimi Bruti*, vehementer adfirmant Paterculi interpretes, quorum sententiam codex etiam noster veram esse demonstrat.

Hic Brutus Gallaecus fuit cognomento ob res in Hispania non minus strenue quam feliciter gestas. Eius etiam nomini *dicatus Accii*[1] poëtae tragici exstat liber, cuius[2] plurimos versus, quos Saturnios appellaverunt, vestibulo templi Martis superscripsit Brutus.

2. Hunc ad perficiendum adoravi[3].

Hoc verbum „adoravi" significat cohortatus sum. Adoravit autem orare et petere significat.

XII. Qui vos, qui vestros imperatores, qui P. R. res gestas semper ornavit.

Epilogus valde conveniens personae rei, quo devotionem Licinii Archiae commendat in rebus P. R.[4] omnesque ingenii vires occupatas.

EXPLICIT ORATIO FELICITER.

AD ORATIONEM

PRO SYLLA[5]

COMMENTARIUS.

III. 1. . . . . . . videatur adsciscere; ait se non periculum communicare, sed laudem, nec ut plures periclitentur, sed ut multi aequaliter glorientur.

1. Spatium in codice non patitur nisi quinque ferme literas. Ego olim suppleveram *dicatus*. Deinde el. N. addebat *Accii;* quod eruditum additamentum retinendam censeo. Reapse exstant apud Cic. Divin. I. 22. Saturnio versu reliquiae poëmatis ex Accio, quod inscribitur *Brutus*. (De *Saturniis* versibus a Cic. l. l. servatis errat V. D.) 2. Cod. *qui*. At N. mallet retinere *qas*. 3. Cod. *adoravi* heic et postea. Sed utrobique corrigendam *adhortavi;* idemque ex aliis adfertur, immo ipsum illud *adhortavi*, quod iam sine ulla dubitatione Ciceroni reddendum est. Conf. Priscianum VIII. 4. Mai. Immo verum nunc censeo *adoravi*. Nos exspectabas *Adorare autem*. Or. 4. Cod. *in rebae tram*. 5. Cellarius Orthograph. (ed. Patav. 1724. p. 7.) ait: *Sulla viri nomen, quod Graeci Σύλλα scribunt, Latinum est, ideoque ubique fere u servatur.* Codex tamen antiquissimus Ambrosianus semper habet *Sylla*.

3. Quinam sit versus Saturnius declarat Asconius ad act. I. in Verr. cap. X. *antiquum Naevii est: — fato Metelli Romae fiunt consules. — Cui tunc Metellus consul iratus versu responderat senario hypercatalecto, qui et Saturnius dicitur: — dabunt malum Metelli Naevio poëtae.*

Horatius item lib. II. ep. 1. v. 157. ait: *sic horridus ille — defluxit numerus Saturnius.* Et voc. *Saturno* Festus: *versus antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur, Saturnii appellantur, quibus et a Naevio bellum Punicum scriptum est et a multis aliis plura composita sunt.*

4. Commemorat hoc templum Martis, a Bruto Callaico (ut ipse scribit) conditum Plinius XXXVI. cap. V. §. 7.

15. Ne ad orationem quidem *pro Sylla* exstabat ullus vetus commentarius, prius quam ego hunc eiusdem anonymi auctoris ex Ambrosiano codice divulgarem.

2. In Autronium testimonium dixisti, inquit, Syllam defendis. Et[1] relicum.

Acutissimum torquet *argumentum*[2] prope ad vim dialecticorum, ut adversarii propositio utrimque conclusa teneatur. Dixisti, inquit, in Autronium testimonium, et quodammodo nunc deficis a constantia tua, qui P. Syllae patrocinaris. Huic ita factae propositioni[3] opponitur, ut animadvertis, acuta responsio. Si minus integre, inquit[4], testimonium dixi, nec defensioni meae, quam nunc adgredior, inesse debet auctoritas: sin[5] vero fides constitit mihi testimonium dicenti, cur non ab eadem fide etiam defensionis huius aequitas descendat? Et hic iam se animis iudicum latenter insinuat, ut praesens defensio in testimonii vicem cedat.

3. Videor enim iam non solum studium ad defendendum[6] causas, verum etiam opinionis aliquid et auctoritatis adferre.

Cavet[7] valde, ne odium quoddam nimiae huius adseverationis[8] incurrat. Facit enim periculum inpudentiae, qui, quum patronus ait, velit testis videri.

IV. 1. Duae coniurationes abs te, Torquate, constituuntur.

Coniuratio diversi generis infertur geminata propositione: et fit a M. Tullio consultissima et non incuriosis lectoribus admiranda discretio, ut solum tempus ipse defendat coniurationis eius, quae se consule deprehensa sit; illud vero superius Hortensio patrocinante fateatur dilucide peroratum. Ita nec fit ulla iactura defensionis, quod illud superius tempus omittat, quoniam defendit Hortensius: et quum hoc sibi potissimum velut privatim et peculiariter vindicet ad diluendum, magis existimetur testimonio niti quam probatione, defendens ea scilicet, quibus ipse consul interfuit.

2. Ergo istius coniurationis crimen defensum ab eo est, qui interfuit.

Non contentus sibi uni vindicare testis auctoritatem, etiam in illo praecedentis coniurationis tempore, quoniam se non potest, vel ipsum testem constituit Hortensium. Sic contra iniuriam temporis utriusque non defensiones duorum, sed testimonia videntur opponi.

3. Non modo animo[9] nihil comperi, sed ad auris meas istius suspicionis fama non[10] pervenit.

Obnixe negando de illa superiore coniuratione nihil se comperisse, hoc persuadere connititur, omnia sibi in consulatu suo fuisse manifesta.

---

1. Cod. *ed.* 2. Spatium in Codice relictum explevi hoc vocabulo. 3. Codex *huic ita facta propositione.* 4. Cod. *inquid.* 5. Mediol. *si.* 6. Cod. *defendendam.* Libri omnes *defendendae*, in iisdemque deest supra *iam.* Sed Ambrosiana lectio retinenda. N. 7. Spatium aut lituram codicis explevi verbo *cavet.* 8. Codex *adservationis.* 9. Libri editi et codd. *enim* pro *animo.* N. 10. Cod. *famam pervenit.* (Scil. errore excidit *vix* e Cd. nec vero supplendum erat *non.* Cic. sic: *sed vix ad aures - - fama pervenit.* Or.)

V. 1. Multa, quum essem consul, de summis rei p. periculis audivi, multa quaesivi, multa cognovi: nullus unquam de Sylla nuntius ad me, nullum indicium, nullae literae pervenerunt, nulla suspicio.

Haec vero non patroni magis quam testis oratio est. Quibus enim verbis praeter quam his uti posset, qui testimonium rogaretur? Mire[1] *sibi* obtinens *ut fides adhibeatur*, quasi exspectandum iam non sit, ut probet, quoniam credi debeat rei p. conservatori.

2. Sed ego nondum utor hac[2] voce ad hunc defendendum.

Moderate et consulte facit, quo magis mereatur obtinere[3] testis auctoritatem, quam sibi ipse non vindicet.

3. Quae enim fuit Autronii causa? quae Syllae est?

Dissimilitudinem duorum, P. Syllae et Autronii, facta comparatione prosequitur, ne huius praedamnatio sit illa sententia, quae in Autronium dicta est. Necessario igitur[4] ostendit nunquam similes fuisse, ut per hoc facilius Syllam persuadeat innocentem.

4. Illum Allobroges maximarum verum verissimi indices.

Oratoria subtilitate adserit hic et confitetur Allobrogum fidem, quos verissimos indices dicit, a quibus Syllam nominatum non esse constabat.

5. Hic contra ita quievit, ut eo tempore omni Neapoli fuerit.

Quoniam videri poterat P. Sylla damnatus conscientia[5] detecti criminis sui ab oculis omnium secessisse et urbem Romam reliquisse, trahit orator ad verecundiae argumentum, dicens, ea propter sub oculis esse civium noluisse, quod erubesceret in aliquo vitae suae *articulo* honorem defloratum dignitatemque mutilatam. Nec moverit nos, quod ita loquatur de Sylla Cicero, quasi damnatus crimine ambitus habuerit Romae demorandi facultatem. Habuit enim secundum legem Calpurniam. Nam superioribus *temporibus* damnati lege Cornelia hoc genus poenae ferebant, ut magistratuum[6] petitione per decem annos abstinerent. Aliquanto postea severior lex Calpurnia et pecunia multavit[7] et in per-

1. Cod. *mirae . . optinens . . quasi* cet. relictis spatiis, ita ut sensus loci hiaret. 2. Verba *utor hac* desunt in codice, quae supplevi ex editis. 3. Nota hic *obtinere*, et superius *optinens*. Saepe enim in codice scriptio eiusdem vocabuli varia est. 4. Sic distinxi. Maius: *dicta est necessario. Igitur* cet. 5. Cod. *conscientiam*. (Mox malim *hominum*. Or.) 6. Cod. *magistratum*. 7. Cod. perspicue *multa fuit*. Sed recipio emendationem *multavit* cl. Garatonii in suis animadversionibus ad hunc Scholiastam p. 138.

30. Haec lex dicitur *Baebia Cornelia*, quia lata est a P. Cornelio Cethego et M. Baebio Tamphilo, qui consulatum gesserunt anno urbis DLXXIII. Eius legis meminit Livius XL. 19.; sed poenam reticuit, quam noster interpres expressit.

32. De hac lege ad orat. I. pro Cornel. scribit Asconius: *tulerat eam ante biennium* (nempe anno urbis DCLXXXVII.) *C. Calpurnius Piso consul, in qua, praeter alias poenas, pecuniaria quoque poena erat adiecta.* Legem hanc Calpurniam memorat idem Asconius etiam ad orat. in toga candida.

pctuum honoribus iussit carere damnatos. Habebant tamen licentiam Romae morandi. Postea, iam damnatis Sylla et Antronio, poenam de ambitu graviorem consules C. Antonius et Cicero sanxerunt[1], ut praeter haec veteribus legibus coustituta etiam exilio multarentur.

6. Et locus est ipse non tam ad inflammandos calamitosorum animos quam ad consolandos accommodatus.

Dicit Neapolitanam civitatem procul fuisse ab omni contagio illius coniurationis ac propterea delectam P. Syllae, ut ibi non sceleratus lateret, sed miser conquiesceret.

VI. Veniebat ad me, et saepe veniebat, Autronius.

Salubriter institit huic parti, multis et inpensis precibus auxilium defensionis, commemoratis amicitiae veteris officiis, Autronium postulasse, multosque alios ad hoc impetrandum pro se deprecatores adhibuisse, nec tamen extorsisse, ut patronus et defensor adsisteret; ne hoc dicere adversarius posset: „idcirco Autronium non defendisti, quod non satis egerit, ut a te defenderetur". Sed si hoc impensissime deprecatus est nec impetravit, videri iam potest idcirco ad defendendum Syllam venire, quod de eius innocentia certus sit.

VII. 1. Quod tandem, Torquate, regnum? Consulatus credo mei, in quo ego imperavi nihil.

Cumulaturus invidiam Torquatus in personam M. Tullii et hoc dixerat: quodam illum spiritu velut regiae potestatis exposcere, ut Sylla innocens iudicetur. Itaque[2] . . . . statim . . . . . *addit* consulatum suum talia edidisse moderationis et continentiae et virtutis exempla, ut non ipse rex, sed aliis regnum affectantibus esset inimicus. Qua exsecutione simul et invidia liberat auctoritatem suam et impetrabilius facit, quod ad Syllae victoriam[3] locuturus est.

2. An tu[4] in tanto imperio tantaque potestate non dices me fuisse regem, nunc privatum regnare dicis?

A maiore ad minus. Ut, quod nunc privatus in defendendo reo innocentissimo faciat, non sit regiae superbiae, sed fidei religiosae, qua non putet innocentes esse damnandos: nec cadat suspicio regiae cupiditatis in privatum senatorem, quae non cciderit[5] in consulem.

---

1. Cod. *sancerunt*. 2. In his spatiis duorum ferme versiculorum evanuerunt literae. 3. Codex *ad Syllam victoriae*. 4. Sic Cod. *tu*. At in edd. et aliquot codd. *tum*. 5. Cod. *caeciderit*.

1. Consonat plane Dio XXXVI. 21. poenas ab hac lege inflictas recensens: *μήτ᾽ ἄρχειν μήτε βουλεύειν σφῶν μηδένα, ἀλλὰ καὶ χρήματα προσοφλισκάνειν: ut neque magistratum gerere neque senatoribus esse liceret, et pecuniaria insuper poena inrogaretur.*

4. Suam legem *de ambitu* commemorat Tullius pro Murena Itl. et XXXtI. pro Scstio LXIV. in Vatin. XV. Eadem memoratur etiam a nostro interprete ad orat. pro Plancio XXXtV. 1. et a Dione XXXVtt. 29. ad annum urbis DCXCI. his verbis: *ἔδοξε τῇ βουλῇ, δέκα ἐτῶν φυγήν, τοῦ Κικέρωνος ἐς τὰ μάλιστα ἐνάγοντος, τοῖς ἐπιτιμίοις τοῖς ἐπὶ τῷ δεκασμῷ τεταγμένοις προσνομοθετῆσαι: statutum est a senatu, Cicerone* (consule) *praesertim auctore, ut ambitus crimen, praeter constitutas iam multas, decennali insuper exilio plecteretur.*

3. Si falsum dixerim, te in eosdem[1] dixisse; si[2] verum, non esse hoc regnare, quum verum iuratus dicas, probare.

In altero *accusatio adversarii* est, in altero *sui defensio*[3]. Aut invidiae mecum particeps, inquit, videberis, si quid[4] in eo regaliter feci, quod in sceleratos homines testimonium dixi, quoniam et te in eosdem dixisse manifestum est; aut si fides et religio incorrupta in illis omnibus testimoniis fuit, non potest rex videri, qui testimonio adscrit veritatem. In parte igitur percussit Torquati verecundiam, in parte diluit regalis animi proprietatem.

4. Uter tandem rex est, isne, cui innocentes homines nôn resistunt, an is, qui calamitosos non deserit?

Praemiserat enim Torquati propositionem valde insolentissimam et liberae civitatis odio dignam: „nisi tu defendisses P. Syllam, nemo defenderet". Cui statim in forma concessiva occurrit[5]. Ut, inquit, alios concedam patrocinium denegaturos fuisse, in quem iustius derivabitur animi regalis cupiditas, in me, qui protego innocentes, an iu te, qui subveniendum non putas innocentibus? Non tantum ergo se liberavit, sed Torquatum multo acerbius proscidit.

5. At hîc etiam facetus esse voluisti, quum Tarquinium et Numam et me tertium peregrinum regem esse dixisti.

Novitatem Ciceronis multi quidem per illa tempora contumeliis agitare voluerunt[6], ut Catilina et Clodius et ipse, quamvis collega fuerit, C. Antonius. *Cuius* virtutibus obtrectare non poterant, eius humilitatem natalium maledica insectatione carpebant. Notissimum est autem fuisse Ciceronem natione Vulscum Arpino municipio, unde illi quaedam peregrinitalis ab invisoribus concinnabatur infamia. Nec in praesentis causae iudicio Torquatus pepercerat, facta mentione regum peregrinorum Tarquinii et Numae. Fuerat enim Pompilius[7] Curibus Sabinis ortus: Tarquinius vero Priscus Demarati[8] Corinthii[9] filius, qui fugiens dominationem Cypseli, in Italiam se Tarquinios contulerat, ibique liberos procreaverat. Animadvertamus tamen, quantis aculeis asperitatis tallionem M. Tullius referat hic Torquato, quem partim despiciendo plus abicit et humillimum facit, partim maiore insectatur invidia, quod in exemplis maiorum illius haereat[10] invidia tyrannidis.

1. Edd. deletus *eos*. 2. Edd. melius *sin*. N. 3. Cod. sic: *in altero . . est in altero . . aut* cet. quae spatia replenda videbantur, ut fecimus. Porro noster interpres satis bene declarat hunc locum, qui recentiores criticos non parum torsit. 4. Cod. *siquit*. 5. Cod. *in formam concessiva currit*. 6. Cod. *voluerint*. Mox Maius suppluvit *Nam quia virt*. Sed post syll. *nus* excidisse potius videtur *cuius*. Ox. 7. Utraque Maii editio; *Popilius*. 8. Cod. *Demurthi*. 9. Cod. cum unica *i*. 10. Cod. sic *tallionem - - abicit* et *hereat* sine diphthongo.

22. Magnam de sua nobilitate opinionem et superbiam Claudiae familiae insitam testatur Tacitus Annal. I. 4.: *Tiberium Neronem, maturum annis, spectatum bellis; sed vetere atque insita Claudiae familiae superbia.* Eandem in Appio Pulchro P. Clodii fratre exagitat Cicero ad Famil. III. 7.

23. De Catilina et Antonio confirmat Asconius ad orat. In toga candida sub finem: *huic orationi Ciceronis et Catilina et Antonius contumeliose responderunt, quod solum poterant, invecti in novitatem eius.*

34. Intellige Manlium Capitolinum.

6. Hoc dico, inquit[1], te esse e municipio. Fateor: et addo etiam ex eo municipio, unde iterum iam salus huic urbi imperioque missa est.

Magna eum gloria subdidit consensionem, amplectens municipii sui Arpinatis egregiam nobilitatem; unde et C. Marius exstiterit bellorum maximorum strenuissimus victor; et ipse, cuius consulatus ad opprimendam Catilinae coniurationem salutaris inluxerit.

7. Nemo istuc M. Catoni seni, nemo Tiberio Coruncanio, nemo Manio[2] Curio.

M. Cato ille censorius et Tib. Coruncanius[3] fuerunt e municipio Tusculano. Manius porro Curius, qui de Samnitibus triumphavit, Sabinis oriundus videtur; ubi etiam foculo adsidens aurum, quod sibi hostes obtulerunt, repudiavit; confessus votum sibi esse praecipuum, non ut ipse opibus adflueret, sed ut pecuniosis hostibus imperaret.

VIII. 1. Est enim ipse materno genere municipalis.

Quo sin totum[4] destruere non potuit, ex parte destruxit. Nam familiae Manliae veteris egregia nobilitas eminebat, sed maternum genus humilitare conatus est: quasi non sit illi ad originem parentis utriusque dignitas vetustatis aequalis.

2. Honestissimi generis, sed tamen Asculani.

Asculum civitas est in Piceno, unde etiam principia belli socialis arserunt.

3. Nisi forte regium tibi videtur ita vivere. Et relicum.

Decore et hoc cum sublimitate maximae[5] laudis impletur: ea ostendens inesse moribus suis, quae non congruentia, sed contraria sint regiae cupiditati.

IX. 1. Ego tantis a me beneficiis in re p. positis, si nullum aliud mihi praemium ab senatu populoque R. nisi honestum otium postularem, quis non[6] concederet?

Gloriose in hunc locum decurrit orator laudibus suis plurimis demeritis[7] erga rem publicam tribuens, quod tantis iam perfunctus

1. Cod. *inquid.* 2. Cod. *Mario*, at inferius *Manius*, quod verum Curii praenomen bis usurpat Plutarchus in Pyrrho; et diserte adserunt interpretes Aur. Victoris ad caput XXXIII. de viris ill. Porro hoc Curii Dentati praenomen non in nostro tantum codice, sed in aliis multis veterum scriptis aut corruptum aut varium est. Vide ad Aur. Victoris locum citatum. 3. Cod. *Teb. Conuncanius.* 4. (Lege *Quod in t.* Or.) 5. Cod. *maxime.* 6. Sic Edd. Sed negatio *non* abest a codice. Et clausula quidem fragmenti Gracchani favet codicis lectioni. (Minime vero. Or.) 7. *plurimisque meritis* coni. Frotscher. Malim: *plurimis de meritis.* Or.

12. De Curio e Sabinis oriundo manifestus Scholiastae error est; siquidem constat, hanc gentem demum post Curii victoriam in civitatem esse receptam. Niebuhr.

14. Idem de Curio narrant Cicero de senect. XVI.; Valerius Max. IV. 3. 5. Aurelius Victor de viris ill. XXXIII.

18. Nota vocabulum *humilitare.* Maius. (Videtur error pro *humiliare.* Or.)

22. Rem narrat Appianus Bell. civ. I. 38.

periculis honeste posset ab omni labore requiescere, nisi animus nullo posset otio consenescere. Et hic, quantum mea opinio est, imitatus est C. Gracchum. Sic enim et ille DE LEGIBUS PROMULGATIS, ut ipsius etiam verborum faciam mentionem:

SI VELLEM, inquit, APUT VOS VERBA FACERE ET A VOBIS POSTULARE, QUUM GENERE SUMMO ORTUS ESSEM ET QUUM FRATREM PROPTER VOS AMISISSEM NEC QUISQUAM DE P. AFRICANI ET TIBERI GRACCHI FAMILIA NISI EGO ET PUER RESTAREMUS, UT PATEREMINI HOC TEMPORE ME QUIESCERE, NE A STIRPE GENUS NOSTRUM INTERIRET ET UTI ALIQUA PROPAGO GENERIS NOSTRI RELIQUA ESSET; HAUD *SCIO*[1], AN LUBENTIBUS A VOBIS IMPETRASSEM.

2. Etenim, in qua civitate rem tantam gesserim, memini, in qua urbe verser, intellego. Plenum forum est eorum hominum, quos ego a vestris cervicibus depuli, iudices, a meis non removi.

Figura[2] quidem in orationibus plurimis frequentata Ciceroni, qua velut divino quodam mentis instinctu imminentem sibi providebat invidiam et ex ea periculum, quod evenit. Verum mihi altius consideranti hanc omnem, quam localiter intulit *figuram*[3], occurrit vehemens et ad causam P. Syllae salubriter pertinens virtus. Nam quum in praesenti exsecutione testetur, exstinctis iam plurimis hostibus patriae, superesse tamen innumerabiles, qui sibi nocere votis ardentibus cupiant, hoc sine dubio relinquit indicum tacitis cogitationibus, nunquam se ad defendendum Syllam processurum fuisse, si eum vel tenui aliquo argumento sensisse cum hostibus rei p. suspicaretur, cui minuendus esset illius coniurationis numerus, ne plures in posterum sibi reservaret[4] inimicos.

---

1. *Scio* ipse supplevi. 2. Spatium in codice, quod replevi verbo *figura*. 3. Iterum spatium, quod replevi ut supra. (Omissum videtur voc. aliquod Graecum. Or.) 4. Codex *reseret*.

5. Huius oratoris laudes magnifice persequitur Cicero in Bruto XXXIII.; itemque Dio Fragm. Peiresc. XC., et Plutarchus in Gracchis. Tum C. Gracchum pleniorem uberioremque Catone sene dicit auctor dialogi de caussis corruptae eloquentiae XVIII., a quo tamen dissentit Gellius X. 3. Ingeniosissimus et eloquentissimus Romanorum dicitur a Cicerone pro Fonteio XIII., itemque laudatur de harusp. resp. XIX.

Ibid. Orationem Gracchi *de legibus promulgatis* memorat Gellius IX. 14. et X. 3. aliquot eius fragmentis prolatis. Citat eandem orationem etiam Festus voc. *ostentum*. Haec tamen particula, quod sciam, adhuc erat inedita.

9. Tiberius Sempronius Gracchus de Cornelia P. Africani maioris filia duodecim suscepit liberos: sed tanta soboles mature cum patre vita functa est, excepta filia, quam Scipio Africanus minor uxorem duxit, et filiis duobus Tiberio et Caio. Occiso in tribunatu Tiberio, solus e masculis superfuit frater Caius cum Tiberii filiolo, de quo Gellius II. 13. in fine. (Sed tamen Valerius Max. IX. 7. 2. tres ait fuisse Tib. Gracchi filios.) Atque hunc puerum fortasse hic commemorat Caius. Ceterum Plutarchus in Gracchis narrat, ipsi etiam Caio fuisse filiolum, quem nimirum uxor Licinia manu tenebat, quum viro occurrit ad eam dimicationem prodeunti, in qua miserrime periit.

X. Quod quum is tribunos[1] pl. facit, qui unus videtur ex illis ad lugendos coniuratos relictus, nemini mirum est. Difficile est enim tacere, quum doleas.

Insectatur invidia maiore Torquatum: et quum sit ab illo ipse reprehensus, quasi mutato proposito voluntatis, qui Catilinae oppresserit coniurationem, reis tamen eiusdem criminis patrocinetur; versa quodammodo vice ipsum Torquatum quasi defensorem coniurationis insimulat et dicit imitari eum tribunum pl., qui moleste poenas hominum[2] publicorum ferat. Significat videlicet L. Calpurnium Bestiam sive (nam et hoc suspicari possumus) Q. Metellum Nepotem. Post quod exemplum in fine sententiam posuit, quod genus in Tullianis orationibus rarum est. Difficile est, inquit, tacere, quum doleas: dolor enim quibusdam tormentis animi laborantis effusus, ad impatientiam vocis erumpit.

XI. Qui filium suum vita privavit, ut in ceteros[3] firmaret imperium.

De familia Torquati mutuatur exemplum, quo validius ad consensum adigeretur, puniendos a re p. fuisse hostes intra moenia deprehensos, quum per contextum sui generis recordetur[4] exstitisse, qui filium capite puniret. Et hoc in loco Manlium significat, qui cum P. Decio functus est consulatum[5]. *Hic* ex virtute cognomen Torquati habuit, quod uno de Gallis hostibus interfecto, torquem sibi velut spolium superati hostis induerat. Ab hoc comperimus filium non ob aliquod criminosum, sed gloriosum et militare facinus, interemptum; quod contra patris imperium cum hoste, quamvis feliciter, dimicasset.

XII. Atque etiam illud addam, ne qui[6] forte incipiat inprobus subito te amare, Torquate.

Ista dicit insidiosa quadam benignitate perstringens adversarium.

---

1. Archaismus pro *tribunus*. Sic pro Scauro *solitodo* pro *solitudo*. 2. Fortassa: *hostium*. Os. 3. Edd. *in ceteris*. 4. Cod. *recordotur*. 5. Sic Cod. 6. *Nequi* pro *ne quis* evidenter habet noster codex. Sic paullo infra XIII. 4. *aliqui* pro *aliquis* semel Cicero et semel interpres. Itidem ad orat. pro Plancio XXVIII. 2. *siqui* pro *siquis* scribit interpres. Quare haud scio quo iure Forcellinus ad voc. *aliqui*, locorum omnium, qui pro hac sententia adferuntur, incertam lectionem pronuntiet.

9. Nempe reorum crimine maiestatis. Cfr. Digest. l. XLVIII. tit. I. leg. 1. Ibid. L. Calpurnius Bestia recensetur a Salustio inter coniuratos cum Catilina. Huic Bestiae tribuno pl. mandatum erat a Lentulo item coniurato, ut Romae concione habita, quereretur de actionibus Ciceronis. Vide Salust. Bell. Catil. XVII. et XLIV.

10. Q. item Metellum Nepotem de coniuratorum poena conquestum refert Dio XXXVII. 42. Immo idem Metellus tribunus Ciceronem consulatu abeuntem concionem habere prohibuit, atque ei tantum ut iuraret vetere more permisit. Vide Plutarchum in Cicerone et Dionem lib. cit. cap. 38., tum Asconium ad orat. in Pison. III. Contra Metelli concionem, qui Ciceronem apud populum maledictis prosciderat, exstant ipsius Tullii fragmenta orationis, quae videsis in editionibus.

25. Confer Livium VIII. 7.

XIII. 1. Ab[1] Allobrogibus nominatum Syllam esse dicis. Quis negat? Sed lege indicium, et vide quemadmodum nominatus sit.

Facta ab indicio Allobrogum et[2] . . inlata propositio, ne[3] sensio in contrarium vergeret, vigilantissime[4] . . ipsius indicii modum tractare adgressus est, et ostendere[5] quaesisse Gallos de L. Cassio Longino, quemadmodum Sylla esset animatus. Et hoc eos fecisse, non quo de eius moribus et proposito voluntatis aliquid audissent, sed quod facta mentione P. Autronii, quem consortem fuisse praecedentis illius de ambitu damnationis audierant, existimassent aliquid etiam de coniuratione quaerendum. Deinde vincenter subicit responsum Cassii illud unum respondentis, nihil se de P. Sylla scire pro certo. Ibidemque statim, quod nos a pari dicimus, defensionem complectitur, dicens huiusmodi responsum Cassii[6] pro eo habendum atque si negasset P. Syllam sceleris huius esse participem: quoniam is, qui de omnibus instructissimus fuerit, de hoc ideo nihil scripserit[7], quod Sylla innocens esset.

2. Si respondisset idem sentire et secum facere Syllam.

Ad formam concessivam revocans argumentationem, etiam *si*[8] quaerentibus Gallis respondisset L. Cassius P. Syllam huius initi[9] contra rem p. sceleris esse participem, valere non debuisse pro crimine; quod[10] facile crederetur illum, quo spem robustiorem Gallis daret, de nobilissimo viro non debuisse mentiri. Quae *concessio*[11] multum proficiet ad illud, quod negaverat Cassius se comperisse, quid animi Sylla haberet, ut tale genus responsionis absolute purgaverit innocentiam.

3. Nisi forte veri simile est P. Syllae nomen in memoria Cassio non fuisse.

Veri similia contrahit argumenta per qualitatem personae, quam gentis nobilitas inlustrabat, ut se etiam non quaerenti Cassio potuerit efferre[12], nec tamen aliquid ille se dixerit comperisse.

4. Sed ego in quaestionibus et indiciis[13] non hoc quaerendum arbitror, num purgetur aliqui, sed num arguatur.

Et perquam exercita[14] respondendi facultate propositioni accusatoris occurrit, non illud expectandum in indiciis, an defensus sit aliqui[15],

1. Recta in codice additur praepositio *ab*, quae deest in editionibus. 2. Spatium unius brevis vocabuli. 3. Nisi mavis legere *propositione sensio*, aut putare omissum alterum *ne*, ita ut esset *propositione ne sensio*. Cl. Niebuhrius suspicebatur corrigendum esse *propositione sensim in contrarium vergens*. 4. Spatium duorum vocab. 5. Cod. *et ostendens*. 6. Codex *cussum*. 7. Ita Cod. *scripserit*, sed ex praecedentibus videtur corrigendum *sciērit*. 8. Codex *sliom*. 9. Cod. *initis*. Confer pro Plancio IX. 1. 10. Ed. Med. *quando*. 11. In codice vel spatium unius vocabuli est vel obliteratio. Supplevi *concessio* ex praecedentibus. 12. Corrigit *offerre* N. 13. Sic *indiciis* hic et infra, non vero *iudiciis*, quam nostram lectionem alii etiam codd. confirment. 14. Ed. Med. *exercitata*. 15. Cod. *aliquid*, sed deleta ab *ipso* amanuensi litera *d*. Quare remanet *aliqui* pro *aliquis*, ut passim alias.

4. Nota nomen *sensio* pro *sententia*, ut in Isidori glossario.
11. Nota adverbium *vincenter*.

sed an nominatus; quoniam videri possit etiam stulta defensio, id, quod non accusetur, velle purgare.

XIV. 1. Exclusus hac criminatione Torquatus rursus in me' inruit, me accusat: ait me aliter ac dictum sit, in tabulas publicas rettulisse. O dii inmortales! Et reliquum.

Iuxta[1] dignitatem personae in excessum locus totus effunditur cum indignatione vehementi. Fit enim coniectura incidens, an P. Syllae nomen subtraxerit Cicero et id egerit, ne in tabulas publicas referretur. Non debuit ergo humiliter et timide hanc defensionem, sed cum impetu flagrantissimae indignationis implere, quasi monstri simile sit, in tanto consule aliquid potuisse fraudis exsistere. Hae sunt defensiones, quae in personis inlustribus quendam spiritum laudis imitantur.

2. Institui[2] senatores, qui omnia indicum dicta, interrogata, responsa perscriberent. At quos viros? non solum summa fide, sed etiam quos sciebam memoria, scientia, celeritate scribendi facillime, quae dicerentur, persequi posse.

Ad diluendam quaestionem, quae, ut diximus, incidens nata est, an falsum consul in tabulas publicas rettulerit, inferuntur haec exempla validissima, quod ad scribendum omne, quod indices pronuntiarent, idoneos admoverit senatores. Et vigilanter duo illis praecipua, et quae ad strumentum[3] fidei necessaria sunt, adscribit, animi integritatem et velocitatem scribendi, ut fides non deceperit ver*itatem* . . . . conversus.

XXXII. O miserum, infelicem illum diem!

Oratorie deplorat etiam illud tempus, quo damnatus est ambitus crimine, ut in eo desinat invidiosus esse, in quo miserandus existimetur.

XXXIII. Vos reiectione interposita, nihil suspicantibus nobis, repentini in nos iudices consedistis, ab accusatoribus delecti ad spem acerbitatis. Et reliquum.

Sensus quidem multae obscuritatis est, cuius intellectus sic aperietur. Per illud tempus, quum esset alius praeter Syllam reus, qui causam de vi lege Plautia diceret, omni labore connisus est L. Torquatus, ut ante iudicum reiectio fieret ad eam cognitionem, quae de illo quoque futura erat, qui huiusmodi reatu petebatur. Et hoc nimirum eo consilio et ea calliditate peregit, ut melioribus et iustioribus ad illam causam iudicibus electis, qui superessent inmitiores et asperi iudices,

1. Cod. *iusta*. 2. Edd. rectius *constitui*. Os. 3. Sic, non *instrumentum*, utraque Maii Ed.

26. De Sulla crimine ambitus damnato vide Asconium ad orat. I. pro Cornelio et in toga candida.

32. De hac lege sic Iulianus Digest. lib. XLI. tit. 3. leg. 33. §. 2. *Lex Plautia et Iulia ea demum vetuit longa possessione capi, quae vi possessa fuissent; non etiam ex quibus vi quis deiectus fuisset.*

33. De iudicum reiectione loquitur Asconius ad act. I. In Verr. VI.; iterum in Verr. de praet. urb. II. et in argumento Milonianae.

quique ab illorum numero fuissent reiecti, de P. Sylla iudicarent, pro naturae suae videlicet asperitate hunc vel innocentem damnaturi. De reo metuens orator in orationis exitu praecavet[1] et invigilat, ut iudicibus, quorum asperitatem metuit, incutiat verecundiam prius quam ad ferendas sententias eant: ut metuentes invidiam nimiae duritiae, si reum poenae addixerint, iam pro illo sentire cogantur. Et ne hoc ipso tamen animos eorum laederet, communicavit fortunam temporis sui et consulatus, in quo et ipse contraxerat quasi nimis acerbae severitatis invidiam: dicitque in commune omnibus consulendum, ut severitatem nimiam, quam temporis necessitate susceperint, praesenti humanitate mitificent.

EXPLICIT ORATIO.

AD SEQUENTIA SCHOLIA

EDITORIS MONITUM.

Hactenus Ciceronis orationes veteresque ad eas commentarios ex palimpsestis Vaticanis Ambrosianisque edidi. Deinceps scholia quaedam attexere iuvat, quae in antiquissimo post palimpsestos Ambrosiano Ciceronis codice mihi se obtulerunt. Is codex (C. 29. *part. inf.*) *adeo vetus est, ut saeculo post CH. N. circiter decimo scriptus esse videatur, librosque de Officiis, Catilinarias quattuor orationes, tum pro Marcello, pro Ligario, pro Deiotaro continet. Et priora quidem opera adnotationes nullae comitantur: verum quarta Catilinaria et tres orationes reliquae habent scholia quaedam margini addita, quorum tum scriptura textui coaetanea est, tum Latinitas sic ferme pura videtur, ut ea saeculis barbaris tribui non possit. Exstat utique in Tullii editionibus vetus quidam interpres harum quattuor orationum; verum is non solum diversus a nostro est, sed etiam adeo Latinitate durus et elocutione subrusticus, ut prorsus cum nostro conferendus non sit.*

IN L. CATILINAM IIII.

I. 1. Non campus auspiciis consularibus consecratus.

Quum omnes magistratus auspicato crearentur, tum maxime consules certorum auspiciorum ritu designabantur.

---

1. Cod. *praecadet.*

9. Invidiam et pericula, in quae incurrerat ob severum iudicium de coniuratis exercitum, commemoravit ipse Cicero superius in hac oratione IX. 2.
33. Confer Ciceronem de divin. II. 18.

2. Non denique haec sedes honoris, sella curulis.

Omnes magistratus, quicunque patricii essent, curules[1] dicebantur, ut consul et pars patriciorum. Aediles etiam, qui de plebeis non erant, curules. Nam alii itidem plebei erant. Sella igitur dicebatur curulis, quia carrulis[2] magistratus in curia vilebantur.

II. Non Tib. Gracchus.

Tiberius Gracchus tribunus plebi seditiosissimus studio repetendi tribunatum multa commisit audacter, eoque poenas luit. Sed licet alia maiora commiserit, delegit orator, quod levius erat, ut esset, quo coniuratorum spes videretur audacior.

V. 1. Hoc auctore et cognitore huiusce sententiae.

Cognitor, id est, defensor et quasi procurator et patronus eius, quam laudo, sententiae. Cognitor autem procurator erat, qui aderat praesenti.

2. Abesse non neminem.

Quosdam significat adsentatores coniuratorum. Erant autem Clodius, Piso et Gabinius, qui in senatum venire noluerant, ne quod in coniuratos supplicium depromere cogerentur: quos scilicet adsentatores Catilinae fuisse compertum est.

3. At vero Caesar intelligit legem Semproniam.

Quia sententiam tulerat Gracchus, ut ne quis in civem Romanum capitalem sententiam diceret.

PRO M. MARCELLO.

I. 1. Non timore aliquo.

Non quo, inquit, aliquid metuerem aut de clementia tua diffiderem, sed quod amici casum dolerem mei, simul et verecundia retinerer, quod ex consortis mei poena consimilia mereri iudicarer.

2. In nostro veteri curriculo.

Curriculum dicitur spatium, per quod aguntur currus, aptus scilicet cursui locus. Sed metaphorice forense quoque officium curri-

---

1. Cod. *camiles* manifesto mendo. Tum etiam reliqua pars huius scholii in codice est perturbatior. Ceterum de hac re vide Gellium III. 18., Festum et denique Isidorum Etymol. XX. 11. et de differentiis verborum, qui sententiam Scholiastae nostri confirmant. 2. Cod. *carolis*.

19. De his tribus hominibus Catilinae studiosis legesis de aere al. Mil. II. 2., pro domo XXIV., Ascon. ad Milonianam cap. XXI. Sed de Clodio contradicit Plutarchus in Cicerone cap. XXIX.

23. Wolfium hanc quoque orationem Ciceroni eripere molitum, dixi in prooemio ad Cic. Or. quum in Senatu gratias egit; quam auctori suo confirmant haec etiam scholia; praeter quam quod eam in Tullianis libris legebant Asconius ad divin. VI., Lactantius Inst. cap. XI. Nonius voc. *imitatio*, Priscianus lib. III. 3. VI. 15. XVIII. 2. et alibi, qui loci ab ipso recente adversario observati sunt.

culum dixit, quasi locum aptum probandis atque exercendis ingeniis. Est autem hic sensus: quum in eloquentiae, inquit, curriculo, id est, in foro, imitatore uterer M. Marcello, elanguit studium honesti certaminis, aemulatione sublata.

V. Non ille hostes induxit in curiam.

Quum eos, inquit, G. Caesar, qui contra se pro Pompeio arma ceperant, in senatum introduxit, hostes non fuisse iudicavit. Non enim hostem iudicat, *quem donat* publici communitate consilii.

VI. 1. Non enim iam causae sunt inter se, sed victoriae comparandae.

Quae fuerit, inquit, in civili bello vel quibus partibus causa dimicandi praelatior, nescio. Illud scio, tuam victoriam Pompeii victoriae praeponendam. Tu enim in victoria clemens fuisti, qua ille cruentius uteretur.

2. Opinione officii stulta fortasse, certe non inproba.

Forte, inquit, stulta fuerit illa opinio, officiosum se quemlibet credere, si non desereret amicum; inproba autem esse non potuit. Et vide, qua moderatione temperaverit culpam, ut si quid etiam delicti habuit, non malitiae fuerit, sed erroris. Ipsam tamen stultitiam, quae, etiam si certa sit, non habet culpam, dubiam ponit, iungendo fortasse: purgationem vero certissimam; nam fortasse fuit stultus, certe non inprobus.

X. 1. Arma ab aliis posita.

Quos dignos scilicet Caesar sua clementia iudicavit. Condemnat enim propositum suum, qui voluntate arma deponit.

2. Ab[1] aliis erepta sunt.

In quos scilicet Caesar animadvertit: quibus, etiam fractis et comminutis opibus, inerat tamen pertinacia resistendi.

PRO Q. LIGARIO.

IV. At istud ne apud eum quidem dictatorem.

Syllam significat, qui tantae crudelitatis fuit, ut in Marianae partis viros accusatores commoveret, ad delationem primus invitaret; qui perpetuus dictator non alio modo, quam hodie Caesar est, fuit.

---

1. Praepositionem *ab* tollendam censuerent critici ex hoc loco Ciceronis; sed enim eam codices Ambrosiani miro consensu retinent.

32. Vide Appianum Bell. civ. lib. I. 95.

33. Oratio pro Ligario habita est post bellum Caesaris Africanum, quo tempore Caesar iam tertiam dictaturam gerebat. Sed mirum est (observante Schützio) quod sic loquitur hoc loco interpres, ut vivente adhuc C. Caesare concinnasse haec scholia videatur. (Quis id tamen sibi persuadeat? M.)

VII. Tuberonis sors.

Quum enim ageretur ab senatu, quia esset mittendus in Africam ad tutandas Pompei partes, placuit rem sortito gerere. Ergo plurima in urnam coniecta sunt nomina, quae inter Tuberonis etiam fuit, cuique proficisci in Africam sorte venit[1].

VIII. In qua erat rex potentissimus.

Iubam significat Mauritaniae regem, qui Pompei amicissimus, Caesari vero invisus fuit.

XII. Similem illi gloriae laudem quam saepissime quaerere.

Acceptam scilicet populo vel amabilem. † Te plausibilem[2] omnibus quam maxime diligentibus plebem.

PRO REGE DEIOTARO.

I. Ad accusandum dominum.

Deiotarus enim trahens apud Caesarem suspicionem[3], quod ob dolorem amissi regni alieno animo esset effectus, purgandi sui gratia legatos miserat Romam Hieram et Blesamium et Antigonum[4], quibus servum suum Phidippicum medicum adiunxerat: quem a pedibus legatorum ad criminandum regem Castor nepos idemque accusator abduxit.

III. Adflictum illum quibusdam incommodis.

Bene minuit iniuriam regni amissionis, cuius eum Caesar parte multaverat: quo, extenuando quod passus erat, adimeret in Caesarem iusti causam doloris, ex qua insidiae potuerant[5] oboriri.

IV. Ornamenta tu ipse plurima et maxima.

Non est, inquit, mirandum tantum auctoritatis habuisse Pompeium, qui, quum divinis praecelleret ornamentis, etiam tuis *instructus fuit.* Vult autem intelligi, quod eum Caesar ob tot exempla virtutis delegerit generum. Ornamenta igitur in Pompeium conlata, filia Caesaris intelligenda est.

VII. Qualis rex Attalus in P. Africanum fuit.

Rex Attalus populo Romano artissima fuit societate coniunctus, usque adeo ut eum quoque regni sui heredem fecerit. Idem igitur

---

1. Fort. *evenit.* Or. 2. Fort. *amabilem et plausibilem.* Schützius v. *te* delevit. Or. 3. Ita Symmachus orat. pro patre cap. IX. *trahere invidiam.* 4. Ita Cod. *Antigonum* in scholio, et inferius cap. XV. *Antigonus* in textu. 5. Cod. *poterunt.* Schuetz. *poterunt.*

21. Id testatur Cicero de divinatione I. 15. II. 57.

29. Ursinus hoc in loco Ciceronis malebat τῷ *Attalus* substituere *Antiochus*, a quo munera missa ad Scipionem narrat Livii Epitome lib. LVII. Sed tamen et textus codicis nostri satis antiqui et Scholiastes confirmant lectionem *Attalus*, nec non reliqui omnes Ambrosiani codices. Sic legebat *Attalus* etiam Petrarcha Var. Ep. XX.

obpugnanti Numantiam Scipioni non tantum a quibus fulciretur belli necessitas in Hispaniam misit, verum etiam dona pretiosa: quae sumpsit gratulans Africanus. Regis Deiotari *tantam* in Caesarem liberalitatem, *quantam* in Africanum Attali, fuisse confirmat.

IX. 1. Secutum bellum est Africanum. Graves de te rumores.

Rumor enim repente ortus falsissimus fuit, Caesarem in Africa circumiectu Maurorum cum omnibus copiis occidisse. Qua spe ad suscitandas Pompei partis erectus Caecilius[1] videbatur.

2. Admiranda frugalitas.

Sordidus enim, laudis egenus; in rege frugalitatem esse mirandam.

X. Suasor fuissem armorum non ponendorum, sed abiciendorum.

Integris, inquit, rebus pacem Pompeio suasi *et* arma debere deponi. Post Pharsalicum[2] autem proelium *arma abiicienda* † non deponenda Pompeio concederem[3]. Dicit ergo: omnium nostrum infractis et comminutis animis, solus Cato constantiam retinebat.

SCHOLIA BOBIENSIA

AD

ORATIONEM

PRO SCAURO.

§. 14. 1. Sed quod ponderaret iudex ipse per se.

Cecidit locus communis duplex: unus, argumentis esse credendum; alter testibus non credendum.

2. In ignoto teste.

Quia si notus testis est, argumentatione non opus sit[4].

§. 17. 1. Agmen tu mihi inducas Sardorum.

Ex multitudine tollit fidem.

---

1. Notemus tam textum codicis quam interpretem confirmare huius loci lectionem *Caecilius* pro falsa *Caelius*, quam merito P. Manutius expunxit. Et quidem apud nostrum codicem etiam in praecedentibus pro *Caelius* est *Caecilius*, quod item Manutius malebat. Ex reliquis Ambrosianis codicibus in uno est ubique *Caecilius*: in quattuor ubique *Caelius*: in duobus, capite octavo *Caelius*; capite nono *Caecilius*. 2. Cd. *farsalicum*. 3. Cod. videtur habere *quartus Pompei concederem non deponenda etiam*. *Dixi ergo* cet. 4. — non credendum. Quia non testes argumentis [*posthabeat*]? Beier.

2. Afrorum fremitu.

Ab[sur]dus enim . . . o diei ne . . . et bene[1]; fremitu enim verba fundunt.

§. 20. Tota est acies illa uno impetu prosternenda.

Hoc dicit: quum sint impudentissimi testes, non debere singulis respondere[2], sed universis simul.

§. 22. Dicam enim primum.

Propositio.

§. 30. Nos tamen id more maiorum.

Aput antiquos omni[*bus in rebus et publicis et privatis sollemne erat*[3]], ut etiam ex nominibus sumerentur auspicia. Unde aput eos consul factus, si coepisset colligere milites et novum sibi exercitum scribere, laborabat, ut haec duo nomina prima indueeret: et si non fuissent his nominibus homines, fingebantur: (necesse enim erat, ut haec nomina prima essent in exercitu propter omen:) Valerius, Statorius. Ex Valeri autem nomine hoc omen trahebatur, ut valeret exercitus; ex Statori, ut staret. Dicit Cicero: „forte tu ideo primum testem induxisti illum propter omen, ut valeret accusator. Sed quoniam[4] hoc nomen faustum semper a maioribus putatum, ad salutem magis debere valere, non ad perniciem.

§. 34. Qui sive patricius sive plebeius.

Centum senatores creavit Romulus, mox totidem adlegit. Postea Tarquinius Priscus addidit alios centum *eosque* conscripsit[5]. Eone vocabulo conscriptis patribus dicti sunt conscripti? Postea placuit populo addi familias plebeias ad senatum, et facti sunt senatores plebei. Tria sunt ergo genera, quae venerunt ad senatum: primum patrum genus, secundum conscriptorum genus, tertium plebeium. Sed conscriptorum et patriciorum unum est meritum. Non licebat patricium petere tribuniciam potestatem, sed, si plebeius esset, petebat. Patricius senator fuerat Clodius, *qui eiecit*[5] in exilium Ciceronem. Isti Claudii[6] tres erant senatores fratres; unus, qui modo consul est, alius, qui

---

1. Sardus enim *homo dicere nesciet* bene: fr. Beier. 2. Fort. *responderi*. Or. 3. Supplementum hoc est Beieri. Maius: *omnibus rebus agendis mos fuit, quoad fieri poterat*, ut cet. 4. *et quoniam*. Beier. 5. Ita supplevit Beier. Maius: *qui pepulit*. 6. *Ciceronem*. [Nam] *Claudi*. Beier.

11. Confirmat rem Cicero de divin. I. 46. *in lustranda colonia ab eo, qui eam deduceret, et quum imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur; quod idem in delectu consules observant, ut primus miles fiat bono nomine.* Item Tacitus Hist. IV. 53., ubi de Capitolio per Vespasianum restituto ait: *ingressi milites, quibus fausta nomina* cet. Ceterum miserari licet gravitatem Romanam his ineptis superstitionibus tam serio deditam. Quid enim est rebus cum nominibus? quid futuris eventibus cum certi vocabuli sonitu? Maius.

23. Vide Dionysium Halicarnasseum Antiq. Rom. II. 12. 47. III. 67. et Servium ad Aen. I. 426. Id.

Asiam tenebat praetorio imperio; tertius ille Claudius, qui se de patricio plebeium fecerat. Pontifices non fiebant nisi de patriciis. Certi pontifices in saliatu manebant[1] et in ceteris quibusdam sacerdotiis, quae solent[2] administrare patricii. Ubi administrassent haec sacerdotia, fiebant consules. Lex erat autem Licinii Stolonis[3], ut unus fieret de patriciis, alius de plebeis. Lex etiam erat, ut liceret duos plebeios esse, non liceret duos patricios. Ergo necesse fuerat, [*ut*] unus fieret plebeius, unus patricius. Priores quidem consules fiebant plebei: sed patricius administrabat in[*fi*]nita[4] sacerdotia, *seroque* perveniebat[5] ad consulatum. Contra plebeius cito veniebat. Sed melioris loci est patricius consul quam plebeius. Scaurus [antea pa-]tricius fuerat . . . Claudius, qui frater est Claudi consulis, aeque patricius fuit. Ambo patriciis *e familiis* migraverant . . . aut re m . . . orare qui patricii erant. Claudius nondum . . . [aude]bat competere . . . ernam putabat C. Claudio, ut perven . . adhuc ad consulatus petitionem de gradu patricio. Scauro autem . . . erant . . . os . . mo . . Claudi . . patricius esset in plebeius si . . bat, sciebat quid . . . nam si pec . . bat . . patricius et melior erat . . o gradu petere consulatum non poterat . . . at inveniebat[6] ante se Scaurum. Ideo *vo*lebat accusationem intendere Marco Scauro, quod ei non poterat conpetere aut quasi patricius aut quasi plebeius.

§. 43. Cn. Domitius Sincaius.

Quem Pompeius civem Romanum fecerat.

§. 44. Liberam civitatem.

Aliae civitates sunt stipendiariae, aliae liberae. Stipendiariae, quae bello subiunguntur; liberae, quae ad amicitiam sponte veniunt. Dicit Cicero: in omnibus provinciis, quae contra nos bella gesserunt, invenimus aliquas civitates liberas, quae ad amicitiam nostram sponte venerunt; sola Sardinia est, in qua nulla civitas nobis amica sit.

1. Legebam olim dubitanter *mensam*. Conjecturaliter HEIN. *manebant*. MAIUS. 2. In Ed. pr. Maius *solebant*. 3. Sic esse legendum hunc obscuratum in Codice locum, memini me admonitum a cl. Niebuhrio. Videsis autem Gellium XVII. 21 MAIUS. (In eandem cum Nieb. coniecturam incidit etiam Beier.) 4. Ita Maius. Beier: *inita*. Fortasse *initio*. 5. Cod. *perbeniebat*. 6. Totum locum sic supplevit BEIER: *Scaurus adhuc patricius fuerat. C. quoque Claudius, qui frater est Claudi consulis, aeque patricius fuit. Ambo e patriciis exire dudum paraverant, ut citius pervenirent ad magistratum; poterant enim in plebeias familias migrare, qui patricii erant. Clodius nondum consulatum audebat competere. Eo magis Appius Claudius consul adiuvandam petitionem fraternam putabat C. Claudio, ut perveniret adhuc ad consulatus petitionem de gradu patricio. Scauro autem ambo erant ea hostiliore animo, quod C. Claudius, sive patricius esset an plebeius, sibi cum hoc contentionem fore putabat nec sciebat, quid eligeret potius. Nam si permanebat patricius, patricius et melior erat Scaurus. De plebeio gradu petere consulatum non poterat Claudius, nisi si ad plebem transisset. At inveniebat* cet.

11. Moneo, me hoc scholium non potuisse integrum describere: adeo pagella erat partim oblitterata, partim superinductione scripturae alterius obruta. Neque Scholiastae adfirmationibus cunctis fidendum videtur, quamquam quadratis compositissimisque utentis litteralis.

26. Sic Cicero pro Cornelio Balbo cap. IX. *Nam et stipendiarios ex Africa, Sicilia, Sardinia, ceteris provinciis multis civitate donatos videmus.* Confer etiam in Verr. Lib. III. 6.

§. 45. Scipionum interitu.

Scipiones, quum gererent in Hispania bellum, occisi ambo sunt. Deficientibus tunc omnibus Hispaniae civitatibus ab amicitia populi Romani, Gaditana sola civitas in fide mansit defectumque ac sine imperatoribus Romanum suscepit ac fovit exercitum.

SCHOLIA VATICANA

IN

VERRINAS

ADSCRIPTA PALIMPSESTO VERRINARUM

EDITO AB

ANGELO MAIO.

Accusat. III. 18. 47. Nam quum quadriennio post.

Ostenditur post quadriennium praeturae Verrem repetundarum accusatum.

Accusat. IV. 4. 7. Verres, quod ubique erit pulcherrimum, auferet.

Argumentum per receptionem.

Ille Cupido.

Chelidonem tangit; et ut crimina Verris ostenderet, in Cupidine illo nomen obiicit meretricis.

8. Primum, si id, quod vis tibi ego concedam.

Argumentum per concessionem.

8.17. De cybea.

Navis, quae Verri aedificata est.

SCHOLIASTA GRONOVIANUS

IN

NONNULLAS

M. TULLII CICERONIS ORATIONES.

IO. CASP. ORELLII

MONITUM.

(Scholiastam, quem voco Gronovianum, grammaticum seculi, ni fallor, quarti vel quinti, longe postponendum non solum vero Asconio, verum etiam Scholiastae Bobiensi, sed eiusdem fere indolis, qua fuit Pseudoasconius, interque multa perquam inepta utilia nonnulla praebentem, quantum potui emendavi, fundamenti veluti loco posita editione Gronoviana, a qua in deteriorem partem nonnunquam abit Graevius, sive mera ἀβλεψίᾳ in describendo codice Vossiano, (qua in re plus sane tribuendum erat I. F. Gronovii curae,) sive etiam operarum culpa. Praeterea negligendae non erant Iac. Gronovii et Garatonii emendationes novissimo editori haud visae, qui quidem in iis, quae repetenda censuit, acute quaedam correxit, multo plura, ut solebat, corrupit. Id denique cavendum fuit, ne Scholiasta paullo melior ad Actionem in Verrem I. Cap. 6 et 7. cum altero permisceretur, quemadmodum miro consilio et a Graevio et a Critico Halensi factum est.)

IACOBI GRONOVII

PRAEFATIO.

Scholiasten anonymum quem voco, is patris beneficii est. Quod si nihil aliud nunc a me adferri potuisse confiterer, hic utique Scholiastes tanti erat, ut novam editionem satis pretiosam praestaret, isque instar multorum ornamentorum et numerum obtinere debeat, quum ex eo tam multa, tam egregia fluant ad illustrandum Ciceronem, ad nostra desideria iuvanda. Itaque de eo singillatim enarrare compellor, quum id mereatur.

Et auctor et librarius fuerunt docti, et quidem utraque lingua, ut ex alterius lectione Herodoti ac Demosthenis *), *alterius non*

*) Desumpti videntur loci illi Herodoti et Demosthenis vel ex Scholiasta antiquiore vel ex Rhetore aliquo. Or.

detrectantis etiam Graeca perscribere facto colligi potest. Hine utique praeter singularem artificii oratoris animadversionem lex Remmia nunc extra aleam dubitandi ponitur, tantopere modo fluctuans, ut pro ea Galli nunc quoque legem Memmiam Principi suo posuerint. Hine ille Staienus in Cluentiana et Asconianis multum iactatus, hinc Fabiani fornicis locus et appellationis causa descripta ampliter, hinc nomina iudicum soli quaesitori commissa et ideo libellis per singulas tribus publicatis notata; hine in Rosciana Cap. 20. Kalendae Pighianae memorabiliter adfirmata; hinc Cap. 31. ferri Phrygii acumen de Sulla; hinc ille vicus Pallacinae et illic balnea Pallacinae; hine egregium indicium Enniani, ut vocat, hemistichii ad Librum I. in Verrem Cap. 18.; et cur de Praetura urbana inscripserit Cicero invectivam suam. Quam docte is de Verre legato Dolabellae delato ad C. Neronem, quum hic Romam reiiceret, quod non bene explicatur in Asconianis? Expositio authepsae quam admirabilis hic, tam ridicula apud Gallos, qui describunt: „ollae aeneae genus quoddam, ita dictum, quasi per se ipsum coquens; quod tam artificiose factum erat, ut minimo igne supposito facile bulliret." Hinc quum in principio Ligarianae Cicero Q. Tuberonem vocet propinquum et scribant Galli: „Quae fuerit autem cum Tuberonibus Ciceroni propinquitas, non apparet ex aliquo auctore": utique iam patet. Iam vero quam multa ad veram Tullii manum hinc auxilia! Hine illud tot tam graves legationes, *hine Act. I. Verr.* 11. vigilantior copiosior ad iudicium venisse videar, *ubi vulgo* compositior; *hinc illud I. Verr.* 20. avecta exportataque; *hinc Manil.* 2. *illud* huic qui successit *roborat MSStos alios, ut Cap.* 5. naviculariis *ex Fabriciano libro; Cap.* 9. Noster autem exercitus tametsi urbem ex Tigranis regno ceperat et proeliis erat usus secundis, tamen, *et Cap.* 10. Clypeani fugitivi. *In Ligar.* 5. quodne nos domi petimus, *ut habent MSS. apud Gruterum. Hinc tot conspicua fragmenta in lacuna Capitis 45. Roscianae, ubi pater etiam adnotavit: „Videtur integra in Cicerone habuisse, ubi nunc quaedam desunt"; et similia infinita alia. Continebat haec una sittyba paginas omnino LIV. et forma et litera vere antiqua; tractatas, ut constat ex eo, quod erat primae paginae adscriptum, a Pithoeo, ut opinor, aut Petavio. Erat vero istud: „Veteris Grammatici in aliquot M. Tullii orationes fragmenta. Hieronymus Apolog. I. adversus Rufinum:* Puto, quod puer legens Aspri in Virgilium et Salustium commentarios, Vulcatii in orationes Ciceronis, Victorini in dialogos eius et in Terentii comoedias praeceptoris mei Donati, aeque in Virgilium. *An Vulcatii Gallicani, cuius exstant aliquot Imperatorum vitae?* „— *Sed et inaudierat de his antea aliquid pater, unde is sua manu adscripsit:" P. Pithoeus ad Collat. pag. 88. Servo solus dominus pro arbitrio nomen imponit, et ad voluptatem quidem, ut in Orat. pro Roscio Amerino notavit Vulcatius Seius aliusve vetus interpres, cuius fragmenta quaedam vespillonum aliquando manibus pretio extorsimus. — Dion. Gothofredus ad tit. de lege Cornelia de falsis ad l. 13.: Servo solus d. p. ar. n.*

imp. et ad vol. q., ut in Orat. pro R. Am. notavit Volcatius Gallicanus."

Illae, ut fieri amat, mutatis in diem dominis, venerunt in ius Isaacii Vossii V. C., qui, ut multis aliis (nam fragmenta hinc inde iam producta novimus:) sic et patri meo tum aliquoties ante, tum sub finem vitae ipsius commodans, hunc adegit, ut manu sua omnes paginas descripserit. Quas inter cetera laboris et curae sua pignora mihi relictas Lutetia ad mortis eius nuntium reversus adhuc cum archetypo conferens id effeci, ut nec litera ad rem aliquid faciens discreparet. Nunc quoque non aliter, ne palam quidem vitiosa interdum immutans, ut opioni, convectus, praecia, exprobat, agere mercaturum, *edidi, lituris, quas in margine pater apposuerat, et correctiunculis, quae dignae erant, adiectis inter lunulas. Erant hae paginae admodum conturbatae, et nihil ad ordinem eum orationum, qui in editionibus nostris obtinet. Praecedebant ea, quae ad Divinationem, tum Actio prima, hinc pars praefationis in Lib. I. Actionis secundae, et ad ipsam: dein pagina 17. interiecta erat, quae comprehendebat alias explicationes Actionis I. ab capite 6., quam sequebatur pagina 18. ad Caput 9. Actionis primae, multis intermissis, ut in editione vides. Pagina 21. incipiebat ad II. Catilinariam Cap. 5. et continenter ad III. et IV., usque ad paginam 29.; ubi incipiebant pro Ligario, cui adnexa erant pro Marcello, tum Deiotaro, tum Roscio Amerino, tum pro lege Manilia, ac denique pagina 54. Miloniana. In his quum, ut dixi, pagina 17. servaret novas et diversas expositiones ad Actionis primae caput 6. et 7., quas non poteram aeque commode loco suo digestas immittere, hunc locum eis reservabam, quod nunc exsequor. Erant autem ista principio, ut satis patet, abrupto, adscriptaque in margine haec: „Exstant et in hunc eundem locum aliae notae.*"

Postea dicit sortitionem factam — — — — reo patronus.

GRAEVIUS autem in Praefat. Oratt. Cic. haec habet:

„*Accipies — — Asconium cum MS. a me collatum et Scholiasten anonymum, quem olim mecum communicavit ὁ πάνυ Isaacus Vossius, et quem ex eodem libro descriptum divulgavit in editione novissima Leidensi V. C. Iacobus Gronovius.*"

Quibuscum confer Oratt. Tom. 3. P. 2. p. 250. *ad Deiotarianae Cap.* 2. *haec eiusdem verba: „Hic locus perperam editur. Sic enim* ex meo apographo *edendus est, ut hic editum vides* *)."

*) Signis his usus sum: G. = Gronovius. Gr. = Graevius. Sch. = Schuetzius. Or.

SCHOLIASTA GRONOVIANUS

IN

CICERONIS DIVINATIONEM

IN

Q. CAECILIUM.

Cap. I. 3. *Ne deos quidem*] * * * n. a. h. ergo hominum auxilium defecit, sed deorum restat. *Haec ara tuebitur omnis.* Voluit igitur ostendere Siculos etiam novissimum perdidisse perfugium.

Ex delubris] Delubra dicuntur templa; nihilominus tamen et simulacra, ab eo quod *dolantur*. Hic vero templa significat. Alii dicunt loca illa interna templorum esse delubra, ubi aqua hominum *deluuntur* peccata; aut illa, quae ante templa sunt sine tecto et quae pluvia *deluuntur;* aut ubi aqua posita est, ut ingredientes in templa spargendo se *deluant*, purgationis causa hoc scilicet facientes.

Quas res luxuries in flagitiis] Propria singulis reddidit.

Per triennium pertulisse] Triennio enim Verres egit praeturam in Sicilia; unum annum suum; alterum propter Arrii mortem, qui successurus Verri iter faciens in Siciliam in via decessit; tertium propter fugitivos. Alii autem aiunt, secundum propter fugitivos, et tertium propter Arrium.

Rogare et orare] *Rogamus* homines, *oramus* deos. Est et alia differentia; *rogamus* verbis, *oramus* vultu, lacrimis, gestu. *Rogare* et *interrogare* significat, et *orare* causas dicere; ut Virgilius: „*orabunt causas melius.*"

Cap. II. 4. *Tuli graviter et acerbe, iudices*] Dicendo *graviter* pondus doloris ostendit; *acerbe*, quod diutius doluisset.

Adduci] Dolor et acerbitas.

---

6. *n. a. h. ergo*] Gr. Sch. ∞ . . . *Hoc ergo* G. 7. Aen. 2, 523. 19. Del. *et* Sch. 23. Aen. 6, 850. 27. „Fort. *quod iustius doluit eo se adduci;* et videtur alludere IV. Catil. 1. *omnes acerbitates*, *omnes dolores*. Gronov.

Aut ego, qui me ad defendendos] Vult oatendere necessitate, non voluntate suaccepisse hanc accuaationem. Primum itaque neceaaitatem ostendit, quae veniam meretur; sed inde dixit, quod, etsi voluntatis esaet, honeata esse poterat voluntas.

Ab ineunte adolescentia] Αὔξησιν facit per partea.

Tempore atque officio coactus] Ant qunniam alii videbantur esse vexati, aut quia aenex summa necesaitate; *officio*, quod orator sum. Oratoria eat autem accusare et defendere.

5. *Adductus sum, iudices*] Conclusio primi prohoemii. Et docet, quomodo ad accuaatinnem deductua eat.

Officio, fide, misericordia] Quod oratorium: quod promiseram; quod graviter fuerant vexati; quod orator aum aut patronus.

Vetere consuetudine] Qund mnlti saepe oratores nobilissimi in amicorum negotiis accusationem suacipere non abnuerant.

Consuetudine, more institutoque maiorum] Non novum exemplum posuit, ne contemneretur, quod ex aliqua auctoritate servatur.

Officii] Accusatinnem.

Non ex meo, sed ex meorum] Quia tempus accuaationis excesaerat. Adolescentes enim accusabant.

Quo in negotio] Secundum prohoemium. Violenta definitio.

Quo in negotio] In suscipienda accusatione.

6. *Quod si hanc causam*] Id eat, si non ex necesaitate banc accusationem suscepissem.

Tam idoneam] Quia rogatus.

Tam illustrem] [Quia] ab hominibua.

Tam gravem] Quia vexati aunt.

Tantae necessitudinis] Quia me patronum vocavere.

Rei publicae causa facere profiterer] Id est, ut voluntate mea dicerem suacepisse accusationem.

Furta atque flagitia] Flagitium eat turpe cnmmissum.

In Achaia, Asia, Cilicia] Nam quum legatus esset Dolabcllae, pro consule Ciliciae, iter faciens per Achaiam atque Asiam plurima diripuit.

Romae denique] In praetura urbana.

Qui meum factum aut consilium posset reprehendere] Ergo etai non necessitate, aed voluntate auscepissem accusationem, nemo me poterat levitatia arguere tam hnneatam secutum voluntatem.

Cap. III. 7. *Quid est pro deum hominumque fidem*] Haec exclamatio ad probationem commnditatis pertinet, quam adfert Cicero ex accusatione.

Plus hoc tempore p. p.] In quo labnrant iudicia veluti corruptissima.

---

3. *sed inde*] G. — *deinde* Gr. Sch. 6. *Aut*] G. Gr. — *tempore aut* Sch. 7. In his corruptis tatet *aut quia veni* (ad accusandum) *ex summa nec.* vel simile quid. *Seni* locus non est. Or. 8. *est autem*] G. Gr. — *autem est* Sch. 11. Sic Sch. — *officio fami.* G. — *officio f. a. mi* Gr. 12. Leg. *quod orator sum.* Postrema *quod or. s. aut patr.* aliud constituunt scholion ad v. *officio* Bait. 15. *vetere*] G. Gr. — *veteri* Sch. 16. Fort. *ex antiqua.* Or. 29. *accusationem*] G. Gr. — *actionem* Sch. 32. *pro consule*] G. — *proconsule* Gr. — *proconsuli* Sch.

Populatae, vexatae] Secundum superiorem sententiam *populatae, vexatae* αὔξησιν fecit.

Provinciae, socii] *Socii*, amici, qui ante bellum societatem petunt, aut qui dant et accipiunt.

Stipendiarii] Quibus victis vectigal imponitur.

Exitii solatium quaerunt] Quia penitus perierunt.

8. *Qui iudicia manere apud ordinem senatorium*] Id est, senatores. Significat autem Staienum.

Queruntur accusatores] Victor Sulla multa commoda a populo ad senatorium ordinem transtulerat; in his etiam iudicandi potestatem. Non enim equites, sicut consuetudo erat, sed senatores iudicare praecepit.

Qui accusare possunt] Aiunt enim accusatorum negligentia, non iudicum gratia reos absolvi.

Iudicum] Id est, antiquorum.

Populus Romanus interea] Dum adhuc tempora Sullana sunt.

Tametsi multis incommodis] Quae inrogata sunt a Lucio Sulla.

Nihil aeque] Id est, similiter, nihil ita.

Gravitatem requirit iud.] Id est, ut equites iudicandi potestatem recipiant.

Tribunitia potestas efflagitata] Scilicet ut per tribunos plebis iudicia equitibus redderentur.

Iudiciorum levitate] Ad corruptionem.

Ordo quoque alius] Id est, tertius, qui est tribunorum aerariorum. Nam ex duobus *alterum* dicimus, ex tribus aut amplius *alium*.

Iudicum culpa atque dedecore] Culpam enim dedecus sequitur.

Censorium nomen] Decem tribuni eligebantur antea, qui quasi tuerentur populi Romani maiestatem; et censores, qui mores senatorum censebant et quosdam a senatu propter morum vitia pellebant non in perpetuum, sed ad certum tempus. Hos omnes pro nobilitate faciens sustulit Sulla, qui hodie a populo propter infamiam iudicum, qui sunt de ordine senatorio, requiruntur. Fiebant autem et plebis censo ° ° °

° ° ° ° °

Cap. XXII. 71. In discrimen existimationis] Existimationis in periculum. Discrimen autem est proprie, quod separat aliquas res asse in medio posita.

Exspectatio futura sit] Hominum exspectatio, quomodo accusaturus sit.

Hanc rem severe] Non vere, quia multa crimina praetermissurus est.

---

2. „Nempe quia additur *funditus eversae*." Schuetz. 8. Rectam scripturam per *i* non per *l* (*Stalenus*) servavit Schol. 12. *possunt*] Sch. — *possint* G. Gr. 13. „Sine dubio Scholiastes aut scripsit aut scribere voluit: *aiunt enim non accusatorum negligentia, sed iudicum gratia reos absolvi.*" Schuetz. 18. *gravitatem*] G. Gr. — *gravitatemque* Sch. 20. *tribunos*] de I. F. Gronovii correct. Sch. — *tribus* G. Gr. 21. *redderentur*] G. Gr. — *reddantur* Sch. 26. *tribuni*] Sic scripsi de I. F. Gronovii correct. — *tribus* G. Gr. Sch. 36. „Fort. *a se in medio positum.*" I. F. Gronov. „Fort. *acu in medio posita.*" Iac. Gronov. Potest esse *asse* pro *assi*, tabula sectili. 39. Leg. *non severe.* Bait.

Accurate, non nimis diligenter] Ad eloquentiam pertinet; id est, non potest uti optima oratione.

Non nimis diligenter] Qui auditorum nihil habet, minus accusat.

72. *Ac recuperare*] Bene, quia *obsides*, *recuperare* dixit.

Erit dimicandum] Pugnandum pro ipsis scilicet.

Honorem] Aedilitatem.

Coniecta ut sint in a. a.] Quae ne omnia uno tempore amittamus, maxime erit providendum.

73. *Fide*] Ut non corrumpatur.

Diligentia] Ne quid de necessariis in accusatione praetermittat.

Consilio] Dispositione.

Auctoritate] Ad probandum. Nam auctoritatem magnam habere debet orator, ut possit persuasio ipsius valere.

Tum non arbitrabor vos ne p. r.] Tangit ipsos, ut incorrupte iudicent.

P. R. honestam, severam, diligentem] Imminere iudicio ait populum Romanum exspectantem, quomodo iudicetur; unde edicit, iudices ut provideant.

Neque vobis placuisse neque o.] Quare de iudicibus praeterito tempore usus est dicendo *placuisse*, de senatu praesenti, id est, *placere?* Distinctio temporum notanda in verbis illis: quia iudices temporales sunt, senatus vero perpetuus.

SCHOLIASTA GRONOVIANUS

IN

CICERONIS ACTIONEM PRIMAM

IN

C. VERREM.

Cap. I. 1. *Quod erat optandum maxime*] Attentum facit auditorem et benevolum, dicendo, oblatam esse rem, quae possit invidiam ordinis purgare. Augusto enim mense coepta est causa. Condemnat Verrem ante accusationem, dicendo, hoc solum *ad infamiam*

---

3. Exciditne *diligenter?* Omittit hoc scholion Sch. 7. *Coniecta ut sint in a. a.*] *Quae*] G. — Coniecta] *Ut sint in ea, quae* Gr. — Collectam] *Quae* Sch. „L. *Collectam.*" Graev. „Sed statim corruptiora, *ut sint in a. a.*, quae male pro Tullianis habuit Verburg., quum quid omnino sint, divinari non possit." Garat. Scilicet leviter corrupta sunt ex his: *Collectam: ut si in h. c.* Vide Tullii ipsius verba. Or. 13. Lege ex Cic.: *superatum non arbitrabor: populus Ro.* 16. Haec *P. R. honestam - - - vero perpetuus* in fine voluminis omisit Sch., ne nova plagula incipienda esset. 21. *Distinctio - - illis*] Om. haec Gr. 30. *coepta est causa*] G. Gr. — *causa est coepta* Sch.

iudiciorum pertinere sedandam, si Verres esset damnatus. Actionem quidam ideo dictam hanc orationem arbitrantur, quia haec tantummodo dicta est in iudicio, ceterae vero orationes postea scriptae sunt. Ad ordinem senatorium maxime pertinebat, ut idoneis hominibus accusantibus nocentes rei convicti damnarentur.

Divinitus damnatum] Sive quod gratum sit, quod numina concesserunt, sive quia tam grande est, ut tantum a numinibus possit concedi. *Datur*, quod petitur; *offertur*, quod ultro praestatur.

Summo rei publicae tempore] *Summo* nunc *periculoso;* ut

Venit summa dies et ineluctabile tempus.

Periculosum autem ideo, quia L. Aurelius Cotta legem tulerat, ut equites cum senatoribus iudicarent, assistente Quintio, tribuno plebis, vel Palicano.

Nobisque periculosa] Senatoribus, si iudicia transferantur. Nam dum contenditur de transferendis iudiciis, seditio fit. Orta vero seditione, res publica dispendiis periculisque plurimis afficiatur necesse est.

Percrebuit his iudiciis, pecuniosum hominem] Ostendit ipsum ante iudicium pollicitum se posse absolvi.

2. *Quum sint parati*] Palicanus enim tres ordines iudicare debere dicebat, senatores, equites Romanos et tribunos aerarios.

Qui contionibus et lege] („*Videtur deesse explicatio.*" GRONOV.) *vita atque factis*] Ante gesta moribus domesticis.

Omnium iam op. d.] Quomodo obiiciuntur? Interdum enim ante acta vita praesens crimen defendit.

Qui contionibus] Alii Quintium tribunum plebis significari dicunt, qui Oppianicum defenderat reum veneficii Cluentio accusante et damnato Oppianico. Rumor enim factus est, quod corruptis iudiciis damnatus esset Oppianicus; quam damnationem Quintius apud populum frequenter nominare solebat.

Sua spe et praedicatione] Bene addidit *sua spe*, quia iniuriam iudicibus faciebat, si nocentissimum hominem in pecunia spem habere dixisset.

Praedicatione] Commemoratione vel rumore amicorum suorum.

Augerem invidiam ordinis] Dicendo, quod senatoria iudicia corrumpuntur.

---

4. *ad ordinem*] de I. F. Gronovit coot. Sch. — *ordine* G. Gr. 5. Cod. *convecti.* 6. Lege *dotum.* Geonov. 11. *L Aurelius Cotta*] de Gronovii correct. Sch. — *durus Cotta* G. Gr. 12. *assistente*] Gr. tacite. Sch. — *assentiente* G. 14. *dum*] G. Gr. — *quum* Sch. 18. *debere*] de Gronovii suppl. inseruit Sch. 19. Cod. *tribus.* 23. Sic G. ∞ „*Antegesta moribus domesticis commode obiiciuntur*] Sic tungeode sunt verba ista et scribenda." tac. Gronov. — *qui concionibus et lege, vita atque factis onte gesta moribus domesticis omnium iam op. d*] Quomodo – – – *defendit?* Gr. „Videtur teg. Vita etque factis] *Moribus domesticis, omnium i. op. d. Quomodo onte gesta obiiciuntur? Interdum anteocta* cet." Graev. „Retrahenda videtur nole sequeos ad prime illa verbe: *Qui concionibus et lege.* Sio eoim hic legit, ut quidem ouoc editur. Sed, quum Ascooius diserte *legibus*, MSis coofirmantibus, hunc saoe in ea quoque voce corruptum puto; licet uoa Cottee lex memoretor." Gaeat. — *vita atque factis – – damnotus*] Quomodo – – defendit? (om. *enim*) *qui concionibus et lege, vita atque factis*] Alii cet. Sch. 29. *et*] G. — *ac* Gr. Sch. 30. *pecunia*] G. — *pecuniam* Gr. Sch.

Adduxi enim hominem] Benevolos facit iudices. Et haec cnm superioribus iunguntur, ubi dixit: *inveteravit enim iam opinio.*

Reconciliare] Reducere ad amicitiam pristinam.

Depeculatorem aerarii] Publicae pecuniae, quam furatus est, quum quaestor esset Carbonis G. Verres, qui Marianus fuit. Dum erat consul in Hispania, quaestor fuit, et sublata pecunia publica suum consulem deseruit, et ad Sullanas transtulit partes. Victoria Sulla potitus pecuniam subreptam non requisivit. Vide autem, quemadmodum per ordinem ante actae vitae crimina describit. In hoc autem loco omnem Verrinarum facit partitionem.

Vexatorem Asiae] Post quaesturam enim legatus est factus Dolabellae, et hanc multis affecit incommodis.

Praedonem iuris urbani] In practura urbana, in qua ius vendidit, sarta tecta exegit.

Perniciem p. S.] *Provinciae*, non unius civitatis, et vide, quemadmodum in quattuor partes totam accusationem divisit.

3. *De quo si severe ac religiose*] *Severe* hic ad vindictam pertinet. Sed quid si innocens est reus? Ideo religionem addidit. Verum est enim omne, quod est religioni permixtum. *Religiose* nimium vere, ne crimina digna supplicio leviora indicetis, sed cum timore religionis; quoniam iurati iudicabant.

Iudiciorum religionem] Non dixit *iudicum*, sed *iudiciorum*, ut et admoneret simul et offensionem vitare videretur.

Veritatemque perfregerint] Bene. Magnitudo enim solet frangere id, quod obstat. Quia ergo *ingentes divitias* dixit, intulit *perfregerint.*

Aut accusator reo defuisse] Vult ostendere Verrem corruptionem iudicum cogitantem.

Cap. II. *Quum multae mihi a C. Verre*] Eunti in Siciliam propter crimina requirenda, vel redeunti.

Tantum periculum mihi adire visus sum] Ne corrupto iudicio ego invidiam subeam.

4. *Glabrioni praetori*] Praetori, qui praeerat indicio aliquo, quaesitori.

Sociis] Id est, Siculis.

Sed tantum eripuisse] *Subripit*, qui clam aliquid tollit; *eripit*, qui palam et per vim. In aliis ergo *subripuisse* dixit; de Verre *eripuisse.*

Nihil esse tam sanctum] Ad iudices retulit, quoniam iurati iudicabant, *sanctum; munitum* ad leges, quae poenam habent pro commisso. Virgilius:

Quid non mortalia pectora cogis.

---

6. „Fort. *Gallia.*" Gronov. 7. „Fort. *transfugit.*" Gronov. „Fort. etiam: *se transtulit.*" Garat. — *transiit.* Sch. 10. *omnem*] G. — *omnium* Gr. Sch. Ibid. *partitionem*] Gr. Sch. — *parationem* G 17. Sic, ut edidit Zumpt, G. — *religioseque* Gr. Sch. 18. *est*] G. — *sit* Gr. Sch. Ibid. *ideo*] G. Gr. — *loco* Sch. 19. *nimium*] G. Gr. — *nimirum* Sch. 33. — *in indicio* Sch. Malim *indicio aliquoi*, *alicui.* Or. 35. Leg. *Se tantum.* Or. Ibid. *eripuisse*] „Sic legit Anonymus. Praestat autem lectio vulgata *rapuisse.*" Schuetz.

5. *Quod si quam audax est*] Hoc dixit, ne obiiceretur illi: unde scis hoc Verrem cogitare?

Audax] Promptus.

Ad conandum] Ad faciendum.

In agendo] In cogitando de corruptione iudicum.

Fortasse] Dicendo *fortasse* laudat latenter diligentiam suam.

Aliquando fefellisset] Quasi sapiens obscure egit.

Commode cavit] Optime cavit.

Audacia singularis stultitiae coniuncta est] Ostendit ipsum nihil posse latenter agere, quasi sapientem, sed omnia audacia, quod proprium est stulti.

Nam ut apertius in corripiendis] Quo enim modo aperte rapuit pecunias, simili modo et corruptionem iudicum, quam sperabat efficere, palam omnibus fecit stultitia sua.

Sua consilia conatusque] Quibus vult corrumpere iudices.

Semel ait in vita se pertimuisse] Omnis enim novitas habet timorem.

Quum primum reus a me factus] Quando venit de provincia.

E provincia recessisset] Solet enim odium minuere absentia. Sed hic similiter odio laborabat etiam post absentiam; ideo fortiter timebat.

Diuturna flagraret] Dicebat enim semper se flagrare invidia pristina.

Ad iudicium corrumpendum] Quia iudices eo tempore de Iuniano consilio damnati fuerant; quod exemplum dicens valde iudices perterrebat.

Tempus alienum offenderet] Quia non poterat corrumpere propter angustias temporis.

6. *Itaque quum ego diem requirendi*] Bene tempus dicitur *dies;* quia secundum philosophos dies non finitur, sed reversione nobis non videtur, sed apud antipodas lucet.

Breviorem diem postularet] Suppositus accusator.

Etenim ille Achaicus] Quidam † Dasianum, alii Pisonem dicunt.

Diebus quinquaginta obii] Ne propter festinationem neglegenter egisse videretur, hoc ideo addit. Praetor Achaicus Opimius dictus est.

Privatorumque lit.] In quibus crimina Verris fuere conscripta.

Tempus obsideret] Occuparet vel observaret.

Cap. III. 7. *Quibus ipse insignis i. f.*] *Insignis* medium est; perfectam enim vel malam rem vel bonam significat.

Tot tam gravis] Ad numerum *tot*, ad qualitatem *tam.*

Auctoritatibus] Quia missi sunt a civitatibus.

8. *Haec quum ita sint*] Quum videt multos testes esse contra se paratos.

De omnibus bonis m. e.] Qui oderunt ipsum, quorum vita integra est.

Senatoria iudicia perdita] Ita ut nulla sint. *Profligata* autem violata, addicta.

Tempus ipsum emisse] Ne posset ante Kal. Ian. accusari submisso accusatore.

---

8. Leg. *cadit.* Or. 9. Leg. *stultitia.* Or. 12. Leg. *apertus.* Or. 18. *provincia*] G. Gr. — *provinciis* Sch. 27. Sic G. Gr. — *finitur*, *quum sol reversione nobis n. v.* Sch. 36. *tot tam*] „Sic MS. Vulgo in Cic. *tam* deest." Gronov. 38. *videt*] G. Gr. — *videat* Sch. 42. Fort. *afflicta.* Or.

Iudicii sui] Certe enim per illum Achaicum inquisitorem tempus emit iudicii sui.

Emere postea posset] Consulibus iam creatis Hortensio et Metello.

Criminum subterfugere] In quo accusabatur a me.

Procellam] Impetum.

Temporis] Ante Kal. Ianuarias. *Procellam* autem dixit tempus, et non periculosum.

9. *Quod si non modo in causa*] Hic omnia enumerat et pecuniam tacet, propter iudicum offensionem. Nam si nihil de his est, de quibus enumerat, in quo confidit? In pecunia sperat, id est, si vel causae merito confisus esset vel eloquentiae patronorum; id est, si profiteretur quidem se crimina commisisse, speraret autem vel per defensionem patronorum vel per suae vitae pristinae merita posse se liberare.

Haec omnia colligeret atque aucuparetur] Ex Verris persona plerusque iudices dicit esse corruptos; ne ipse *in* eorum offensionem incurrat.

Aucuparetur] Captaret.

Non usque eo despiceret] *Despicimus* inferiores, *contemnimus* aequales; aut *despicimus* vultu, *contemnimus* animo.

Ut arbitratu eius deligeretur] Oppium significat ex praetore Achaiae, cuius accusatorem subditum esse dixit a Verre. Bene autem ad invidiam eum Cicero perducit senatorum, dicendo electum esse ex senatu, qui reus fieret.

10. *Quibus ego rebus*] Qua comperendinatione.

Et quo animum intendat] Id est, ad iudicum corruptionem; qua spe inlectus verum putavit se posse declinare.

Facile perspicio] Qui sperabat corrumpere iudices.

Quamobrem vero se confidat] Hic iam recuperatio eorum, quae supra in iudices dicta sunt.

Proficere autem, id est, evitare periculum.

Hoc praetore Glabrione et hoc consilio intellegere non possum] Quia hi iudices integre iudicaturi sunt, non possum intellegere, quare putavit se posse corrumpere talem praetorem et tales iudices.

In reiectione iudicum] Id est, quo tempore ego iudices reiiciebam; nam tunc P. R. intellexit omnem spem esse Verris in corruptione iudicum. In reiectione autem prior accusator reiiciebat, et sic defensor vel reus.

Salutis in pecunia] Cicero non facit iniuriam iudicibus, qui populi dicit opinionem.

---

2. — *eunt* Sch. 13. „Fort. *liberari*." Gronov. 15. Sic emendavit Graev. Vulgo *plerumque*. Schuetz. 20. Male Schuetz. coni. *expraetorem*. Infima Latinitas semper *ex consule*, *ex praetore* cet. pro *consulari*, *praetorio*. Or. 21. Sic Graevio monente Schuetz pro *Achaicae*. Ibid. De Gron. sententia Sch. Vulgo abest *a*. 26. *verum*] An *periculum*? Bait. 27. Lege *quia*. Or. 31. Accipiendum sic: *hoc praetore*, *Glabrione* (scilicet) *et hoc* cet. Or. 33. *putarit* de Graevii sententia Sch. 35. *P. R.*] Sic recte G. — *praetor* Gr. Sch. 36. *et sic*] Id est „et deinceps, postea, tum demum" e deteriore Latinitate, ut infra ad C. 14. *nam primum committitur* et sic *violatur aliquid* cet. Item p. 398. vers. 8. Male ergo Sch. de Graevii coni. *et hinc*. Or. 38. F. *quia*. Or.

Hoc erepto praesidio] A me, quia malos reieci.

Cap. IV. *Tanta facultas*] *Facultas* ad celeritatem, *copia* ad longitudinem orationis.

11. *Cuius ut adolescentiae m.*] *Καταδρομὴ* violentissima.

Praeteream q.] Carbonis.

Pecunia publica nudatum] Nam spoliato aerario confugit ad Sullam. Qui *spoliatur*, quodcunque habet, qui *nudatur*, nihil retinet.

Relictam provinciam] Galliam.

Sortis necessitudinem] Quia filii loco esse debet quaestor consuli vel praetori. Vide *αὔξησιν* per omnia.

Cuius legatio exitium fuit Asiae] Post quaesturam legatio; Dolabellae enim fuit legatus, imperatoris Ciliciae.

In provinciis multas domus] Quas transeundo ad Ciliciam vastavit; *αὔξησις* a privatis ad sacra. † VITAM pro vitam, ante honores adipiscendos.

Fana depeculatus est] Signa enim de templis abstulit.

Suum scelus illud pristinum] Non quia et Gn. Dolabellam deseruit, sicuti Carbonem, sed quia et hunc laesit, contra eum testimonium dicendo.

Pro quaestore fuisset] Nam Dolabella, mortuo quaestore suo Malleolo, fecit Verrem etiam vicem quaestoris agere.

Non solum deseruit, sed etiam oppugnavit] Scaurus accusator Dolabellae omnia peccata Verris, quaecunque commiserat in legatione, coacta in unum libellum ipsi obtulit Verri, dicens: „Quod si vis his tot criminibus liberari, confitere mihi omnia facinora Dolabellae." Hue Verres conscientia stimulatus omnia consilia Dolabellae patefecit et delicta, et testimonium etiam in eum dicere est ausus.

Sed etiam oppugnavit ac prodidit] Ut similitudinem Carboniani criminis faceret, metaphora usus est proelii. Testimonium enim dixit in ipsum.

12. (Aedium sacrarum) *Significat templum*) Castoris propter sarta tecta.

In iure dicendo] Id est, indicando.

Contra omnium instituta addictio] Addictio interdum potest e iure fieri; ideoque, ut iniquitatem ostenderet, addidit *et condonatio*. *Προςχύρωσις* est *addictio*.

---

1. *qui* Seb. 5. Quid ista sibi volunt? Ignominiae Verris erant, non Carbonis. Commodiore sane loco post seq. not. exhiberetur. *Exercitum*] Carbonis. — Hoc et ab glossa *Galliam* suaderi et unice huic depravationi mederi posse putarem. GARAT. 6. Verba *Nam - - Sullam* transponenda videntur post v. *Galliam*. BAIT. 7. Legendum *non amittit quodcunque habet*, vel aliud eiusmodi. SCHUETZ. Hoc quoque ex seriore Latinitate: „aliquid saltem habet." OR. 14. „Fort. *a profanis*." SCHUETZ. Ibid. Sic Gronov. — *VNAM provitam* Graev. — *unam provitam* Seb. — Fort. *privatam*, ad illud Cic. praecedens *istius vitam*. GRON. 26. *Hinc* de Graevii coni. Sch. 30. Melius Garat. supplevit *in* quam Sch. *contra*. Seqq *aed. sacr. sign.* supplevit Sch., indicato defectu iam a Gronovio; *templum*, quod abest a G., habet Gr. 34. De Graevii sententia Sch. delevit *e*. 36. Sic scripsi. — *προσχυρωσceu est addictio* Gron. — *προσχυρω ceu est a.* Graev. — *προσχυρωσις est verbi addictio* Sch.

Iam vero omnium vitiorum suorum] *Αὔξησις*, id est, tanta fecit *in* Sicilia, ut pristina crimina eius ante oculos omnium verterentur.

Monumenta et indicia] Omnia *monumenta* dicuntur, quae faciunt alicuius rei recordationem, ut Virgilius:

Ferre sui dederat monumentum et pignus amoris.

Praetores aliqua ex parte creari] *Ὑπερβολικῶς* nec partem dixit posse recreari; tantum laesit unius improbitas, ut vix per iustos hoc ex parte possit sanari.

13. *Suas leges*] Regis Hieronis. † Omne enim ius aut civile est, aut quod proprium est civitatis; aut civium Romanorum, quod a populo Romano suscipit prs. Iura gentium sunt.

Neque communia iura] Populi Romani. Nam hic inter decem legatos missus est, qui ex senatus consulto iura Siculis constitueret.

Hominis avarissimi et libidinosissimi] *Libidinosus* omnia perscrutatur, *avarus* nunquam satietate vincitur. Quum ergo haec vitia habuerit Verres, constat esse Siculos spoliatos.

Aut satietati superfuit] Ergo nihil habent, quia avaritia nunquam satietate vincitur.

Nulla res tam patria] Tunc enim maxime dolemus, quando maioribus traditam possessionem amiserimus.

Innumerabiles pecuniae a.] Quae in frumentaria dixit.

Instituto] Invento.

Cives Romani] De suppliciis.

Indicta causa damnati et eiecti] Prohibiti in suam venire civitatem.

Maximae tutissimaeque urbes] Syracusanam significat. Nam minus naves instructas Verres contra piratas misit; ideoque piratae victores naves usque ad portum prosecuti sunt Syracusanum ibique classem populi Romani incenderunt.

Optimae atque opportunissimae] *Optimae*, bene fabricatae aut bene armatae aut aedificatae. Et hoc ad ignaviam pertinet, perisse classem P. R. *Opportunissimae*, in necessariis locis constitutae.

Ignominia P. R.] Id est, quia et fugientem incenderunt classem P. R. piratae, quum mediocre esset malum, si vel resistentem.

14. *Idem iste praetor m.*] De signis.

Monumenta] Statuas et imagines.

Antiquissima regum locupletissimorum] Hieronem, Agathoclem, Dionysium, Phalarim significat.

---

2. *in* da Graevii sententia inseruit Sch. Ibid. An *versarentur?* Or. 5. Sic recte Sch. ex Aen. 5, 538. Edd. priores: *ut Virg ferre sui d. m. e. p. a.*, quod Garat. perperam retulit ad Aen. 12, 945. 6. L. *recreari.* Or. 7. Sch. *huius.* 8. An *per multos iustos?* Or. Ibid. *hoc*] G. — *hac* Gr. 9. *civile*] Sch. *commune.* 11. Sch. conl. *suscipit provincia. Praeterea iura* cet. Iam Graev. proposuerat: *provincia.* Verum totus locus sic fere constituendus videtur: *Omne enim ius civile Siciliae est aut proprium civitatis, aut civium Romanorum, quod a populo Romano suscepit provincia Sicilia per P. Rupilium. Nam hic inter decem legatos missus est, qui ex senatus consulto iura Siculis constitueret.* Neque communia iura] *Iura gentium* [*sunt*]. Or 19. — *parva* G. 20. An *a maioribus?* Or. 21. An *Quas?* Bait. 28. Sch. *persecuti.* 34. Fort. *quum non mediocre.* Or. Ibid. Sic Sch. pro *resistente* G. Gr.

Victores civitatibus Siculis aut d. aut reddiderunt] Marcellus subacta Syracusana civitate nihil abstulit, Scipio reddidit Africanus, quia, quae Afri rapuerunt de Sicilia, post victoriam revocavit.

Aut dederunt] Id est, donaverant, quae nunquam habuerunt.

Affabre] Eleganter.

Liberos] Pro filiabus.

Petulantia] Temeritate.

15. *Mecum recognoscere*] *Cognoscimus* nova, *recognoscimus* vetera.

Cap. VI. *Iste homo amens ac perditus*] † Qui prodidit tot; *amens* qui occultare nescit.

Mecum ratione alia pugnat] Temporis comperendinatione ad corrumpendum iudicium.

Arrogantium nomina] Hortensium, Scipionem, Sisennam significat, Verris defensores.

Quam adiuvant, quod noti sunt] Ac per hoc invidia laborabunt, si quid ausi fuerint contra ius facere.

Noti sunt] Id est, ab omnibus observantur.

Nobiles sunt] Nobiles semper ad bonam paene partem pertinent. *Notus* autem maxime inclinat ad malum, quemadmodum in Caeliana: *mulier non solum nobilis, sed etiam nota.*

Iam diu machinetur] Id est, corrumpere iudices.

16. *Redemptio est huius iudicii facta*] Id est, data est quibusdam pecunia, qui se corrupturos esse iudices promittebant.

Ea mansit in condicione] Ut si non corruperimus, aut candem pecuniam aut ampliorem recipias.

Iudices reiecti sunt] In quibus spes erat iudicii corrumpendi.

Quod et in sortitione istius spem] Nam iudices semper sortiebantur, et sortitione facta non omnes iudicabant, sed electio fiebat et eiiciebantur ab utraque parte usque ad certum numerum imparem. Hoc ergo dixit: quod, ut ex sorte veri iudices venirent, fortuna fecit populi Romani; in reiectione vero, ut severi non reiicerentur, mea industria. Per decurias erat senatus divisus; unam decuriam PR. dabat, ut ex hac iudices reiicerentur. Ergo fortuna quidem populi Romani fecit, ut ea decuria daretur a PR., quae paucos habuit malos; mea autem diligentia fecit, ut meliores eligerentur.

Renuntiata est tota conductio] Redemptio corruptelae, id est, sequestres pecunias reddiderunt.

17. *Praeclare se res*] Bene, commode.

Libelli nominum v.] Nomina iudicum apud quaestorem ponebantur, et aliquando quaesitor corruptus nomina pro nominibus inserebat, hoc

3. ∞ *reportavit* Sch. 4. *donaverunt*, *q. n. debuerant* Sch. 10. Sch. de Graevii coni.: perditus] *perditus*, *qui periit totus*; (*occultare* Cod. a sec. m. A prima *octare*). 20. F. *ad malam sc.* partem. Or. Ibid. Sic de Iac. Gronovii et Garat. coni. dedi. Ceteri *Caeciliana*. „Contra Donatus io Ter. Adelph. I. 2, 21. *Caelium* habet pro *Caecilio*. Turpe iam est talia *σφάλματα* librariorum in textu relinquere. Garat. 30. Fort. *reiiciebantur*. Or. 31. Fort. *severi*, ut mox. Or. 38. *sequestres*] pro *equestres* dedi de Gronovii et Garatonii correctione. Or. 40. Lege *quaesitorem*. Or.

est, tollebat honestorum nomina et ponebat levium. Hoc sciens Cicero plures libellos fecit et per multos, qui iuxta tribunal stareut, distribuit, scilicet, ne quis auderet populo teste peccare.

Nulla nota] Id est, varia cera. Facit autem corrupti iudicii mentionem ab Hortensio, quod supra memoravit.

Allini posse] Induci, inhaerere, conglutinari. Mos erat iudicum nomina libellis scribi et dari per singulas tribus, ut scirent indicaturos. Hoc autem ad integritatem iudicum fieri solebat, qui metu populi corrumpi minime audebant.

Ex alacri atque laeto] *Laetus*, animo; *alacer*, motu corporis. Qui ambulando manus iactat alarum in modum, ille proprie *alacer* dicitur.

Atque humilis animo] Quia reddita ei pecunia fuerat.

Eadem illa vetera c.] De corrumpendo iudicio.

Pecunia maiore repetuntur] Ideo *maiore*, quia antea populum corruperat, ut consul Hortensius declararetur.

Insidiae per eosdem homines] Caecilium et Hortensium significat.

Quae res primo, iudices] Corruptionis apparatio.

Cap. VII. 18. *Quae ille si commemorare noluisset*] Ostendit eum stultum fuisse, qui ea, quae celanda erant, palam dixit.

A me pedetemptim] Summatim, paullatim. *Pedetemptim* autem proprie dicimus, quando per loca lubrica incedentes temptamus, utrum sit firmus incessus, suspenso pede.

Illius habita ratio] Ne videar quasi inimicus.

19. *Ad ipsum fornicem Fabianum*] Arcus est prope Vestam, aut a Fabio quodam praetore dictus, qui eum curavit, aut quia ibi multae statuae Fabiorum stant.

Propinquis necessariisque] Atqui si ex Hortensio amicus erat, et Verri magis gratulari debuerat, qui summum honorem fuerat consecutus. Sed forte non poterat, quia turba erat circa ipsum. Quid, quod nec necessariis eius gratulatus est? quod est consuetudinis, ut vel per alios nostrum votum nunciemus. Ostendit ergo nihil ab hoc de omni Verris absolutione cogitari, qui et amicos in felicitate positos contemnebat.

Quod quum tam multi homines] Dixi signum verum. Signa possunt derivari ad alteram partem suam. Hoc signum conatur auferre, et argumento dat rumorem populi scilicet, quod quum tam multi audissent, aliis ridiculum vid;

Ridiculum] Quod dixit Curio.

Altius perspiciebant] Interius, acutius, melius.

20. *Etenim sic ratiocinabantur*] Qui intelligebant illam vocem ad corruptionem pertinere.

Loquebantur aperte] *Apertum* est, quod non latet. *Perspicuum*, quod omnibus notum est.

4. *focit*] G. Gr. — *fecit* Sch. 27. „F. *et H.*" Gron. 28. *Atqui si Hortensio amicus erot, ei mogis quam Verri gr.* de Graevii conl. Sch. 32. *ab hoc nisi de Verris absolutione cogitari* de Graevii coni. Sch. Ib. *positos*] de Graevii coni. Sch. pro *positus.* 33. — *condemnabat* Sch. 35. *derivari*] Sch. — *dirivari* Gronov. — *derivare* Graev. 36. Sic de Graevii coni. Sch. pro Cod. *populo.* 37. Sic Cod. — Sch. *videretur.*

Nulla esse iudicia] Iam quasi tractantium allocutionem inducit.

Quid igitur] Obiectio.

Quid iudices] Iterum interrogatio.

Non crimina, non testes] Quia populus Romanus vult damnari nocentes.

Non] Responsio.

Cap. VIII. *Iste quidem tibi eripietur*] Verba optimorum virorum, qui mecum loquebantur.

Sed nos] Id est, senatores.

De transferundis] Ad equites.

21. *Neque eos tam istius hominis*] Non commovebat spes Verris *eos*, id est, senatores, quia sperabat absolvi se, sed gratulatio Curionis.

Hominis amplissimi] Id est, Curionis.

Nova gratulatio commovebat] Bene addidit *nova*, quod consule designato Hortensio coepit gratulari.

Id moleste ferre] Gratulationem Curionis.

Cupiebam animi dolorem vultu tegere] Quod in mediocri metu fieri potest; nam in maiore dixit: *quod etiam toto corpore perhorresco.*

Tegere] Celare.

Quum praetores designati sortirentur] Ex sorte enim accipiebant provincias.

Et M. Metello obtigisset, ut is de pecuniis repetundis] Metelli tres fuerunt fratres, unus, qui prae * * *

* * * * * * *

Cap. IX. 26. . . . . *tellum causa diceretur*] Prima confessio Verris. Innocentem iudicem fugit.

Ut apud M. Metellum] Hic Metellus est, qui praesente Sulla et audiente de proscriptorum ardore et labe temporum dixit, et ideo stultus putabatur. De huius familia omnes consules facti sunt. Hic a Kalend. Ianuariis de pecuniis repetundis fuerat quaesiturus.

Dedit enim praerogativam] Ne quaereretur a Tullio, unde hoc sciret, ideo hoc dicit; *dedit enim praerogativam.* Duo genera sunt populi, *praerogativum* primum, deinde *iure vocatum*. Prima pars praerogativi generis quidquid sensisset, iure vocata firmabat. Ergo si quis honores petere voluisset, praerogativam classem corrumpebat. Dicitur praerogativa et signum voluntatis futurae. Ergo hic sensus est: quemadmodum, quando Metellus honores petivit, Verres praerogativam corrupit, sic modo Metellus absolutionem Verri pro illo vult reddere de beneficio. Et hoc quasi secretum prodit Cicero.

27. *Arcessit alter consul*] Siculi minas secuti sunt consulis, non voluntatem vocantis.

Cap. X. 28. *Quid est, quaeso, Metelle*] Invectio ad Metellum

---

12. Inserui *eos;* Sch. delevit *id est*. Or. Ibid. Sic scripsi. — *absolvi se; GRATULATIO* G. — *absolvi, sed gratulatio* Gr. Sch. 18. *quod*] G. — *nam* Gr. Sch. 23. „Post hoc proximis amissis sequitur pars praefationis in Lib. I. Act. II." Gronov. 28. An *proscriptionum?* Or. 37. Sic coni. Graevius pro *petivit Verris*, *pr.* 39. Sch. delevit *de*.

consulem designatum. Dicit hoc esse iudicium corrumpere, si accusatores ab intentione revocaris.

Timidos homines et afflictos] Duplicavit timorem, quum dixit causam timoris.

Duorum praetorum potestate] Potestatem magis ideo posuit, ut esset pro terroris nomine, non pro hominis dignitate.

De officio et dignitate decedis] *Officium* est actus conveniens unius cuiusque personae: *dignitas* autem meritum senatoris.

Ut, quod ille dictitat] Invisum Verrem omnibus facit.

29. *Aiebant*] Bene ad omnes contulit, ne interrogaretur, a quo esset dictum, in ore est omni populo.

Duo igitur] Hortensius et Metellus. Hic reddit, *quam spem nunc habeat in manibus et quid moliatur*. Et est quaestio: an possit reus iudicio absolvi.

In quaerendo nimium diligentem] Hic invisum facit omnibus Verrem, a quo repudiatos nominat iudices. Non est enim innocens, qui gravem iudicem fugit.

Quem minime expedit esse] Probabimus te, Caesoni, integrum, quum displices Verri.

Quod in Iuniano consilio] Cui Iunius praefuit.

Et turpissimum facinus] Quum Oppianicum veneficii Cluentius accusaret, dedit maiorem pecuniam et damnavit illum. Hoc Caesonius prodidit, et Iunium praepositum Quintius accusavit, contra Pisone Frugi posito. Nam quod dixit *turpissimum*, ceram tangit infamem.

Non habebimus] Quia aedilis futurus est.

30. *Homo tristis*] Quod hi tribuni plebis * * *

Ineat — Nonis Decembribus] Quaesturam intelligimus. Nam omnes ceteri magistratus Kal. Ian. procedebant; soli vero quaestores Nonis Decembris.

Acerrima] Fortissima, integerrima, severissima.

L. Cassius] Cassiana familia ideo severissima ad iudicandum existimata est, quia sic iudicabat: cui bonum fuit; ut quaeratur, si ei prodesse poterat factum, non utrum fecerit necne.

Tres hi homines] Optimi, integerrimi, antiquae nobilitatis.

Secundum Kal.] Iuxta vel post. Unde *secundum cras* dicimus.

31. *Nonae sunt hodie Sextil.*] Hic iam ex sua persona loquitur.

Diem iam ne numerant quidem] Id est, adversarii.

Ante ludos votivos] De victoria Sertoriana aut Mithridatica aut piratica.

Continuo Romani] Id est, ludi. Fiunt autem mense Septembre.

Ita prope XL.] Quia non dixit, quod dierum Romani, addidit *prope*.

---

12. Sic scripsi. — *Quod igitur Hortensius et M.* G. Gr. Sch. 15. *omnibus*] G. — om. Gr. Sch. 27. Turbata hic nonnulla et manca. Sic Gr. Sch. — *futurus est; Homo Tristis.* Quod in trib. pl. i. o. n. d.] *Quaesturam* cet. G. 29. *Nonis*] de Graevii correct. Sch. — *Nonas* G. Gr. 32. Leg. *bono*. Or. 34. Fort. *probitatis:* id enim significatur, quum hic dicuntur *homines veteres*. Garat. Error potius est Scholiastae. Or. 41. *quod*] L. *quot*. Bait.

Deinde se ducturos] Ὑφ' ἓν legendum est, id est, tracturos tempus *dicendo*, respondendo; *excusando*, causas occupationum fingendo.

Ad ludos Victoriae] Quos Sulla constituit post victoriam Marianam.

Cum his plebeios esse] Voluptarios.

Ad agendum] Ad iudicandum; postea enim feriae sunt.

Refrigerata] Id est, omni calore accusationis exstincto.

Quem ego hominem] Ὑποφορὰ ΠΕΥΣΕΙΣ: id est, reiecissem sicut alios suspectos iudices.

32. *Tabellas committere*] Non quia mos erat dare iudicii praetori tabellas, sed quia poterat iubere, ut iudices absolverent G. Verrem.

Ego vos consulo] Utrum perpetua debeam uti oratione, id est, continua, an per singula crimina debeam testes producere.

Mihi profecto taciti dabitis] Bene conparticipes sui consilii facit iudices, ne arroganter agere videatur.

Meo legitimo tempore] Aut perpetua oratione aut ex lege constituto, quia horis certis dicebant accusatores sive defensores per clepsydram. Centum et decem dies legitimum tempus erat.

Mei laboris, industriae diligentiaeque] *Industria*, qua invenimus; *diligentia*, qua inventum perficimus. Alii dicunt *industriam* segnitiae contrariam, aut quae in persequendo officio labore non deficit.

Paratior] *Paratus* accusator est, qui multa crimina obiecturus est reo. *Vigilantior*, qui omnia circumspicit, ne reus evadat. *Copiosior*, ad varietatem dicendi retulit.

Elabatur] Evadat, effugiat.

Obscurum] *Obscurum* est, quod difficile invenitur; *absconditum*, quod penitus ignoratur.

33. *Nunc hominem tabulis, test.*] Nam si voluerimus perpetua uti oratione, quantum quidem ad eloquentiae os * * * * * * * *

Cap. XIII. 39. * * * fuisset susceptum. Similiter quemadmodum in Septimio senatore.

Pr. urbis sortiente] Ex sorte dante, quia ipse quasi praetor iudices dabat.

In eum reum] Oppianicum significat.

In eodem iudicio] Quum consuetudo fuerit, ut viginti et septem diebus iudex audiret, Fidiculanius Falcula non audivit a principio, sed triduo, quia sorte subrogatus est, et sic Oppianicum damnavit. Ergo hic oratorie agit; nam quum unus iudex corruptus sit, augendi criminis causa omnes iudices pecuniam accepisse dicuntur.

40. *Iam vero quomodo ego illam labem, ignominiam*] Tangit

---

2. Sic Sch. — *causis occupationum* Gron. — *causas, occupationem* Graev. 7. Sic Gron. — *πεῦσις* Gr. Sch. 9. *iudicii praetori*] Sic scripsi. — *iudici praetorii* G. — *iudicis praetori* de Graevii sententia Sch. 14. — *videantur* Sch. 17. „Confodit CX. dies ad iter Siciliense postulatos, de quibus Ascon. ad C. 2., cum diebus accusationis peragendae." Garat. — *centum et decem*] Immo potius viginti. Schuetz. 20. — *officio et labore*. Sch. 28. — *orat. uti* Sch. 31. Sic G. — *os * * * fuisset susceptam* (sic) Similiter] *Quemadmodum in Septimio senatore pr. urbis.* Sortiente] *Ex s.* Gr. Sch. (G. proprie habet: *Pr. urbs.*) 36. *sorte*] Sic scripsi. — *forte* G. Gr. Sch. 39. *ego*] G. — om. Gr. Sch.

iterum iudicium, in quo Hortensium dixit iudicibus imperasse propter rei absolutionem.

Totius ordinis conquerar, hoc factum esse] Cum indignatione *hoc* est pronuntiandum; id est, tantum malum.

Ut discoloribus signis] Post omnia crimina venit ad Hortensii facinus, ut cunctis peius esse ostendat.

Quum haec omnia a me diligenter] *Diligenter* ad inquirendum retulit.

Severe] Cum gravibus sententiis et omnem misericordiam excludentibus.

Cap. XIV. *Alia ratione esse violatum atque commissum*] Id est, quomodo tunc, quum diversis coloribus tabulae erant notatae. Et perverse dixit. Nam primum committitur, et sic violatur aliquid sine commisso; verbi causa, si cogitaverit quis sacrilegium facere, et non fecerit.

Hominem potentem] Hortensium significat.

Praeclare] Id est, bene, commode.

Quaestum] Lucrum.

Iudicibus reservaret] A persona iudicum odii comparatio.

41. *Ex quo mihi in mentem venit*] Ex his scilicet, quae Verrem audivi dixisse.

Satis facere posse, nocentissimi victoriae non posse] Haec me dicente populus commotus est, quod de tollendo iudicio repetundarum locutus fueram.

42. *Malam opinionem animo imbibisset*] Quia scilicet iudicium corruptum esse speravit.

Imbibisset] Percepisset.

Apud vos odio esse] Quia scilicet tales vos speravit esse futuros.

Cap. XV. 43. *Quo loco*] Hoc est, opinioni vestrae.

Nulla in iudiciis severitas] Quia nocentes subtrahuntur.

Religio nulla] Quia peieratur.

Despicimur] (*Despicimur*) vultu, verbo, simulatione.

Neque hoc Q. Catulum fugit] Propter iudiciorum iniquitatem, quod populus Romanus tribuniciam potestatem reposcebat.

Pompeio viro fortissimo] Pompeio enim et Crasso coss. reddita est tribunicia potestas.

Patres conscriptos iudicia m. et f. t.] Ideo quod populus Romanus tribuniciam desiderabat potestatem.

45. *Ad urbem Cos. designatus*] In urbe vel prope urbem, quoniam interdum extra urbem consules contio ° ° ° ° ° ° ° ° ° ° ° ° °

Cetera desunt.

---

1. An *prope?* On. 19. Sic scripsi de Iac. Gronovii coni. — Quartum lucrum iudicio reservaret] *A persona i. o. c.* G. Gr. Sch. 32. Alterum *despicimur* suppleverunt Gr. Sch. Abest a G.

SCHOLIASTA GRONOVIANUS

ALTER

AD ACTIONIS PRIMAE

IN

C. VERREM

CAPP. VI. et VII.

Cap. VI. 16. * * * postea dicit sortitionem factam; quia primo reiiciuntur iudices, sic sortiuntur; accusatores ante sortiuntur, et sic eliguntur.

Spem populi Romani fortuna perfregerat] In sortem mittebant, qui praesentibus iudicibus accusarent. Curtius exierat, amicus Verris. Cicero illum de sorte reiecit, vel quia illa decuria exierat, in qua non erant corrupti nisi pauci.

Mea diligentia] Quia malos tenebant.

Renuntiata] Repudiata vel negata.

Conductio] Redemptio.

17. *Libelli nominum vestrorum*] Nomina iudicum in albo publice scribebantur, qui in eo essent iudicio futuri iudices. Ex eo albo, quibus erat curae de integritate iudicii, nomina transcribebant et apud se tenebant, ut possent nosse, qui de quo negotio iudicarent. Dicit itaque huius consilii iudicum nomina in omnium manibus retenta bene scientibus adprobata, ne possint aliqua ratione mutari.

Nullus color, nullae sordes] Figuram fecit in Hortensium de Varronis iudicio, consobrini eius, quod discoloribus ceris iudicium corrupit.

Repente ex alacri] *Alacer* tam fortis quam velox, ut ille:

equos alacres media inter proelia Turnus.

Ecce autem] Post reiectionem iudicum et consulum comitia, quando consules declarabantur. Et bene *consularibus*, quia sunt et praetoria comitia.

Vetera consilia] Corruptionis.

---

7. „Multa desiderantur; videntur autem ad haec verba *iudices reiecti sunt* pertinere." Garav. Ibid. *primo*] G. Gr. — *prius* Sch. 8. F. *et sic.* Or. 10. Sic Gr. Sch. — *Spem prs.* G. 18. — *sustinebantur* Sch. 20. *qui de quo*] Sic scripsi de I. F. Gronovii coni. — *quid ae quo* G. — *quid aequo* Gr. Sch. 26. Fortasse: *ut:* Talis equos cet. Aen. 12, 337. Or.

Pecunia maiore] Bene *maiore*, quoniam certus erat de iudiciis corrumpendis; et primo parvam pecuniam dedit, quoniam incertum exitum sortis acceperat per eosdem corruptores.

Cap. VII. 18. *Nam ut Q. Hortensius*] Hic vult ostendere, unde post desperationem corrumpendi iudicii spes ceperit Verres: nam dicit, Hortensio consule designato, Curionem quendam gaudentem dixisse Verri, eum absolutionem sperare debere, quod patronus eius consul est factus.

Quem ego hominem honoris] Dicturus eum dixisse rem turpem, honoris causa illum se dicit nominare, *ut et amicitiae illius.* (cet.) Et in hoc illum laedit, quum se dicit parcere et propter amicitiam, quae dici non debeant, prodit.

19. *Vidit ad ipsum fornicem Fabianum*] Sacram ingredientibus viam post templum Castoris, in quo eius familiae nomen ascriptum est. *Fabi, tu Maximus ille es.* Arcus Latinum non est.

Verbum nullum facit] Tanta est amicitia praelatus, ut perdat officium.

Quod quum tam multi] Ne quis quaerat auctorem, de multis cognitum dicit; quod in utrumque prodest: et populus non poscitur testis et firmius est, quod a plurimis causatur auditum.

20. (*Ratiocinabantur*)] Ratiocinari prudentium est.

Pridie iam se ipse condemnatum putabat] Una die dicit, quod ad absolutionem reo patronus * * *

(*Cetera desunt.*)

SCHOLIASTA GRONOVIANUS

IN

ACTIONIS SECUNDAE

IN

C. VERREM

LIBRUM PRIMUM.

ARGUMENTUM.

* * * *Phi*lodami hospitis filiam per vim stuprare temptaverit; quod myoparonem Milesiorum vendiderit; quod Malleolo quaestore Dola-

---

6. — *spem* de Graevii sententia Sch. 12. — *et quum propter* de Graevii sententia Sch. F. *ei parc. pr. am. et*, *quae* cet. Or. 12. *dici*] de Graevii correct. Sch. — *dicit* G. Gr. Ibid. — om. *prodit* Sch. 15. Aen. 6, 846. 17. *Ne quis*] Sic dedi de I. F. Gronovii conl. — *aec quis* G. — *Ecquis* Gr. — *Et si quis* Sch. 18. Sic scripsi. — *de multis cognatum* G. Gr. — *a multis auditum* Sch. 20. Hoc lemma inserui. Or. 21. *iam*] Sch. — *quam* G. Gr. Ibid. *ipse*] G. — *ipsum* Gr. Ibid. *ad abs.*] G. — *ab absolutione*. Gr.

bellae mortuo tutelam filii eius perfide tractaverit; quod damnato Dolabellae lis aestimata sit sestert. tot; ex quo Verres plurimum abstulerit. Praetura eius urbana sic infamatur, quod empta sit, quod illa iuris dictio venalis fuit. Hic obiicit de Aselli bonis, quod possessionem eorum contra filiam dedisset; de bonis Minucianis; de sartis tectis aedis Castoris contra Iunium pupillum; de iudicio publico contra Opiminm; et de falso codice ad subscriptionem Iunianam pertinente, Oppianico reo usque in eo. Multa in his observatione exactissima designata sunt, ut non tantum onerosum sit aestimare singula, sed etiam longum, quod huic opusculo contrarium est. De omnibus autem orationibus nec meam persuasionem subtrabo nec tuam ignoro. Convenit enim inter nos nullam esse oratoriam virtutem, quae non sit perfectissima in singulis quoque narrandis, verum uberrima exempla per omnium generum figuras eminere. Satis autem constat, omnes in Verrem orationes ante aedilitatem editas esse.

Status coniecturalis. Benevolos facit in principio auditores. Benevolos autem auditores quattuor modis facimus, aut a persona iudicum, hoc est, quando eos laudamus; quod brevi oratione faciendum est; aut ex nostra persona, hoc est, quando nosmet ipsos commendamus commemorando studium nostrum erga rem publicam; aut a persona adversariorum, vituperando eorum vitam aut mores; aut a causa, quando [aut] nostram laudamus causam, quasi innocentiae subnixam auxilio. In hoc ergo prohoemio a causa adversarii benevolos facimus iudices; scilicet de quo talis rumor exstitit, qui eum se quoque condemnantem demonstret.

Facta est autem comperendinatio. Dicit enim accusator; deinde defensor. Item modo accusator dicit ad ea, quae defensor dixit.

Quaerunt multi, quare appellatur praetura, quum quaesturae et legationis crimina continentur? Et dicimus ideo, quia praeturae crimina graviora sunt.

Cap. I. 1. *Neminem vestrum*] Genus causae anceps. Propositio.

Hunc per hosce dies] Qui fuerunt post primam actionem usque ad principium secundae.

Sermonem vulgi] Vulgus est extrema pars populi. In populo etiam boni continentur. Singulis ergo propria dedit: vulgo sermonem, populo opinionem. Inest enim in opinione auctoritas. Nam vulgus loquitur, populus opinatur legem condendo.

Responsurum] Fingit illum praesentem esse; ille autem exierat.

Ad iudicium affuturum] Bene dixit, *affuturum*, quia poterat adesse, et non respondere.

---

2. Latet in his numerus. Cfr. Orationis ipsius Cap. 39. vel *tot* positum pro numero infinito. Oa. 4. *Aselli*] Seh. — *Asellini* G. Gr. 7. *Opimium*] Seh. — *Ostimium* G. Gr. 8. „Locus corruptus. Fortasse: *reo. Usque eo multa* ecl. *Oppianico* enim *reo* satis terminatur sententia." Garat. 23. *facimus*] G. Gr. ∞ *facit* Sch. 24. *exstitit*] G. Gr. — *exstiterit* Sch. 26. *Dicit*] de Graevii correct. Seh. — *Dicendo* G. Gr. 28. — [oratio de] *praetura* Seh. Ibid. — *quum* [etiam] *quaesturae* Sch. 32. *fuerunt*] Seh. — *fuit* G. Gr. 37. „*legem condendo*] Haud video quo pertineat." I. F. Gronov. Fort. *lege condemnandum* (Verrem.) Oa.

Emanarat] Effluxerat. *Μεταφορὰ* ab aquis.

Quod iste certe statuerat] *Statuere* est aliquid proponere, de quo deliberetur. Quum ergo aut subito aliquid facimus aut consilio habito, ostendit Verrem consilio habito fugam cogitasse. Deliberatio est statutae causae et propositae plena perfectio.

Convictus ora iudicum aspiceret] Quasi sententiam ferentium; quod iudices attendunt litigatorum . . . . dicentes sententiam.

Populo Romano ostendere auderet] Impudens esset, si tantummodo veniaset; impudentior nunc est, quia et loqui voluit.

2. *Proiectus*] Facilis, pronus.

Sic paratus ad audiendum] Ut et de eo audiatur, et ut ipse de alio audiat, sed hic *ad audiendum* dixit, id est, ut audiatur de eo.

Defenditur] Patronorum impudentia notatur, quia tam nocentem defendunt.

Si reticeat et absit] Si tacendo in exilium isset spontaneum.

Patior, iudices, et non moleste fero] Moraliter locutus est; nam nemo est, qui moleste ferat fructum laboris sui.

Virtutis vestrae fructum esse laturos] Nam fructus accusatoris erit, si optimus videatur accusator; iudicum, si non corruptionis notentur infamia.

Minus aliquanto quam mihi opus esset] Ad fructum consequendum, id est, ad bonam opinionem comparandam.

In hac accusatione comparanda] Quando crimina colligebam. Omnes enim ex hac accusatione cognoscunt, quod improbos omnes, non solum Verrem odio habeo; quod minime fuisset, si Verres abesset.

Constituenda] Quando incipiat accusatio; quando dies petitur ad accusationem, ut praesens condemnetur.

Tenuis plane atque obscura, iudices, esset] Si absens condemnatus esset. *Tenuis* res vel videtur ex parte, *obscura* non videtur. Ergo per *αὔξησιν* dixit *tenuis atque obscura.*

3. *In eo, quem nemo sit ausus defendere*] Ideo *in eo* dixit; et non *in eum*, quia hoc in utrumque casum profertur; sicut Virgilius: *Talis in hoste fuit Priamo*, quum *in hostem Priamum* dicere debuit. Nam si praesenti repugnetis et condemnetis eum, ubi nimia comprobatur integritas; nam absens ideo potest videri condemnatus, quia se redimere noluit.

Potentissimorum hominum defendatur] Optat contendere cum adversariis, ut ex maiore certamine gloriosam victoriam sortiatur.

Cum illorum omnium cupiditate] Id est, qui volunt illum absolvi corrupto iudicio.

2 *certe*] G. Gr. — *certo* Sch. 3. F. *quoniam ergo*. Or. 7. *litigatorum*] — *litigatorum* [causas] supplevit Sch., quum supplendum sit *litigatorum* [ora]. Or. 16. „F. leg. *iocularíter*." Schütz. *Moraliter* h. l. i. q. *ἠθικῶς*, tamquam persona comica. Or. 20. *notentur*] Gr. Sch. — *notetur* G. 30. *dixit*] G. Gr. — *dicit* Sch. 33. *Priamo*] G. — om. Gr. Sch. „Virg. Aen. 2, 541., ubi Cerdam vide et I. F. Gronovium ad Iustin. 38, 6. (item, notante filio Iacobo, ad praefationem Senecae Lib. IV. Nat. Quaest.) Sequentia hic depravata. Saltem pro *num* lege *nam*." Garat. Sell. Gr. Sch. (non G.) errore typogr. habent *num absens*. Praeterea pro *ubi*, lege *ibi*, ut sit apodosis. Or.

Cum istius pecunia] Quia conatur corrumpere iudices.

Patronorum minis] *Minae*, defensiones.

Potentia] Pecunia.

In contentionem certamenque v.] Quod sine certamine gloria non potest comparari.

4. *Tam sibi consuluisse*] Quod impudentem exitum quaesierit.

Cap. II. *Neque enim salus ulla rei publicae*] Conclusio.

Hoc tempore reperiri] Quod dixit iudicia non integra celebrari.

Pernicies ulla] Ideo *pernicies omnium*, quasi haec suspicio iudiciorum sublata fuerit. Incipit populus de iudiciis transferendis contendere, contra dicentibus senatoribus. Necesse est oriatur seditio.

Veritatis] Iustitiae.

Integritatis] Propter corruptionem.

Fidei, religionis] Quia iurabant.

Hoc ordine abiudicari] Notandum est, quod, ubi est vituperatio, *ordinem* dixit, ubi laus, *iudices*, ne eorum offensionem incidat: simul hoc, quod noluit dicere transferri iudicia quasi omen fugiens, iudicio abalienari, quod est, *abiudicari*.

5. *Itaque mihi vid. or*] Secundum prooemium.

Et prope depositam] In ultimo positam, desperatam, ut recreari non possit. Virgilius:

Ille ut depositi deferret fata parentis.

Partem] Iudiciorum scilicet. (*Desunt multa*)

Cap. XVI. 42. *Brevitate orationis*] * * ponere sine illis localibus phaleris melius est. Nam tanto maior fides adquiritur nostris criminationibus, quanto videmur tragoedia praetermissa veluti nuda propositione esse contenti. Velim tamen et in hac brevitate perspicias, non abesse Ciceronis studium τῆς αὐξήσεως. Idem egit, ut quamvis proponeret, tamen acerbitatem mali facinoris extolleret. *Ignem* parum erat dixisse, subiecit *ex lignis viridibus*, quod est intolerabilius; addidit etiam *humidis*, quo spiritus magis magisque augeri solet. Superposuit *in loco angusto*, ubi densior fumus animas haurientes urgeret. Post haec deinde intulit: *hominem ingenuum, domi nobilem, populi Romani socium atque amicum fumo excruciatum semivivum reliquit.* Totum si gradatim consideres, αὐξητικὸν est. Et nihilominus visus est tantum proposuisse, non et exaggerasse, quum robustius non potuerit augere. Ita si rem spectes, magna copia est; si verba numeres, summa brevitas.

46. *Eaque in onerariam navem suam conicienda curavit*] Copiam rapinarum et signorum multitudinem de modo navis ostendit. Quippe

---

1. Sic G. — *absolvi.* Cum istius pecunia] *Corrupto iudicio*, *quia* Gr. Sch. 6. „Sensus postulat *pudentem*." Garat. 10. *de iud. transf.*] G. Gr. — *de transf. iud.* Sch. 11. *seditio*] G. Sch. — *ditio* err. typogr. Gr. 22. Aen. 12, 395. Leg. *proferret.* 23. „*In hoc loco corruptus erat Codex antiquus.* Sic margo: etsi omnia continenter media ponat pagina." Gronov. 26. *quanto*] G. Gr. — *quando* Sch. 31. *augeri*] Fort. *angi.* vel *urgeri.* Or. 35. *sem. reliquit*] G. Gr. — *sem. aliquis* Sch. Ibid. *gradatim*] G. Gr. — om. Sch. 38. *brevitas*] G. Gr. — *brevitas est* Sch. 39. = *coicienda* G.

si ad haec spolia templi avehenda oneraria navia admota est, apparet quantitas oneris de alvei magnitudine.

Cap. XVIII. *Tum subito tempestates coortae sunt*] A consequentibus signis argumentatur ad divinum quoddam testimonium et magis invidiosum reum facit, quod non humanis probationibus, sed indiciis numinum deprehensus sit.

Ita magni fluctus eiiciebantur] Enniano hemistichio usus est ex ea tragoedia, quae Achilles inscribitur.

Signa Apollinis reperiuntur] Expedita *βραχυλογίᾳ* usus est, ut gratissime multa concluderet. Sed et ipsa velocitas magnam habet virtutem probandi; nam consequetur, ut violentiae tempestatis illa causa fuerit, quod Verres templum Apollinis spoliasset, quum redbibitis omnibus tranquillitas restituta sit.

47. *Apollinemne tu Delium*] Decore amplificationem prosecutus est, quasi plus sit Apollinem Delium violasse, quam quemcunque. Alia praeterea, quod apud hanc insulam maior illi quaedam non tantum numinis, verum etiam nativitatis religio debeatur. *Ἀφορμὴ* praeterea elegans animadvertenda est, quemadmodum veterem fabulam sic intulerit, ut Verrem admoneret puerilis eruditionis, ne levius fieret † hoc non erit *Λaroe* induceretur.

48. *Apollinem Dianamque peperisse*] Huic opinioni repugnare videtur Herodotus. Nam quum res Aegyptias persequitur, sic ait: *Ἀπόλλωνα δὲ καὶ Ἄρτεμιν Διονύσου καὶ Ἴσιος λέγουσι εἶναι παῖδας· Λητοῦν δὲ τροφὸν αὐτοῖσι καὶ σώτειραν γενέσθαι.*

Ne Persae quidem] *Δεινῶς μετὰ παραδείγματος.* Exemplo invidiosissimo reum deprimit, quod legatus populi Romani id apud socios admiserit, quod etiam Persarum hostile ingenium recusavit.

Cap. XIX. 49. *Teneṇ* (sic) *ipsum*] *Συλλογιστικῶς καὶ μετὰ ἐπιμονῆς.* Obstinate immorando huic parṭi, quo magis videatur universam Tenedum diripuisse auferendo simulacrum conditoris; ut, quoniam ipse urbis auctor fuisset, in eo existimaretur Verres totius oppidi statum depopulatus esse.

50 *Non ad praetorem, sed Romam deferri oportere*] Vigilanter, ne videretur iudicio Neronis C. Verres absolutus, quum fanum Iunonis Samiae diripuisset, ait illum non de innocentia Verris pronuntiasse, iudicium omne ab se ad senatum removisse.

Cap. XX. 52. *Contra sectorem quaestoremque pugnare*] Quoniam bona proscriptorum sectores mercabantur, et eorum pretia quaestores in aerarium referebant.

Eoque se absolutum] *Παραδειγματικῶς* praeiudicatum dicit esse de criminibus legati, absoluto Charidemo, quem [quum] Samii apud

1. *avehenda*] G. Gr. — *prehenda* (sic) Sch. 2. Cod. *aibei.* 9. *Expedita*] Gr. Sch. — *Expedi* G. 11. *consequetur*] G. — *consequitur* Gr. Sch. 16. *quam* cet.] Lego: *quam quemcunque alium, propterea quod* cet. Or. 18. *animadvertenda*] G. — *advertenda* Gr. Sch. 20. Sic G. Gr. — *hoc, si non illiteratus induceretur* Sch. 22. Lib. 2, 156 25. *δεινῶς*] Sic scripsi. — *ΔΙΝΟΣ* G. Gr. — *δεινός* de Gr. susp. Sch. 27. *admiserit*] G. Gr. — *permiserit* Sch. 29. *parti*] de I. F. Gronovii correct. Gr. Sch. — *pasci* G. Ibid. *universam*] Gr. Sch. — *universum* G. 36. L. *pronuntiasse, sed iud.* Or. 41. ~~ *quum* del. Sch.

Chioa reum fecerant; qui eo potiaaimum defenaus ait, quod ostendisset omnem illam direptionem ad populi Romani legatum pertinere.

53. *Plostris avecta exportataque esae*] Animadvertamus pleraaque apud M. Tullium compositionea non lascivire, aed ad rigorem vetuatatis inferri. Quod autem pertineat ad virtutem partia huius, non intulit nominatim aigna, qunt abstulisae Aspendo videbatur; aed quum generaliter dixiaset *plostris*, ait *exportata* ease, ut de qualitate vehiculorum appareret multitudo eorum, quae plostris avecta aint.

Aspendium citharistam] Simulacrum dicit huius cithariatae abstulisse Verrem. Fuiaae autem fertur tantae subtilitatis, ut non exerta manu nervos citharae impelleret, aed perquam occultis motibus; ac propterea proverbialiter dictua eat *in se canere* aolitus. Simulque orator *χαριέντως ut illum ipsum*, inqnit, *artificio superasse videatur;* callidiorem videlicet oatendens hunc in furando quam illum in psallendo.

54. *Quae, malum, est ista audacia atque amentia*] Ne infrigeacat impetus accusationis, postquam breviter multa proposuit, adiicit locoa vehementea ad augendum, ut index, postquam didicerit, inflammetur. Congregata enim debent esse haec officia dicentis, et maxime in accusationibua, ut indignationi calor subiiciatur.

Neque in suburbana amicorum] Hortensium praecipue videtur significare, qui huiusmodi aignis et tabulis pictis familiariter delectabatur. Id manifestius in Hortensio ostendit dialogo: *quum in villa Luculli † bellum esset omni apparatu venustatis ornatum.*

Cap. XXI. 56. *Vereor ne haec forte cuipiam nimis antiqua et iam obsoleta videantur*] Apud ineruditos iudices exempla de vetuatate prolata minus efficaciae habent, quoniam videri possunt ab oratore confingi. Hoc etiam Demosthenes *κατὰ Ἀριστογείτονος* in consilio habens ita dixit: *καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν παλαιῶν, ἀλλὰ τοὺς ἐφ' ὑμῶν αὐτῶν ἀναλογίσασθε·* et reliqua.

P. Servilius] Collega fuit in consulatu Appio Claudio, bellumque gravissimum in Cilicia gessit. Inter cetera etiam Phaselida et Olympum aubiecit, unde rebus bene geatia Iaauricus cognominatus est.

Cap. XXII. 58. *Vidi collucere omnia furtis tuis*] Vebementi *παρὰ προσδοκίαν † καὶ τῆς βουλῆς collucere omnia furtis* illiua vidisse se dixit; quasi non esset ornatus fori, sed confessio rapinarum.

Qui se iudiciorum dominos dici volebant, harum cupiditatum

---

1. *apud Chios reum*] de Gronovii correct. Sch. — *opud quos rerum* G. Gr. 2. *ad populi Ro legatum*] de eiusdem coni. Sch. — *ad populorum legata* G. Gr. 5. *pertineat*] G. — *pertinet* Gr. Sch. 6 *quot*] de Graevii emend. Sch. — *quod* G. Gr. 11. *impelleret*] Sic scripsi. — *impellere* G. Gr. Sch. 12. *proverbialiter*] de I. F. Gronovii emend. Sch. — *proverbio aliter* G. Gr. Ibid. — *intus canere* de Graevii susp. Sch. 23. — *Hortensii* Sch. tacite. Ibid. *bellum*] G. Gr. — *velum* Iac. Gronov. — *balneum* Sch. coni. ∞ *quum in villam Luculli ventum esset omni a. v. ornatam.* Madvig. Append. Asc. Ped. p. 30. Ibid. *omni*] de I. F. Gronovii correct. Sch. — *omnia* G. Gr. 25. *Apud in.*] de I. F. Gronovii correct. Sch. — *Rapuit in.* G. Gr. 31. om. *etiam* Gr. Sch. Ibid. Iis Codicis mergo. Sch. — *prius elida* G. Gr. 33. *Vehementi*] G. Gr. (scil. Scholiastae *παραπροσδοκίαν* est velut nomen substantivum.) — *Vehementer* Sch. 34. Sic G. Gr. ∞ *καὶ μετὰ μεταβολῆς* de Graevii sententia Sch.

esse servos] *ΕΚ ΤΩΝ ΑΝΤΙΘΕΤΩΝ* aspere laceravit Hortensium, quum illum dicat habuisse in iudiciis dominationem; eundem tamen pati significet in his luxuriae apparatibus quandam libidinis servitutem.

59. *Ex suis templis ablata in foro venerabantur*] Graecorum quidem mentes caerimoniosas et deorum observantissimas ostendit; invidiam tamen hoc ipso Verris accumulat, quo magis illos miserabiles facit, qui Romae simulacra deorum recognoscentes venerarentur, ut, quamvis effigies sacrae locum mutassent, nihil tamen de officio suo animi religio perdidisset, quo minus illi ubicunque inventos adorarent, quos apud se colere consuessent.

In foro P. R. et reliqua:] Senatores hac in parte proscindit; quibus exprobrat infamiam iudiciorum, quod in foro libere et sine metu magistratuum furta publicentur, ubi damnari potius oporteret.

60. *Mercator signorum publicorum tabularumque pictarum missus est*] Μετ᾽ εἰρωνείας καὶ κατὰ συγχώρησιν importatur haec quaestio, στοχαστικὸν ζήτημα. Nam quum sit coniecturaliter tractaturus, omnia illa non emisse G. Verrem, sed diripuisse, concedit interim per qualitatem, (quasi emisse concedat,) et hoc magistratui Romano, per provincias agere mercaturam. Verum posthac ἄτεχνος πίστις opponitur, inartificialis probatio de citatione tabularum, in quibus emptio non inveniretur.

Cap. XXIV. 62. *Quo facilius ad Siciliam possim*] Oratorie simulat ad principalem causam Siciliae, de qua sine dubio dici oportet, se festinare; nimirum ut quaeque retro ἐκ τῆς παρασκευῆς dicta sunt et altius ad praeparandum repetita, necessario duxerit, non studio loquacitatis ingesserit.

Oppidum est in Hellesponto Lampsacum] Alta ἐπίδειξις, utcunque praesentis causa ratio postulavit.

Videmus ele * *

(*Cetera desunt.*)

1. — ἐκ τοῦ ἀντιθέτου Gronov. — ἐκ τῶν ἀντιθέτων de Graevii sententia Sch. 9. *adorarent*] de Graevii correct. Sch. — *adorare* G. Gr. 11. Omittit hoc Scholion Sch. 16. De Graevii correctione Sch. — *Εἰρωνείας καὶ κατὰ CIN-XOPHCIN in praetura h. Quaestio* (*quaestro* G.) *CTOXACTIKON ZHΔINATOC* G. Gr. 19. Totum Scholion distinxi de Garatonii sententia, apud G. Gr. et Sch. misere turbatum. (Sch. coni.: — *contendit. Interim* et: *emisse concedit*; tum proponit: *et hoc magistratui Romano non licet.*) 20. — *inart. prob. opponitur* Sch. Ibid. Fort. *confectione*. Or. 24. — *festinari* Sch. 25. Lege *quaecunque* vel *quae* simpliciter. Or. 25. „Leg. videtur aut *necessario dixerit* (id quod praestat. Or.) aut *necessaria duxerit*." Garat. 27. De Graevii correct. Sch. — *EπιΔIKTHCEIC* G. Gr. 28. *utcunque*] G. Gr. — *utrumque* Sch. 29. Sic G. Gr. — *Videmus de* * * Sch.

SCHOLIASTA GRONOVIANUS

IN

ORATIONES CATILINARIAS.

CATIL. II. Cap. V. §. 11. Fugit ad translationem bonam. *Quae resecanda erunt non patiar ad perniciem civitatis manere*] Vulnus enim humore intra se collecto si non secatum fuerit, asperius efficitur et semper manat sine curatione.

Cap. VI. 12. *At etiam sunt, qui dicant*] Vides, quia minatur populo, et quasi de aliis dicens populum accusat.

Si verbo assequi possem] Id est, si uno verbo possem aliquem ad exilium pellere.

Qui hesterno die] Vides, quia contra invidiam descendit et purgat se, ne videatur expulisse.

13. *Quaesivi a Catilina*] Quasi non imperio egerit.

An nocturno conventu apud Marcum Lepidum] * * *

VII. 15. *Est mihi tanti Quirites*] Proverbium translatum est ab emptione. *Est mihi tanti*] Hoc proverbium: tanti pretii est.

Invidiae meae levandae causa] † Qui contra invidiam loquitur. Ergo et hic invidia est, si merebatur occidi.

16. *Quamquam isti, qui Catilinam Massiliam*] Massilienses decreverant, ut, quicunque coniuratione damnatus esset, expelleretur moenibus ipsorum, nullum susciperent ad exilium, aut, si vellet ire, occideretur. *Apud Massilienses*, ideo ergo dixit: *non tam hoc queruntur, quam verentur*. Alii simpliciter exponunt: timent, inquit, ne magis vadat ad exsilium quam ad castra, neve gravatus a consule mutaverit propositum et ad exilium vadat, non ad bellum.

Cap. VIII. 17. *Sed cur tam diu de uno hoste loquimur*] Usque ad istum locum purgatio fuit invidiae. Modo vult suspectos facere eos, qui defendunt Catilinam, et vitia sociorum Catilinae per genera enumerat, ut, quicunque male locuti fuerit, cognoscatur. Ac de socio-

---

5. Etsi *manere* est in lemmate, nihilo minus Schol. legit *manare*. Or. 6. Nolim in hoc scriptore corrigere *sectum*. Or. 7. *manat*] G. — *manet* Gr. 15. *Lepidum*] „*Lecam* habet MS. in margine." Graev. „Idem error Servium quoque corrupit, ut ex his duobus nominibus, quae permutantur, ut vides, quod loco non conveniebat, inhaeserit. Nam, ut hic *Lepidum* pro *Laecam*, ita in Servio *Leccam* vidimus ad I. 8., ubi contra *Lepidum* esse oportebat." Garat. Ceterum defectum inter §§. 13. et 15. Editores nondum notaverant. Or. 23. Leg. *ad* ex Cicerone. 30. Lege vel *locutus* vel *fuerint*, *cognoscantur*. Or.

rum generibus Catilinae vult distribuere, ut illi, qui iniiciunt invidiam, cognoscantur ab omnibus. Etiam genera dicit omnium.

Si ullo modo fieri posset] Quasi, non potest fieri, ut corrigantur.

Ulcisci] Punire, persequi.

18. *Unum genus eorum est*] Vide, quomodo facit divisionem. Dicit genera vitiorum, et statim infert remedium, quomodo dixit: *quos quidem ego, si ullo modo fieri posset, non tam ulcisci studeo quam sanare*. Et iterum: *deinde singulis medicinam consilii atque orationis meae, si quam potero, perferam*. Vides ergo, quia non omnia vitia capiunt remedia. Nam sex sunt genera vitiorum: tria cum remedio, tria sine remedio. Ut dixi, in suspicionem adducit eos, qui dicebant expulsum esse Catilinam, et dividit per genera vitiorum totum exercitum Catilinae, ut, quicunque locutus fuerit, intellegatur vitio suo loqui. His ergo pudorem imponit.

Quarum amore adducti] Ut putas quis dixerit. Ego vendo . . . . . .

Cap. X. 23. *Volunt*] Non iam ad pueros dicit, sed ad amatores ipsorum.

Miseri] Amatores dixit, quia amator miserum se dicit, quum potestatem non habeat.

Cap. XI. 24. *Cohors praetoria*] Praetoria cohors dicitur, quae circa praetorem facit. (*aliquid erasum est*). Dixit genera et ostendit, unde vel ex quibus constat exercitus Catilinae. Iam id laborat, ne timeat bellum populus Romanus, ut desperent aliquid a Catilina fieri posse; nam, si desperaverit, nemo se iungit.

Instruite] Ironia.

Respondebunt] Comparabuntur. Virgilius: *respondet Cnosia tellus*. Interficiam illum et in locis silvestribus iacebit quasi latro.

Omissis his rebus, quibus nos suppeditamur] Confert causas et ex his ipsis ostendit facile Catilinam perimi posse.

25. *Ex hac enim parte pudor pugnat*] Quomodo ergo fieri potest, ut Catilina vincat?

Petulantia] *Petulans* est ex animo, ex moribus, *impudicus* ex corpore.

Cap. XII. 26. *Quae quum ita sint, Quirites, vos quemadmodum*] Dat illis sine metu sollicitudinem, tantum ut diligentes illos faciat.

Mihi et hic verbi] Ordo iste est: mihi consultum atque provisum est, ut huic urbi satis esset praesidii.

Excursionibus] *Excursio* dicitur praedatio hostium, quando equites invadunt possessiones et faciunt praedas et fugiunt.

Quam pars patriciorum] Odit patricios et nobiles plebis, ut [ergo] placeat populo.

---

8. *et iterum* G. — *et cetera* Gr. coni. 9. Lege *afferam* ex Cicerone. 15. Lege *ut puta, si quis*. Or. Ibid. *vendo*] „Post haec spatium vacuum et defectus." Gronov. 25 *iunget?* 33. *et?* 37. *et hic verbi*] G. — *et huic urbi* Gr. Sed leg. *ut huic urbi*. Or. 39. *excursione* Cic. 42. *ergo*] „Haec vox inducta in Cod." Gronov. Eandem omisit Gr.

27. *Nunc illos, qui in urbe remanserunt . . . . . . si cui solutior visa est*] Vide, quum illis minatur, populo minatur.

Conibere] Concedere.

Cap. XIII. 29. *Quae quidem ego*] Quasi non ipse praestiterit, sed dii immortales. Et tale facit beneficium suum, quod soli potuerint dii praestare.

LIB. II. FINIT INCIPIT III.

ARGUMENTUM.

Deprehensi sunt coniurati ad pontem Mulvium: deducti ad senatum. Vulturcius cum literis et Galli sollicitati ad hoc bellum, qui tunc forte legati venerant Romam, deprehensi sunt. Omnia celebrata sunt in senatu; purgatus est ipse Cicero. Novimus enim, quia propter invidiam sedandam processit ad populum et allocutus est: iam ergo purgatus est; iam non timet: narrat modo populo, quid actum sit in senatu vel insultat tantum † in hac in hac oratione brachylogia hac arte utitur. Quid actum sit in senatu narrat.

Cap. I. 1. *Rem publicam, Quirites, vitamque omnium vestrum*] Auget beneficium ea arte, qua exposui superius, quasi deorum tantum hoc beneficium dicatur. Post deos se ipsum posuit.

Periculis meis] Non Antonii.

2. *Et si non minus nobis iucundi . . . .*

Cap. VI. 14. *Qui sibi procurationem incendendae urbis depoposcerat*] Damnavit tantos senatus. Detrahe senatus invidiam. Ne crudelis senatus videatur, dicit:

Lenitate senatus] Fuisse clementem.

15. *Atque etiam supplicatio diis immortalibus*] Antea supplicatio dabatur his, qui in bello fortiter fecissent, ut quasi rem publicam vindicassent. Ciceroni decreta est supplicatio inde, quod quasi in coniuratorum arma sit versatus lege bellorum, et detracta est, quod rem publicam conservasset, quum aliis decerneretur, quod rem publicam bene gesserint. *Supplicatio*, inquit, *diis immortalibus decreta est pro singulari eorum merito meo nomine*, id est, in senatu causa mei diis immortalibus actae sunt gratiae.

Nam Publius Lentulus] Iam dixerat superius: *quum se praetura abdicasset, in custodiam traderetur*. Timet invidiam Lentuli praetoris, quia dicebatur Lentulus nobilis praetor.

Ut quae religio G. Mario] Novimus, quia in primo dixit *Servilium praetorem mors ac rei publicae poena remorata est*. Ipsum dicit Publium Servilium Glauciam quid dictus est, quoniam a Mario occisus est in praetura.

---

1. Defectum oon indicaverunt Editores. 5. Id esset *connivere*. Grooovius retolit ad vv. *consulere sibi possunt*, quae verbo *concedere* interpretari non potuit Schol. Legitoe ille: *iam non possum connivere; non possum oblivisci* pro eo, quod ouno habemus: *iam non possum oblivisci?* 15. Sic corrupte G. — *insultat. Tantum in hac oratione br.* Gr. 19. *posuit*] — *ponit* Gr. sioe oecessitate. 21. „Rursus vacuum spatium et defectus." Gronov. 23. Lege *detrahit*. Or. 27. Lege *et*. 29. Sic G. Male Gr.: *arma sit; versatur lege*. Ib. Fort. *decreta*. Gronov. 39. F. *Servilium, Glaucia qui dictus est*. (*qui* edidit iam Gr.)

Ut quae religio] Id est, ut, quomodo Marius non dubitavit praetorem etiam sine decreto senatus occidere, sic nos praetura deposita et facto decreto non dubitemus punire privatum.

Ea nos religione liberaremur] Id est, ea nos dubitatione liberaremur, ne diceremur praetorem et sine decreto punisse; quod fecit Marius, nos non fecimus.

Cap. VII. 16. *Somnum*] Alii *somnium*, alii *somnum* habent. Utrumque exponitur. Si *somnum*, segnitiem, quia amabat dormire. *Praeter consuetudinem*, inquit, *proxima nocte vigilaverat*. Si *somnium*, vanam spem de fatis Sibyllinis, quod dicebat se fore dominum Romae.

Nec Lucii Crassi adipes] Quia crassus, inquit, erat.

Poterat et audebat: consilio neque lingua neque manus deerat] Quae nunc illo absente gesta sunt; quia, si ille praesens fuisset, non ita gererentur.

Cap. VIII. 18. *Quamquam haec omnia, Quirites*] Illa arte, qua solet dare numinibus, quod ipse praestitit, ut deorum immortalium consilio gesta esse videantur. Prima coniectura, quae tanta res humanum consilium non caperet: alia coniectura ex ostentis ipsis et ex portentis.

Ab occidente faces] De parte Galliae, quia sedati erant Allobroges.

19. *Cotta et Torquato consulibus*] Percussum fuerat crebris fulminibus Capitolium. Illic Iovis statua sic turbine depulsa est, ut caput perderet et mergeretur in medio Tiberi. Tunc haruspex quidam, quum sacerdotes sequerentur vestigia fulminis et caput deiectum quaererent nec invenirent, hasta pulsum locum invenit et dixit: Ecce caput, et levavit de hasta. Capite Iovis re vera periclitari caput imperii significabat; nam eodem auspicio constitutum imperium fuerat. Tunc placuit, quia quos aspicit felices facit, (ut Virgilius: *Aspice nos, hoc tantum!*) contra orientem ponerent statuam et contra forum curiamque, ut orientem aspiceret.

Legum aera liquefacta] Etiam leges liquefactae fuerant illis fulminibus.

Statuae veterum hominum deiectae] Quod significabat nobilitatis dedecus futurum propter Lentulum et Catilinam.

Suo numine prope fata ipsa flexissent] Tria sunt genera fatorum: unum est immobile, alterum, quod potest differri; tertium est, quod flectitur. Immobile genus fatorum: *Stat sua cuique dies: omniaque orta occidunt*. Differuntur fata: *atque instantibus eripe fatis, decemque alios superesse annos*. Flectuntur autem fata, quando grave aliquid est et leve fit; quemadmodum imminebat Troianis, ut satis fiderent fatis, et tamen flexum est fatum.

20. *Simulacrum maius et in excelso collocarent*] Quia, quos aspicit Iuppiter, beatos facit, ut, *Aspice nos, hoc tantum*.

---

12. Lege *adipem* e Cic. 18. *quod?* 21. Exspectabas potius contrarium, *sollicitati*, ut est in *Argumento*. 28. Sic G. Contra Gr. haec *Tunc placuit* - - *aspiceret* iunxit cum iis, quae leguntur §. 20. *simulacrum* et pro *tunc* dedit *sic*. 30. *ut contra?* 35. Haec duo scholia transposuit Gr. 44. Lege *collocare* ex Cic.

Cap. X. 24. *Superavit postea Cinna cum Mario*] Sulpicius tulit legem, ut tolleretur Mithridatica provincia Sullae et daretur Mario. Iratus Sulla adduxit exercitum, occidit Sulpicium. Marius latuit in Minturnensibus paludibus. Inde reperta illi navis est, et fugit ad Africam. Illic latuit. Fecit Sulla duos consules Cinnam et Octavium. Iure iurando astrinxit eos, ut nullus contra acta Sullana faceret. Discessit. Coepit Cinna de libertinorum suffragiis agere. Octavius cum Senatus contra ipsum habuit. Ortum est bellum civile. Expulit Octavius. Cinna expulsus corrupit milites, pretio collegit exercitum: misit ad Marium in Africa. Composuit legiones solutis ergastulis et venit. Tunc occisus est Octavius et occisus Antonius orator, Crassi, Catuli, ipsa lumina civitatis. Nuntiatum est Sullae. Adduxit exercitum et iterum ultus est mortem nobilium. Ille delevit partes Marianas. Tunc Marius moritur sua sponte. Post Sullae autem interitum facti sunt duo consules Catulus et Lepidus. Lepidus volebat infringere acta Sullana. Catulus defendebat; orta sunt bella civilia. Primum bellum ergo civile fuit inter Sullam et Sulpicium; secundum bellum inter Octavium et Cinuam; tertium inter Cinnam et Marium; quartum inter Sullam et Marianos; quintum bellum inter Lepidum et Catulum. Ut ergo gravius hoc bellum ostendat civile, enumerat omnes, qui bella gesserunt civilia.

Octavius expulit] Cinnam *collegam* dicit.

Clarissimis viris] Ipso Octavio, Antonio et Crassis.

Cap. XI. 26. *Nihil me mutum potest delectare*] Id est, statua vel imago.

Unoque tempore] Quomodo se iungit cum Pompeio. Pompeium dicit et praetulit se Pompeio, quia plus praestitit.

FINIT LIB. III. INCIPIT IIII.

[ARGUMENTUM.]

Hic liber de poena coniuratorum agitur. Et ausi sunt plerique commentatores negotialem dicere. Ubi enim de qualitate poenarum quaeritur, negotialis status est, sed accidens cum . . . . Melius est, ut dicas demonstrationem esse. Status enim negotialis est, ubi intentio et depulsio est. Nihil est tale. Quo modo potest esse negotialis? Magis demonstrationis partem esse scilicet orationem debemus dicere. Secunda denique actio secundi diei actio est. Nam quum relatum esset ad senatum ante et more omnium interrogati essent sententias consules designati, prior interrogatus est Silanus consul designatus. Morte multavit coniuratos. Interrogatus post eum Caesar dissuasit. Necdum Caesaris sententiam solvit Cato; nam postea Cato solvit sententiam Caesaris. Sed Cicero ante retulit, et sic auctoritas crevit Catonis post Ciceronis relationem. Denique consul non debet referre, nisi quod

8. *Octavium cum senatu?* Male Gr. *Octavius senatum.* 9. *Expulit Octavius Cinnam. Cinna exp.* emendavit Graevius. 22. Sic G. — *Cinnam didicit* corrupte Gr. 26. *iungit*] Gr. — *iungat* G. 30. „Lege *agit.*" Graev. 37. *omnium primi?*

rei deprehensi sunt: poenam statuite. Duae dictae sententiae sunt: poenam eligite. Sed laborat orator occidendos esse quantum potest, et suadet aliud agendo quantum potest. Laudando vituperat eius sententiam. Sed quoniam illa sententia crudelior est morte multari, laborat ostendere crudeliorem esse sententiam Caesaris quam Silani. Deinde plerique timebant ad gratiam Ciceronis iudicare, ne ipsis negotium fieret, quia contra leges occidebantur rei. Lex enim vetabat Sempronia. Timebat ergo, ne ad gratiam suam non damnarentur. Dicebant enim: quam necessitatem habet Cicero? quid est hoc? si non occiderit, periculosum est civitati: si occiderit, contra leges facit. Ergo omnes sive parcendo Ciceroni parcebant coniuratis, sive vituperando crudeliorem sententiam parcebant coniuratis. Debet ergo orator ostendere se securum esse adversus omne periculum, ne contra gratiam ipsius pareant, et illam lenem sententiam, quae morte multavit.

Cap. I. 1. *Video, patres conscripti*] Stabant omnes et adtendebant Ciceronem, quid diceret.

Ora] Sed forte non intenti.

Atque oculos esse conversos] Quod ait Virgilius: *intentique ora tenebant.*

Verum, si id depulsum sit] Bene dubitabat, quia adhuc vivunt.

De meo periculo] Si quod mihi inminebit post eorum interitum.

2. *Ego sum, patres conscripti, cui non forum*] Quod dixit circumstare tribunal praetorii urbani.

Non campus] Proximis comitiis.

Non curia] Quid est curia? *Summum auxilium omnium gentium.*

Ego sum, patres conscripti] Meriti sui gratiam quaerit; enumerat quos in consulatu labores rei publicae causa susceperit.

Hic, hic sunt nostro in numero] Id est, in curia.

Vacua mortis] Si ergo mortem meam petiverunt, debent mori.

Multa tacui] Ostendit, quia plus merentur, quam quod victi sunt; quia et ipsi voluerunt occidere cives Romanos.

Ex caede miserrima] Propter virginem Vestalem, quam corruperat aliquando.

Inductus a vatibus] Noluit dicere a libris Sibullinis, sed vatum insaniam posuit.

Cap. II. 3. *Quare, P. C., consulite vobis*] . . . . . *Deinde, si quid obtigerit.* Quomodo ostendit mortem non esse poenam? Non esse crudelem, † quemadmodum venit non esse crudelem sententiam Caesaris.

Stant in conspectu] Stabant omnes ante oculos ipsius et flebant, gener Piso, frater Quintus Cicero, Terentia uxor, filia Tullia, filius Cicero.

4. *Quare, P. C., incumbite*] Translatio gubernatorum.

Non Tiberius Gracchus] Nomina illorum, qui iure occisi sunt.

---

5. *Caesaris?* 23. *praetoris?* 28. „Pertinet haec adnotatio ad I. 4." Garat. 30. *plus*] G. — *plures* corrupte Gr. 36. „Confer ad III. 4. quae notavimus." Garat. 39. Hoc fere vult: *non esse crudelem quemadmodum videatur; esse* (potius) *crudelem sententiam Caesaris.* 40. Cic.: *adstat in c.*

Cap. III. 5. *Vos iam multis indiciis*] *Iam*, ut ostendat non restare nisi solam poenam.

6. *Nunc quidquid est*] Ostendit periculum. Ergo cito occidendi sunt. Vide, ille quid dixerat? dividendos esse per municipia. Vult latenter figuris ostendere, quia ubique sunt coniurati, et cum illis misceri et perdere illos. Ostende crudeliorem sententiam Caesaris: (Cap. IV. 7.) *ceterorumque suppliciorum omnes acerbitates amplectitur.*

Alter eos] Iterum ad Silanum redit, quia dicebat: Cives Romani sunt; non licet occidi populum Romanum; quemadmodum suasit occidendos esse.

Alter intellegit mortem] Disputatum est MORTEM AB DIS NON ESSE. Vide ergo, quia mors malum non est, nec crudelis sententia est Caesaris. Adprobavit non esse crudelem.

Municipiis dispertiri iubet] Ut unus illic daretur, alter illic. Et cupiditate suadendi raptus est orator et ait:

Habere videtur ista res iniquitatem] Sensit, quia raptus est, et palam videtur de morte suadere, quod non debet facere, ne propositum ipsius intellegatur, et ait:

Decernatur tamen, si placet] Quemadmodum occurrit, ne crudeliter agere videatur. Ne intellegatur oratoris astutia, ostende custodiam, et vide, quot genera poenarum dat in una sententia. Ut mitior videatur illa esse sententia, ostende, quia mors beneficium est damnatis.

8. *Multas uno dolore*] Quemadmodum reprehendit eius sententiam.

Itaque si esset etiam apud inferos aliqua formido] Ergo formidinis causa compositum est hoc: ceterum fides nulla est. Si hoc ergo est mora, non est timenda. Ostendit, quia non vera est, dum ostendit populo se placuisse.

Cap. V. 9. *Quae*, inquit, *popularis habetur*] Et ostende, quia ipsa melior est sententia.

Fortasse minus erunt hoc auctore et cognitore huius sententiae populares impetus pertimescendi] Nam, si non occidantur, non sic timeant seditionem popularem. Si autem occidantur, male mihi contrahitur.

Sed tamen, inquit, *eorum periculorum rationes utilitas rei publicae vincat*] Quemadmodum vituperat et ostendit magis sibi esse pertimescendum, si occidantur, tamen occidi debere, *nam utilitas*, inquit, *rei publicae rationem periculorum vincat.*

10. Lex Sempronia iniussu populi non licebat quaeri de capite civis Romani. Quintus Metellus, in quem postea dixit, et est Metelliana oratio, superiore die, quum deprehensi essent coniurati et adducti, omnia decrevit de coniuratis. Laudavit Ciceronem: cetera perfecit, quae deberet facere summus orator. Venit, ut sententiam diceret de

---

1. *indiciis* Cic. et sic Gr. 4. *Vide*] G. — *Video* Gr. quasi lemma sit ad Cap. IV. initium pertinens. 6. L. *ostendit* hic et infra ter. 7. *ceterorum* Cic. 9. *dicebatur*, *dicebant?* Or. 10. „F. *civem*." I. F. Gronov. „Distingue: *occidi*. Populum Romanum] *Quemadmodum* cet." Iac. Gronov. 33. „F. *timeam*." Gron. Ibid. *malum?* 35. L. *meorum* ex Cic. 39. „Fort. *Lege*." Graev.

civibus Romanis, et noluit venire ad seoatum, et coepit velle inimicis Ciceronis favere quasi pro civibus Romanis; hunc infamat laudando Caesarem: Ecce, inquit, Caesar vere popularis, videlicet qui sic fecit pro populo, ut consuleret saluti populi Romani. Quid est popularis? Saluti populi Romani consulentem accipimus, oec popularem seditiosum, sed popularem populo consentientem.

Non neminem] Quintum Metellum dicit † obligat illum.

Is et nudius tertius cives Romanos dedit] Ad invidiam coniuratos cives Romanos modo dicit. Vult ostendere, quia et G. Caesar contra legem Semproniam facit. Quamquam enim non occidebat, tameo sententiam dicit de capite civium Romanorum. Vult ostendere et Silani sententiam et Caesaris capite punire; sed Caesaris seotentia iniussu populi condemnat cives Romanos. Laudat ergo Caesarem et ostendit ipsum contra leges esse.

Illum latorem] Scilicet G. Gracchum. Vult ostenderemore m̃ licere occidi. Ecce ubi ostendit, quia popularis fuerat etiam Lentulus, non dicit eum popularem, sed dicit prodigum quasi corruptorem populi.

Cap. VI. 11. *Dederitis mihi comitem populo carum*] Quia putabatur Silani sententia crudelis, et ideo timebat senatus, quod videretur crudelis; promittit illis invidiam . . . . eneporan scelerum; ponit, quae poterant evenire.

Cerno animo sepulta in patriam] Quia dixit *sepulta*, *insepultos acervos civium*.

Purpuratum] Purpurati dicuntur satellites maiores circa tyrannum, qui sunt eodem loco, quo tyranni, ad fallendum forte si quis voluisset occidere.

12. *Purpuratnm esse huic Gabinium*] Id est, satellitem.

Misera atque miseranda] Multa sunt misera, sed non sunt miseranda. Ut, si torqueatur homicida, miser est quidem, sed non est miserandus: innocens si torqueatur, et miser est et miserandus.

13. *Nisi vero L. Caesar*] Flaccus occisus est cum liberis; huius nepos fuerat L. Caesar, [nepos Flacci] cuius soror nupta fuerat Leotulo. L. Caesar iratus in senatu, „ecce, dixit, qui vivit et habet sororem meam io matrimonio. Avus meus iussu consulis occisus est, et iste vivit." Avus Fulvius Flaccus.

Sororis suae] Uxoris Leotuli.

Avum suum] Flaccum.

Iussu consulis] Opimii.

Legatum missum] De Aventino io Capitolium.

Largitionis voluntas] Propter leges agrarias.

Cap. VII. 14. *Ut habeam praesidii*] Antiqua locutio. Modo dicimus, *timeo, ne moriar;* apud antiquos sic legebatur, *timeo, ut*

---

2. *hunc*] Gr. — *hanc* G. 7. *dicit oblique illum?* Or. 15. *maiorum*. Gronov. 20. „Post v. *invidiam* vv. nonnulla erasa sunt. *eneporan*] in margine adscriptum cum superscripta hac nota *immanitate*. Fortasse: *immanitate superari scelerum*. Gronov. 22. *sepultam patriam* Cic. Alii *sepulta in patria*. 27. Egregie schol. praebet *huic* pro *hunc* in nostro Cicerone. Or. 32. Haec supervacanea videntur. Sed in tali scriptore quid, quaeso, praestare possumus? Or.

vivam, id est, *timeo*, *ne non vivam*, *ne non habeam praesidium; veremur*, *ut habeat praesidium.*

15. *Scribae ad aerarium*] Ipso die convenerunt ad aerarium scribae, ut sortirentur officia, qui scriba esset consulis, qui tribuni plebis. Viderunt coniuratos adduci ad senatum; dimiserunt sortem et omnes promiserunt praesidium.

Ad aerarium] Quia in aerarium solebant sortiri.

Cap. VIII. 17. *Lenonem*, inquit, *Lentuli*] Hominem, inquit, suum Lentulus misit. Noluit dicere *hominem:* imposuit illi nomen turpe, *lenonem quendam*, ut ostendat non posse a tali populum corrumpi.

Sellae atque operis] Bene locum paupertatis descripsit.

18. *Quae quum ita sint*, *patres conscripti*] Iam hic cohortatio est paene ad occidendos.

IX. *Hodierno die*] Ut ostendat non posse differri.

X. 21. Superior *Africanus* bello Punico secundo revocavit Hannibalem. Sequens Africanus Karthaginem Numantiamque delevit. Paullus Macedoniam et regem Persam; Marius Teutonas et Cimbros; Pompeius mundi fines virtute subegit: nunc Cicero praefert se omnibus meliorem.

FINIT LIBER IIII.
INCIPIT PRO LIGARIO.

SCHOLIASTA GRONOVIANUS

IN

ORATIONEM PRO Q. LIGARIO.

Q. Ligarius legatus *quum* cum Considio fuisset profectus Africam, hanc ita administravit, ut, quum Considius au consulatus petitionem vellet venire Romam, pro se Ligarium faceret. Coepit Ligarius Africam tenere legati iure, discedente Considio. Interea evenere bella civilia inter Pompeium et Caesarem. Fratres Ligarii cum Caesare senserant. Senatus iussit in sortem mitti nomina senatorum; ut imperatores novi mitterentur ad tenendas provincias. Africa evenit Tuberoni. Rumor pervenit ad Africam iam bella geri Pompeiana. Africa studio ferebatur in Pompeium; quaerebat ducem. Quodam

---

2. Notanda haec propter varias eiusmodi corruptelas in Codd. a seculo inde quinto et sexto. Or. 15. *paene*] Gr. — *poenae* G. 17. *Persam*] G. = *Persen* Gr. 25. *legatus quum cum*] Sic scripsi. — *legatus cum* G. Gr. — *quum leg. cum* Sch. 26. *Africam*] G. Gr. ∞ *in Africam* Sch. Excidit potius *ad*, ut infra est. Or.

tempore Varus in Africa praetor fuerat. Sic placuerat Afris, ut, quum se obtulisset, statim fieret imperator in Africa contra Caesarem. Navigavit Tubero cum Pansa patre. Quum venisset ad Africam prò Pompeio, mandavit illis Varus: „Decedite; iam ego teneo Africam. Pompeianis commissa est." Interea, sicut dixit Livius, oppressus est Tubero et Pansa; fugerunt ad Pompeium, quum quaererentur. Inter has moras supervenit Curio ad Africam. Victus est a Iuba rege Curio. Mandavit Varus ad Pompeium: „Scias Curionem occisum esse in Africa, tua est provincia." Gratulatus Pompeius vocavit Tuberonem et Pansam. „Quid querimini? inquit, et illi nostri sunt; pro nobis dimicarunt; non possum vos vindicare." Occisus postea Pompeius. Perseveravit in armis sola Africa. Ibi periclitatus usque ad extremum Caesar. Unde oderat eos vel maxime, qui in Africam fuerant, quia iam nòn pro Caesare pugnabat, sed pertinacia. Unde inexorabilis vel maxime fuerat bis, qui in Africa contra Caesarem susceperant. Victus est in Africa postea Iuba rex: occisus est Petreius; occisus Cato, occisus Scipio, occisis patribus in Africa. Ligarius latuit semper; quaerebat illum ad interitum Caesar eo tempore, quo dedit indulgentiam Marcello vel maxime inimico. Spem coeperunt fratres Ligarii posse habere, collecta multitudine populi. Postquam ignovit Marcello in senatu, coepit quasi populus Romanus pro Ligario petere. Stetit Caesar dubius. Quum vellet paene ignoscere, surrexit Tubero, cui iam indulgentiam dederat, et dixit: „in Africam fuit." Scit enim, quia eos maxime exsecrabatur, qui in Africa fuerunt. Accusat modo Tubero vel Pansa pater eius. Accusant Ligarium, quod in Africa fuit. Adest illi Cicero. Status venialis per casum, per imprudentiam et per necessitatem. Omni igitur parte consistit. Narrationem probamus. Genus causae admirabile; quod iste odit reum; quod odiosa persona est Caesari. In ista oratione per ironiam esse principia intellegamus.

Cap. I. 1. *Novum crimen*] Per irrisionem. Lapsa est admirabilitas. Magnum crimen affero, quia in Africa Ligarius fuit; quia oderat locum Caesar. Ideo ergo ille locum obiecit Caesari Africae.

Propinquus meus] Dicebatur enim Tubero sororem Ciceronis duxisse uxorem.

Idque C. Pansa] Irridet patrem etiam.

Ingenio praestanti fretus] Fortasse quia ipse Pansa voluerat Africam tenere; C. Pansa non ausus esset hoc dicere, nisi fretus familiaritate. Nam si crimen esset tenere Africam, ipse crimen de se intellegeret. Pansa enim ad Africam obtinendam cum filio venerat.

---

1. *placuerat*] Sch. — *placuerit* G. Gr. 3. An *venissent?* 5. Nota hoc Livii fragmentum, eorum collectionibus nondum insertum. 6. F. *quocum quererentur.* Or. 14. *fuerant*] G. Gr. ∞ *ierant* de Graevii sententia Sch. Ibid. *Caesare pugnabat*] G. Gr. ∞ *Pompeia pugnabant* de Graevii sententia Sch. 15. F. *in Africa arma.* Or. 17. *occisis patribus*] „Fort. *partibus*, aut *occisus Labienus.*" Graev. Hoc recepit Sch. 19. *indulgentiam*] De Graevii coni. Sch. — *intelligentiam* G. Gr. 23. *Africam*] G. Gr. — *Africa* Sch. Ibid. *scit*] G. Gr. ∞ *sciebat* Sch. 24. *fuerunt*] G. Gr. ∞ *fuerant* Sch. 26. *illi*] de Graevii correct. Sch. — *ille* G. Gr. 37. *ipse*] Sch. — *ipsi* G. Gr.

Quo me vertam] Totum irridet.

Quum meus necessarius] Consilium habuimus negandi. Fecit Tubero, ut non habeamus integrum consilium; id quod cogitamus, fecit, ne iam sit integrum. Totum irridet.

Omissaque controversia] Ecce venialis oratio.

Qua plurimi sunt conservati] Tangit ipsum Tuberonem et patrem ipsius, qui indulgentiam meruerunt.

2. *Quintus enim Ligarius*] Dixit principia. Narratio incipit per imprudentiam. Nam partibus imprudentiae utitur ad venialem.

Decedens Considius] Ad consulatus petitionem.

3. *Bellum subito exarsit*] Pompeii et Caesaris. Quare non hoc pacto statim venit et iunxit se fratribus.

Quod qui erant in Africa antea audierunt geri quam parari] Ergo iam non poterant.

Cap. II. 4. *Non modo nullum ad bellum*] Pacis enim tempore profectus est.

Nam profectio voluntatem habuit] Venialis per casum et necessitatem.

5. *An ille si potuisset* . . . . . . 6. *cuius ego causam animadverte, qua fide*] Omne leve peccatum vel magnum paene innocentiae personam sumit comparatione peioris. Puta, homicida est; compara illi parricidam et innocens invenitur. Voluntate ipse Cicero arma suscepit et voluntate pugnavit: et defendendo Ligarium non voluntate pugnasse, quum illum sic defendit, se prodidit. Damnat enim eos, qui voluntate sumpserunt *arma*. Ergo si hi, qui voluntate sumpserunt arma, absoluti sunt, ille, qui necessitate oppressus est, damnari *non* debet.

Cap. III. 7. *Suscepto bello*] Ista confessio Ciceronis defensio est Ligarii.

Qui, quum hoc sciret] Quia voluntate ad arma venissem.

Ut essem idem, qui fuissem] Iussit enim illum etiam imperatorio iure tenere Italiam, dictatorio iure.

Hunc nuntium] Inter *nuntia* et *nuntium* multum interest. *Nuntius* est, qui nuntiat. *Nuntia* sunt, quae nuntiantur, neutro genere. Sed hic pro neutro masculinum posuit. Nam si de re dicit, quae nuntiata est, non de persona, quae nuntiavit, *hunc nuntium*, inquit, *audivi;* non *hunc nuntium*, sed *hoc nuntium* dicere debuit, quia de re dicit.

8. *De Ligario autem audeo*] Quia non voluntate suscepit arma.

9. *Quid enim, Tubero, tuus ille*] Quemadmodum arguit pudorem illius.

---

3. *cogitamus*] G. Gr. ∞ *cogitabamus* de Graevii coni. Sch. 7. *meruerunt*] G. Gr. ∞ *meruerant* Sch. 8. *principia. Narratio*] „Fort. *principium narrationis.*" Graev. (Minime vero. Graevium decepit defectus distinctionis in Cod.: *principia narratio.* Or.) 14. „Excidit *discedere*, vel simile aliquid." Schuetz. 21. An *ut puta*? 22. *ipse*] G. Gr. — *ipsa* Sch. 24. „Fort. *defendit tamen.*" I. F. Gronov. Cur non? ibid. *prodidit*] G. Gr. — *perdidit* Sch 25. *arma* inseruit Sch. 27. „Particulam *non* addidi male vulgo omissam." Schuetz. 32. Videtur excidisse *id est* ante v. *dictatorio.* 38. *de Ligario* cet.] Corrupta haec ita restituit Sch.: de Ligarii] *sc. facto autem.* non audeam] *quia - - - arma.*

Commoveri videtur] Erubuit Tubero.

Cap. IV. 10. *Atque in hac causa nonnihil equidem, Tubero*] Quod non intellexit non stare controversiam.

Nam, si vidisset] Id est, si intellexisset genus causae.

Arguis fatentem] Ecce monomeres.

Aut, ut tu vis, parem] Ecce a pari.

11. *Haec non modo mirabilia*] Hoc incredibile est contra naturam, quia sanguinem petit.

Externi isti mores sunt aut Graecorum aut barbarorum] Gallos quosdam et Graecos secum habebat, qui illum ad inimicitias inpellebant. Hos tangit.

12. *Ne apud eum quidem dictatorem*] Apud Sullam dicit. Constat enim Caesarem contra Sullam fuisse. Nam paene occisus est. Denique post occisum Sullam multos accusavit et damnavit Sullanos.

Cap. V. 13. *Aliquot annis, quodne nos domi petimus*] Peius est, inquit: petis, ne ignoscat. Nam iam non unius, sed omnium excludis petitionem.

14. *Et in tali miseria*] Ecce quare dicit in publico.

15. *Per te, inquam, obtines*] Qua tum dedit clementiam soli ipsi, ne videatur suasione aliorum ignoscere.

16. *Quod si probare Caesari possimus*] Si vellemus dicere, quia Ligarius in Africa non fuit. Nam semper honestum est pro salute mendacium.

Cap. VI. 17. *Ac primus aditus et postulatio*] Sic coepit oratio Tuberonis: „Volo de scelere Ligarii dicere." De verbo hoc modo contendit: „Quare dixisti partem Pompeianam, in qua etiam tu fuisti? Caesar dicit errorem fuisse reips, tu scelus."

Ac mihi quidem si proprium] Per necessitatem venialem tangit.

18. *Quando hoc ex te quisquam*] Hoc scelus partem Pompeii fuisse contendit.

Contumeliam propulsare] Quia tibi negabatur triumphus.

19. *Non par fortasse eorum*] Quia senatus cum Pompeio fuit.

Cap. VII. 20. *Sed ut omittam communem causam*] Coepit de civili bello tractare et omisit causam. Modo redit ad negotium et causae contentionem. Dicit enim, quod facilius potuit Tubero non ire ad Africam, quam Ligarius reverteretur ex Africa. „Facilius erat, ut tu non ires, (nam liberum erat arbitrium) quam illum exire." — Sed obiecit Tubero dicens: „Senatus me misit; non potui nisi obsequi senatui." Sed et Cicero dicit: „Ligarium senatus miserat; et miserat in pace: tu in bello isti."

21. *Post adfines*] Quia sororem Ciceronis habuit.

Verborum pondus] Pondus verborum est, quia dicebatur illi: „Solus tu pro Pompeio non sentis."

22. *Amplissimi viri*] Pompeii.

---

14. *occisum*] G. Gr. — *mortuum* Sch. 20. „Fort. *quam tum edidit clementiam solus ipse.*" Graev. 27. *reips*] — de I. F. Gronovii coni.: *rei publicae* Sch. Malim: *fuisse rei* accusati *potius.* Or. 36. *quam*] G. Gr. — *quum* Sch.

Una est profectus] Quia *ad* diversas provincias miserant obtinendas.

Vos Africam, arcem] Verba ipsius repetit. Tubero enim hoc obiiciebat Ligario: „Africam tenuit provinciam natam semper contra imperium populi Romani." Unde modo Cicero verba ipsius refert. Nam si crimen est aliquem voluisse Africam tenere, quod dico aliquem, non fuit Ligarius, sed Varus.

Cap. VIII. 23. *Vide, quid licentiae nobis*] Hoc vult dicere: si volebas prodere Pompeium, merito pulsus es.

Non enim si tibi ea res grata fuisset] Prodidisti amicum tuum, inimicum meum mihi; quamquam res est grata, tamen tibi non probata.

24. *Unam ex omnibus*] Iterum verbis illius repetit, quemadmodum obiecit Ligario.

Rex potentissimus] Iuba, rex Maurorum.

Quum videam quid feceritis] Quia ad Pompeium profecti sunt expulsi e provincia, quam dederat senatus.

FINIT PRO LIGARIO.

(*Ceterum iam ex ἀρχετύπῳ Codicis Vossiani hic excidisse videntur, quae annotata erant ad reliquam orationis partem.*)

SCHOLIASTA GRONOVIANUS

IN

ORATIONEM PRO M. MARCELLO.

Cap. I. 1. *Diuturni silentii, P. C.*] Bellis civilibus Cicero tacuit. Nec enim locus esse poterat inter bella Ciceroni. Data est indulgentia Ciceroni. Reversus est orator Marcellus, de quo Lucanus ait: *Marcellusque loquax.* Hic maxime suaserat bella civilia contra Caesarem, unde acerrimus in eum adversarius Caesar fuit. Victis partibus, conscius suasionis suae, quia ipse bella suaserat, Athenas discesserat. Illic fuit multans temeritatem suam exsilio voluntario. Reversus est Caesar. Ingressus est frater Marcelli C. Marcellus. Tenuit genua Caesaris. „Miserere, inquit; da indulgentiam fratri." Secutae sunt lacrimae totius ordinis. Duabus in rebus impellimur ad expugnandos inimicos, aut ex superiore iniuria aut futuro metu. Caesar utrumque ante oculos posuit et fecit quasi sistentem Marcellum: „Marcelle, hoc contra me fecisti. De superiore iniuria illud fecisti. Deinde audio mihi parari insidias ab his, quos servavi. Tamen quoniam hoc amplissimus ordo

1. *ad* de Gronovii corr. inseruit Sch. 10. *inimicum*] de I. F. Gronovii corr. Sch. — *inicum* G. Gr. 12. *obiecit*] G. Gr. — *obierit* Sch. 28. *multans*] de I. F. Gronovii correct. Sch. — *mutans* G. Gr. 29. Supple *senatum* vel *curiam*.

postulat, ignosco." (Ideo dixit Cicero: *Tuis vel doloribus vel suspicionibus anteferre.*) „Tamen quia senatus hoc vult, ignosco." Hac gratulatione Cicero surrexit et gratias agit. Plerique statum dederunt in hac oratione venialem, quum in ista oratione nullus status sit. Gratiarum actio est. Si necdum dedisset indulgentiam, videretur status venialis. In gratulatione tantum Marcelli qui putant surrexisse Tullium, errant. Vidit Caesarem ignoscere. Multis enim petenda venia fuerat. Provocat illum ad genus laudis. In extrema parte orationis utitur quasi statu coniecturae, quia dicebat: „Insidias mihi faciunt, ut me occidant;" sive ut purget ceteros, ne poeniteat ignoscere Caesarem, sive ut Caesarem cautum faceret. Bellis ergo civilibus oratione non fuerat usus; et post bella tamen tacuerat. Haec prima vox fuerat diuturni silentii. Plerique putant figuratam esse istam orationem et sic exponunt, quasi plus vituperationis habeat quam laudis. Hoc nec temporibus convenit nec Caesari. Nam et tempus tale est, ut vera laude Caesar inducatur ad clementiam, et Caesar orator est, qui non possit falli.

Diuturni silentii] Volunt exponere: *his temporibus*], quia accusavit tempora. Non intelligunt. Sensit orator et, ne figura sit:

Non timore aliquo] modo occurrit, ne vel in suspicionem caderet accusare tempora.

Partim dolore] Quia desiderabam Marcellum.

Partim verecundia] Quia non audebam apud te loqui, contra quem arma sumpseram.

Quae vellem quaeque sentirem] Ecce iam plena libertas.

Tantum in summa potestate] Cui *non* licet peccare, innocentiae non est laus. Numquid laudo te, quia homicidium non facis? Si enim feceris, damnaris. Ergo non peccas, si vel innocentia vel timore. At imperator laudandus est, cui licet et non facit; si et copia sit, et tamen modus sit.

Ac paene divinam] Non hoc sine causa dicit. Nam constat Caesarem se iactare divina origine a Venere esse natum. Unde et deus postea appellatus est. Nam et alio loco ait: *Semper* * * *

Cap. VI. 20. *Noli igitur in conservando*] Vides, quo tendit, qui non tantum agit gratias propter Marcellum quam propter ceteros conservatos.

Sed opinione] Quia putabant se debere sequi amicum suum.

Non enim tua culpa] Vult dicere, si timuimus te, ideo peccavimus.

Cap. VII. 21. *Nunc venio ad gravissimam querelam*] Coniecturalem partem tractat. Vult dicere: nemo tibi insidias facit. Sed

---

2. *senatus*] de I. F. Gronovii corr. Sch. — *separatus* G. Gr. 7. *errant* cet.] de Graevii sententia Sch. — *qui putant errant surr. Tull.* G. Gr. Ibid. Fort. *ignoscere multis: multis enim* cet. Tum: *ad hoc genus l.* Or. 9. *quia*] *quia (Caesar)* Sch. 12. *tamen*] „Fort. *etiam*." Graev. 21. *accusare*] de I. F. Gronovii correct. Sch. — *accusaret* G. Gr. 26. *non*] de I. F. Grooovii sententia inseruit Sch. 29. *copia*] de eiusdem correct. Sch. — *copiosa* G. Gr. 30. *Hoc sit* del. Sch. 32. *deus*] ∾ *divus* de I. F. Gronovii susp. Sch. 38. *peccavimus*] Sic scripsi. — *peccabimus* G. Gr. Sch.

ne videatur propterea dicere, ut incautiorem reddat, cautiorem faciendo securum tamen praestat.

Ut, si in alterutro peccandum sit] Forte dico tibi: cave: falsum est; et dicor timidus. Forte tibi dico: noli timere, et verum est; et dicor inprovidus. Ideo dixit: *quod si in alterutro peccandum sit.*

Cap. VIII. 24. *Multaque uterque dux*] Dicebat Caesar: „Videant, qui mihi insidias faciunt. Mea nihil interest."

25. *Tuam praeclarissimam*] Primum concede, ne videatur contra eius sententiam venire.

Satis diu vixi vel naturae vel gloriae] Quasi verba sunt sapientis philosophi contemnentis vitam. Itaque inquit *naturae.*

Doctorum] Philosophorum.

Sed tum ita audirem, si tibi soli viveres . . . . . Tantum abes a perfectione] Quasi fabricae facit translationem.

Quid, si istud ne gloriae quidem satis est] Redit ad sententiam; iterum rei publicae: *patriae certe parum.*

26. *Admirationis plus sit habitura*] Inter admirabilitatem et laudem multum interest. Miramur etiam mala. Miraculum est magnitudo facti. Laudamus beneficium.

Cap. IX. 27. *Quid est enim hoc ipsum diu*] Contra illam sententiam, quam dixit: *Satis vel naturae vixi*: modo ostendit nec naturae satis vixisse.

28. *Obstupescent posteri certe imperia*] Quae laudet. Spectat et quae est laus.

29. *Sed nisi haec urbs stabilita tuis consiliis . . . . Dissensio*] Bellum civile.

Requirent alii fortasse] Alii, inquit, te habent laudare, alii reprehendere, quia dixit * *

Incendium restinxeris] Ut illud civile.

Hoc consilii] Salus rei publicae.

An incorruptius] Quasi et nos incorrupte iudicemus; ne videatur blandiri.

30. (*Ut quidam falso putant*)] Epicurei dicunt post mortem nihil pertinere. Sed fac, quia verum dicunt, interim, dum vivo, laudabilem factorum de me esse famam.

Cap. X. *Diversae voluntates civium*] Ad finem posuit causam erroris, ut venialis locus sit contra eos, qui sumpserant arma.

Multi quid se deceret] Ostende necessitatem.

31. *Arma ab aliis posita*] Sponte posita.

Erepta] A victis.

Inter *constantiam* et *pertinaciam:*] Perseverare cum Pompeio constantia est; post Pompeii mortem adhuc tenere animum armatum iam non est constantiae, sed pertinaciae.

---

3. *folsum*] ∞ *et falsum* Sch. 4. Del. hoc *et* Sch. 8. Fortasse *concedit* vel *concedo* scil. „ta satis diu naturae vixisse." 13. Cic. *tum id.* 17. Ad haec v. Scholion referri vidit I. F. Gronov., quem secutus est Sch. In Cod. (G. Gr.) praescripta sunt tamquam lemma vv.: *Patriae certe parum.* 33. Hoc lemma inseruit Sch. 35. — *fatorum* G. 38. Fort. *ostendit.* 41. Scil. hoc interest.

32. *Ut omnes unum velint*] Quia dicebat timendas esse insidias, purgavit coniecturalem partem; redit ad gratiaa, unde coepit oratio.

Cap. XI. 33. *Maximas omnes tibi gratias agimus*] Quare plurimum.

A me dici volunt] Quia amicus Marcello sum; quare te diligunt, quia nulli cedo in amore Marcelli niai fratri.

34. *Quum ea sollicitudine*] Quasi sollicitus de illo fui.

Non conservato solum] Quia aalutem accepit.

Sed etiam ornato] Quia dictator Cicero factus est Italiae.

SCHOLIASTA GRONOVIANUS

IN

ORATIONEM PRO REGE DEIOTARO.

ARGUMENTUM.

Deiotarus tetrarches fuit. Postea providentia, quam habuit circa populum Romanum, regium nomen accepit ipse et filius. Is in matrimonio dederat filiam. Ex ea susceperat nepotem Castorem. Post cum genero litem habuit. Hic contra avum pro patre bello Pompeiano cum Pompeio fuit. Victor Caesar Pharsalico proelio contra Aegyptum coepit pugnare. Statim [contra Alexandriam] Deiotarus se tradidit. Meruit veniam, et tamen regni parte multatus est. Reversus Caesar contra Pharnacem regem Ponti. Suscepit illum hospitio Deiotarus. In acie etiam stetit pro Caesare. Reversus eat Caesar Romam. Ambiebat, quomodo Deiotarus perveniret ad partem regni. Hoc audito gener misit, qui accusarent Deiotarum, quod insidias fecisset Caesari eo tempore, quo illum invitavit hospitio. Audito hoc Deiotarus misit legatos, qui se defenderent. Inter quoa legatos misit Phidippum medicum, quem iste dicit servum, ne illi credatur in caput domini; nam tanta auctoritate fuit iste medicus, ut inter legatos mitteretur ad defensionem Deiotari. Iste corruptus a nepote Castore transiit et coepit accusare Deiotarum. Accusat ergo utrumque, indignitas et impietas, servus et nepos. Status coniecturae. Genus causae admira-

---

4. Post v. *plurimum* defectus signa posuit Sch. Sed videtur sic continuandum: *quare plurimum* a me dici volunt. 7. *Quasi*] G. Gr. ∾ *Quia* Sch. 9. „Iure iam Wolfius risit hoc Scholiastae somnium." Schuetz. 15. *regium*] de I. F. Gronovii correct. Sch. — *regum* G. Gr. 16. An *in matrimonium?* Or. 18. *victor*] de I. F. Gronovii correctione Sch. — *victo* G. Gr. 19. Vv. *contra Alexandriam* videntur esse epexegesis vel correctio superiorum *contra Aegyptum*, hocque loco inducenda. Or. 23. Fort.: *amb. Deiotarus, qu. p.* Or.

bile. Nam offensus est animus Caesaris, sed non satis, quia indulgentiam dederat. Haec causa dicitur in domo Caesaris, non in foro. Adest Cicero.

Cap. I. 1. *Quum in omnibus causis*] Quasi in reliquis securus sit, tantum in principio commovetur.

Commoveri] Timor virilis commotio.

Tum in hac causa ita me perturbant] Amamus periclitantibus subvenire. Hac arte dixit, quemadmodum in Cornelianis et in Cluentiana. Et dedit exemplum *Virgilius*. Sinon nisi miserabilem personam sumpsisset, non haberet, quemadmodum Troianis extorqueret misericordiam, quippe hostis. Ut eius fallax audiretur oratio, finxit turbari. *Turbatus*, inquit, *inermis constitit*. Sic et modo Cicero, quia apud Caesarem de hoste Caesaris loquitur, finxit se moveri, ut eius audiatur oratio.

Primum dico pro capite] Magnitudo negotii. Attentum facit. Ergo tu accusas *regem apud* Caesarem, sub quo rege sum.

2. *Quem ornare pro perpetuis eius meritis*] Commendat personam.

Alterius crudelitate] Nepotis crudelitate Castoris.

Indignitate] Servi Phidippi.

Crudelis] Tantum ne possit dicere sceleratum et impium.

Commendationemque ineuntis aetatis] Quia ante adolescentes ex accusatione commendabantur ad famam.

A legatorum pedibus] Quasi ad obsequium legatorum missus fuisset. Quia servus, ideo pedibus.

3. *Nam quum more maiorum*] Ecce quare dicit, servo ne credatur.

Cap. II. 4. *Perturbat me etiam illud*] Ars dicendi. Apud Caesarem loquitur de periculo Caesaris. Cui habet favere Caesar nisi ei, qui videtur eum defendere? Arguitur Deiotarus, quod voluit Caesarem occidere. Apud Caesarem ipsum causa dicitur. Favet certe huic, qui videtur pro se facere. Hoc ergo vult dicere: „Iniquum est apud te de tuis periculis causam dicere." Sed si hoc dixerit, facit iniuriam Caesari; et temperat, quasi nihil sit.

5. *Ad te unum omnis spectat oratio*] Ergo displicet tibi index.

6. *Caelum denique testarer*] Quare caelum? *sic quum et deorum immortalium*. Quare forum? *et populi Romani*. Curiam? *senatus beneficia in regem Deiotarum recordarer.*

7. *Qui pro multis saepe dixisti*] Quia et ipse orator fuit.

Cap. III. 8. *Iratum te regi Deiotaro*] Quia multaverat illum regno.

Afflictum illum] Non dixit partem regni.

---

1. *onimus*] G. Gr. — *amicus* Sch. 8. *Cornelionis*] G. Gr. — *Corneliana* Sch. 9. *Virgilius* inseruit Seh. 10. *Sinon* eet.] de I. F. Gronovii eoui. Seh. — *si non quom mirobilem p. s. et non* G. Gr. 11. *misericordiam, quippe hostis. Ut eius*] Sie scripsi. — *misericordiam. Quippe hostes ut eius* G. Gr. — *misericordiam. Quippe hostis, ut eius* Sch. 16. Vv. *regem apud* inseruit Sch. 17. *ornare*] G. Gr. — *amare* Sch. 27. Au *debet?* On. 31. *tuis per.*] G. Gr. — *periculis tuis* Sch. 36. „Hic locus perperam editur (a Iac. Gronovio, et a Schuetzio quoque). Sic enim ex meo apographo edendus est, ut hic editum vides." Graev.

Quibusdam incommodis] Ne videatur iratus voluisse occidere. Nam si dixisset partem regni, ergo ideo iratus hoc fecit.

Quamobrem hoc nos metu, Caesar] Venialis pars. Ergo rogo te, ne adhuc irascaris.

Tu vetus hospitium renovare voluisti] Quasi non iste invitarit; ne videatur ad insidias invitasse. Tu sponte egisti.

9. *Quamquam, cui sunt inauditae cum Deiotaro querelae*] Eo tempore, quo Deiotarus in partem transierat Pompeii, dedit ad eum literas Caesar: „Turpe est. Et ego amicus tuus fui. Quae causa est, ut ad Pompeium transires? Sed ignosco tibi, si secutus es nomen senatus. Mitte exercitum Pompeio; mitte filium. Tu tantum excusatione utere, quia senex es." Sic ergo eum accusaverat non quasi hostem, sed quasi perfidum amicum.

Neque enim ille odio tui] Adhuc * * *

Cap. XI. 32. . . . . tio tribuno plebis; interea Domitius subito. Nuntiatum est ei, servus Scauri, rei tui, venit. „Ad me, inquit, quid venit?" Vult se admitti. Ingressus servus: „Ecce, inquit, domine, chartas attuli, quibus possis damnare dominum. Tunc Domitius, „Vinciatur," inquit. Chartas illi ad collum suspendit et transmisit ad dominum servum et dixit: „Corrige servum tuum."

Cap. XII. 33. *Bloesamius* (sic)] Romae fuit. De urbe Roma solebat scribere ad Deiotarum: „Securus esto; Caesar in invidia est: nam posuit sibi statuam inter reges. Nemo illi plaudet."

Male dicebat tibi] Non potest dici, quemadmodum vertit crimen. Qui obiicit, quod non est obiectum, ipse sibi facit iniuriam. Puta ego dico: dicebat de te, quia latro est. Quum iste se purgaverit, ego tibi feci iniuriam utique.

34. *Is Blesamio*] Nam, si locus affert invidiam, nullus est ad statuam; id est, si invidiosum locum quaeris, in foro multas habet; nam regum statuae in abstruso sunt loco collocatae.

Cap. XIII. 36. *Tauro tenus*] Usque ad Taurum montem, qui dividit Asiam et Suriam.

Omnia tu Deiotaro tribuisti] Vide, quemadmodum laborat, ne ostendat irate parte multatum regni.

37. *Et peperisse*] Inquit: *antefactis et habere in animo*] Dixit *ante factis:* secunda pars.

Senatus vero iudicia de illo tam multa] Iam ostendit, quare debeat illi ignosci, quia senatum secutus est.

Quid de virtute eius dicam?] Ad animum, peripatetice.

Cap. XIV. 39. *Laboro equidem regis Deiotari causa*] Epilogos; quia sic debet orator labi ad epilogum, ne sentiatur.

---

1. Sic fere legendum: *non dixit parte regni* (multatum), sed *quibusdam incommodis* (affectum s. *afflictum*, ut legit cum aliis Schol.), *ne videatur* cet. Oa. 2. *Nam*] G. Gr. — *non* Sch. 15. Hinc omnia usque ad finem mira negligentia omiserunt et Graevius et Schuetzius. 16. *Scauri*] Sic scripsi. — *Scaurus* G. 17. An *Domiti?* Oa. 20. *dominum*] de I. F. Gronovii correctione. — *Domitium* G. 26. Leg. *es.* 34. *irate*] „Superscr. *u* cum lin." Gronov. (ut sit *iratum* vel *ira tum.*)

Cap. XV. 41. *Corpora sua pro favore regum legati hi tradunt*] Legatos iam producit, qui offerebant se tormentis; scilicet Hierax. Hic enim dixerat: „Ego tibi occurri venienti ad tetrarchen Deiotarum; si quid cogitatum est contra te, me torque. Ego sum conscius illorum cupiditati propter Castorem nepotem, servum Phidippum."

FINIT PRO DEIOTARO.

SCHOLIASTA GRONOVIANUS

IN

ORATIONEM PRO SEX. ROSCIO AMERINO.

ARGUMENTUM.

Sex. Roscius Amerinus locuples fuit. Hic quum haberet Roscium filium rigidioris naturae in paternis praediis commorantem et haberet duos inimicos municipes suos, Roscium Magnum et Capitonem, Sulla dominante, et iam proscriptione finita ad balneas Pallacine rediens a coena occisus est. De morte eius primus nuntiavit Ameriam Glaucia quidam Rosciorum cliens. Delatum est ad Sullam nomen; occisi bona venierunt; empta a Chrysogono Sullae liberto in societate cum Rosciis possideri coepta sunt, filio expulso. Amerini legatos ad Sullam miserunt, qui dicerent bona Roscii non debuisse venire, obreptumque ipsi esse, quum esset Roscius iniuriam passus. Inducti a Chrysogono sunt, promittente emptionem remissurum. Interim Sex. Roscius adolescens parricidii accusatus est ab Erucio quodam ex novis accusatoribus, et absolutus. Duplicis coniecturae causam dispositione naturali prosequitur. Nam quum defendit filium, regerit crimen in Roscios, comparando personas, causas ceteraque, quae aut oriuntur ex illis aut ad illa referuntur. Et tuetur reum, ut intellegi facile sit accusatore supposito periclitantem. Multum itaque circa Erucium ter-

12. *Capitonem, Sulla*] Sch. — *Capitonem. Hic Sulla* G. Gr. 13 *et iam*] Sch. — *etiam* G. Gr. Ibid. *Pallacine*] Gr. — *Pallacinere* G. „Facillimum est emendare *ad balneas Palatinas*, ut fecit Verburgius (et Sch.). Sed quid est, quod hic idem Anonymus ex huius orationis deperdita parte haec affert verba, *in vico Pallacine?* Locum esse ait, ubi coenaverat Roscius. Huius vici neque in illa percelebri Gruteriana inscriptione p. CCL. nequa apud Rufum mentio ulla est: immo sex tantummodo videntur in ea regione vici fuisse, quorum omnium nomina, nec in his *Pallacine*, novimus. An hoc fuit post Ciceronem nomen immutatum? Est tamen Christianus apud Reinesium XX. 146. seculi IV. lapis, in quo Lector quidam nominatur *DE PALLACINE.* Videtur hic vicus exstitisse: fortasse in hoc etiam argumento atque hoc ipso loco memorabatur; quod tamen ita mutilum maleque habitum est, ut ab affirmando atque ab emendando deterreat." Garat. 17. *filio expulso. Amerini leg.*] Emendavit I. F. Gronov. Sch. — *filio expulso Amerino. Legatos* G. Gr. 18. *venire*] Gr. Sch. — *veniri* G. 25. *aut ad illa*] E Graevii correctione Sch. — *aut illa* G. Gr.

rorem calumniæ movens urbanissimis salibus insignis actio ° ° libertate patrono; quam evitari non potuisse publicis temporibus apparet Sulla dominante. Placet igitur Ciceroni excursus ille iuvenilis de suppliciis parricidarum, ad annos suos, ad existimationem † tam floridae partes intermedias haec oratio ponitur.

Status coniectura; transfusio per ἀντικατηγορίαν: „Non ego feci parricidium, sed vos."

Genus causae admirabile. Nata primo admirabilitas ex adverso tempore, ex potentia Sullana, ex magnitudine parricidii.

Cap. I. 1. *Credo ego*] Pleonasmos est in elocutione; nam quum dixisset *credo*, adiecit *ego*.

Mirari] Modo eandem partem recurat, quod nullus oratorum ceterorum ad defensionem accessit, potissimum ipse surrexit. Sed dum vult eos timoris excusare, quod sciat eos timuisse, se damnavit audacia.

Ego potissimum surrexerim] Duo sunt, quae quaeruntur in oratore, auctoritas et eloquium. Auctoritas ex nobilitate, eloquium ex doctrina. Ut ait Virgilius: ex auctoritate: *tunc pietate gravem ac meritis:* ex eloquio: *ille regit dictis animos.*

Omnes hi, quos videtis] Debet conciliare orator causam, quasi non solus defendat.

2. *Quid? ego audacissimus*] Antiptosis. *an tanto officiosior*] Officiosiores dicuntur, qui volunt ad suum officium pertinere, ut rapiant causas defendendas.

3. *Ignosci adolescentiae*] Inter *ignoscere* et *cognoscere* hoc interest. *Ignoscere* est: erravi, da veniam. *Cognoscere* est: non erravi, audi me. Modo vero in hac civitate non modo ignoscendi ratio sublata est, sed etiam cognoscendi.

4. *Accedit illa causa*] Anadiplosis.

Quod a ceteris forsitan] Si quis amicus petat a me defensionis officium, si praestitero, habeo gratiam; *salvo officio*] si noluero, habeo officium salvum, sine gratia; ergo, utrum velim, in potestate mea est.

---

1. *actio*] „Hic in MS. verba quaedam intercidisse videntur." Schuetz. 2. „Legendum opinor *patroni*." Schuetz. 5. *ad ex. tam floridae partes intermedias haec or. ponitur*] G. Gr. — *ad existimationem; tum floride partes intermedias haec oratio ponitur* Sch. tacite. Fort. *ad existimationem tam floridae partis. Inter medias haec oratio ponitur.* Recordabatur scil. Scholiastes Oratoris §. 107. *Tam floridae partis* est ῥήσεως οὕτως ἀνθηρᾶς, quo significatu v. *pars* apud rhetoras usurpabatur. Tum: *inter medias haec oratio ponitur*, id est neque praestantissimis adnumeratur neque inter minus illustres veluti pro Quintio, Tullio, Roscio Comoedo cet. refertur. Or. 6. ἀντικατηγορίαν] de I. F. Gronovii correct. Sch. — *antikathropeian* G. Gr. 10. *Pleonasmos*] G. — *Pleonasmus* Gr. Sch. 12. *eandem*] Sch. — *eadem* G. Gr. Ibid. *recurat*] „Insolenter dictum pro; *paullo post idem argumentum copiosius pertractat.*" Schuetz. Idem verbum recurrit Cap. 37. et 44. Or. 22. *Antiptosis*] G. Gr. — *Anterosis* de I. F. Gronovii suspic. Sch.; id quod nihil est. Volebat ἀντερώτησις. Mox Cic. *at.* Or. 23. *pertinere*] — *propriè pertinere* Gr. 25. *Ignosci adolescentiae*] Sch. — *Ignosce adulescenti* corrupte G. Gr. 28. *ignosc. - - cognosc.*] Sch. — *cognosc. - - ignosc.* G. Gr.

Si qnis vero frater petierit, quia propter potentiam sui Sulla satis timebatur, tamen omnimodo frater est, cui praestandum est. *Non* possumus hic dicere: in potestate habemus, utrum velimus an nolimus; omnimodo necesse est velle. — A ceteris ergo sic petitum est, ut in potestate habeant, utrum velint; a me autem hi petiverunt.

Cap. II. 5. *Maximo ingenio*] Messalam maxime significat, cuius exstant orationes.

Forsitan quaeratis] Particularis narratio; loco principiorum cedit. Narranda causa fuerat; admirabilitas summa fuerat, quia nullus alter erat defensor, quare nullus accessit. Et quia praeparandus est iudex in principio benignitate et benevolentia. Causae vero redditio particularis narratio est.

Quae tot] Ex numero.

Ac tales viros] Ex persona.

6. *Quae res ea est*] Hic non narratio incipit, sed est quaedam excusatio.

L. Sulla] Debet servare dignitatem: est enim magna persona.

Potentissimus] Ideo hic effert, ut eludat. Ideo adiecit postea *Cornelius*. Hoc dixit irrisione, quia libertini homines interposito ferme patronorum nomine gloriantur.

In alienam pecuniam] Id est, in alienum patrimonium. Pecuniam dicit universitatem rei familiaris.

Suspicionem omnem] Vide quemadmodum ad invidiam et odium ducit verba ipsius et postulationem nequissimam.

Damnatum et eiectum] Modo movetur quaestio: Si parricida in culeum suitur, quare dixit *eiecto?* Quia oratoris est minus dicere poenam rei, ut dicat exilium.

7. *Ego contra brevem postulationem affero*] Illius postulatio quia indignanter posita fuerat, invidiose locutus est.

Cap. III. *Primum a Chrysogono*] Ostendit potentiam Chrysogoni, et in magnam invidiam adducit adversarium supplicando ipsi.

8. *Quod si aut causa criminis*] Iudicium bonae causae esse voluit; quod sponsionem quandam apud iudices facere ausus est, ut vel tenui argumento convictus damnationem criminis non excuset. Item tria considerantur in coniectura, causa, persona, factum.

In deferendo] In accusando, quoniam nomen ad praetorem detulit.

Qui ex civitate] Laus iudicum, ut benevolentiam capiat. Novimus, quia a Sulla senatus electus fuerat, ut iudex esset. De civitate ergo fit senatus, de senatu iudices.

---

1. *quia*] G. Gr. — *quamquam* Sch. tacite. Ibid. *sui*] G. Gr. — *suam* Sch. tacite. 2. *tamen omnimodo* cet.] G. Gr. — *tamen fr. est, cui omnimodo pr. est* Sch. Ibid. *Non*] Inseruit Sch. Abest a G. Gr. 6. *cuius*] Sch. — *cuius maxime* G. Gr. 10. *nullus accessit*] G. Gr. — *nullus alter accessit* Sch. tacite. 19. *quia* cet.] Sch. coni. — *qua libertinum hominem interposita f. p. nomina gl.* G. Gr. 23. *ad*] G. Gr. — *in* Sch. tacite. 26. *suitur*] G. Gr. ∾ *insuitur* Sch. tacite. Ibid. *eiecto*] G. Gr. — *eiectum* Sch. tacite. 28. affero.] *Illius*] Sch. tacite. — *Affert illius* G. Gr. 37. *laus iudicum*] de Graevii coni. Sch. — *laudem iudicium* G. — *laudem iudicum* Gr.

Cap. IV. 9. *Nam commoditati*] Proantidosis. Tribus enim superioribus totidem infra retulit. *Commode* autem dicere nunc hoc significat, pertinenter, utiliter, ornate.

Summus timor] Ostendit, quantum sit timor. *Pudor*] morum.

Venia] Prompta benignitate, auxilio, ut Virgilius: *orantes veniam*.

Hoc onus] Permansit in translatione propter Sullanum tempus. Et quod subaudimus † *perferam me onere malo*. Melius est, ut opprimat me invidia Sullani temporis, quam taceam.

11. *Te quoque maximo opere, Fanni*] Fannius praefuit aliquando huic quaestioni de sicariis. Excitat etiam in hac quaestione ad antiquum severius exemplum.

Cap. V. *Quanta multitudo*] Et hoc in rhetoricis praeceptum. Et hoc ad virtutem *principii* pertinet, quod appellatur.

Longo item intervallo] Quoniam post tempora belli civilis, restitutis iudiciis haec prima causa acta est.

Quum interea caedes indignissimae] Ergo nulla fuerunt peccata?

Omnes hanc quaestionem] Hoc vult dicere: sicarii isti homines occidebant multos; ut vitarent invidiam, hoc sibi suaserunt continuare scelera.

† *Dimisso*] Id est, prae contempto, relicto habitorum.

12. *M. Fanni, ante pedes vestros*] Anticategoria. Hic illuminat genus causae, quod et defensionem habeat pro reo et accusationem in adversarios.

Cap. VI. 17. *Erant ei veteres*] Usque ad istam narrationis partem fuit narratio pertinens ad bona, quia non debuit proscribi. Modo ad caedem.

Alterum] Magnum dicit.

Homines eiusmodi] Novimus, quia gladiatores ex factis nomen accipiunt. Si facili ictu caput percusserit, *Capito* dicitur; si multos vicerit, *Magnus*.

Ad eum lanistam] Describit, quia gladiatorum nomina dixit.

Ante hanc pugnam] Sive ante caedem Sex. Roscii sive ante bellum civile.

Cap. VII. 18. *Nam quum hic Sex. Roscius*] Praeparatio a loco vel argumentum et facultatem non potuisse.

---

4. An *quantus?* Or. 8. *et quod* cet.] G. — *et quid* Gr. — *Et* [*eiusmodi*] *quid subaudimus* [*in verbis*] *perferam* – – *me onere o. malo. Melius est* Sch. 12. *severius*] Fort.: *severitatis*. Or. 13. *Et*] G. — *Est* Gr. Sch. 16. *acta est*] G. Gr. — *habita est* Sch. tacite 17. *Ergo nulla fuerant peccata?*] G. Gr., sed sine interrog. I. F. Gronovius adscripsit: F. *punita*. Hinc Sch.: — *nullae f. punitae*, 21. *dimisso*] Leg. *dimissorum*. Scil. cum Steinmetzio locus Ciceronis sic constituendus est: *Omnes hanc quaestionem, te praetore, manifestis maleficiis quotidianoque sanguine dimissorum sperant futuram*. Cfr. etiam Madvigii praefat. ad Edit. Oratt. pag. IX. 25. *reo*] Sch. tacite. — *eo* G. Gr. 32. lanistam] *Describit*] Leg. videtur: lanistam] *Lanistam describit* cet. 33. *ante hanc*] de Graevii sententia Sch. — *antea in* G. Gr. 36. *vel* cet.] G. Gr. — *ad arg. eum fac. non habuisse* Sch. conl.

Quum hic] Dixit ante rem. Causa inimicitiarum naturae conveniens. Ergo quia accusatio illorum ad defensionem istius pertinebat, per comparationem facit caput.

Rei familiaris] Hoc ideo, quia dicebant illi, abiectum hunc fuisse a patre, idcirco illum interfecisse, dicit: „voluntas patri aequalis circa filium fuit."

19. *Primus Ameriam*] Ipsum vult videri immissum, qui occideret Roscium.

Quidam] Duplex causa necessitatis. Nam tenuis corrumpi potuit libertinus, qui etiam metuebat offendere.

Cliens] Hoc mire, ut ab inimicis ad caedem subornatus sit, quibus sine dubio debebat obsequium.

Cisiis] Genus vehiculi Gallici.

20. *Volaterrana*] Volaterrana civitas dicitur, quae praecisis undique lateribus ad omnes motus alto se monte suspendit. Haec civitas cum Mario senserat. Victis etiam Marianis partibus in eadem constantia perseveravit. Ad ipsam oppugnandam ° ° ° °

Cap. XII. ° ° ° patitur a servo ex eo, qui facit, id est, Chrysogonus. Ergo modo nata est indignitas, non ex eo, qui patitur, quia Roscii persona est vilis, sed ex eo, qui facit, id est, Chrysogonus.

Cap. XIII. 35. *Tres sunt*] Partitio causae. In tres partes dividitur. Prima est defensio Roscii, secunda accusatio Rosciorum; tertia ad invidiam Chrysogoni pertinet, quae ex potentia nascitur.

37. *Occidisse patrem*] Extollit magnitudinem criminis, ut *fides* derogetur. Quanto enim quaeque magna sunt, tanto in credendo difficilia. Hoc in defensionibus recte facimus ante probationem; in accusationibus autem probato crimine debemus augere. Item dixit principia, dixit narrationem; excessus; nunc summam dicit. Summa autem dicitur criminis collectio.

38. *Nonne et audaciam*] Argumentum a persona, sitne idonea ad parricidium.

Cap. XIV. 39. *Patrem occidit*] Congessit schemata oratoria. Nam per quaestionem argumentatur; responsionem facit. Quotienscunque coniectura est, summa ponitur, incipiens a genere criminationis, naturae conveniens. Causa lucri, causa inimicitiarum patrem occidit; naturae conveniens. Erucius vellet aptam sceleri designare personam. Descripsit feram quandam fuisse naturam Roscii, dicens: miramini si iste homo, qui in agro et solitudinibus cum nullo vixerit . . . .

---

7. *immissum*] ∞ *missum* Sch. Ibid. *occideret*] G. Gr. — *occiderit* Sch. 14. *Volaterrana*] Sch. — *Voloterrana* bis G. Gr. ut saepe Codd. *Dolobella*. Ceterum, quae de Volaterra affert Schol., habent colorem loci ex Historico aliquo vel Geographo desumpti. *Ad omnes motus* corruptum videtur. Requiritur scil. ad omnes caeli partes, tractus. Fuitne: AD OMNIS. IttI. UENTOS? Georg. 4, 297. *quattuor addunt Quattuor a ventis - - fenestras*. Or. 24. *fides*] de I. F. Gronovii sententia inseruit Sch. Abest a G. Gr. 33. *quaestionem*] Sch. coni. — *quaestum* G. Gr. 34. *coniectura*] G. Gr. — *coniectum* Sch. tacite. 35. Sic posteriore aetate loquebantur pro *lucri causa* cet. Or. 36. *naturae*] Sic scripsi. — *natura* G. Gr. Sch.

Cicero arripuit luxuriae partes, expugnavit obiectionem Erueii: si enim solus in silvis fuit, luxuriosus esse non potuit.

40. *Quae res igitur tantum*] Auget rem, ut incredibile videatur crimen. Non dixit scelus, sed *furorem*. Et bene dixit *furorem*. Declaravit nisi perdita mentis sanitate non posse de parricidio cogitari.

Necesse est enim] Quae causa est, quare occidit patrem? Quia non placebat patri. Incipit alia causa.

41. *In unico filio*] Eleganter hoc intulit, quod naturale sit, ut unicis liberis quamvis potentibus promptius indulgeamus.

Omnium constantissimus] Manifeste namque quid esset constantis hic ostendit, quum contrariam posuit amentiam.

Neque odii causam] Dicendo, neque odii causam patri neque sceleris fuisse, expedita facilitate conclusit et principalem et incidentem quaestionem.

Cap. XV. 43. *Quid ais, Eruci?*] Qualitatem praediorum eam fuisse declarat, quae non magis poenae quam voluptati esset, quia dicebat pro poena duos.

Tot] A numero, *tam pulchra* a qualitate, *tam fructuosa* ab utilitate.

Illius ordinis] Illius fortunae.

44. *Quid, si constat*] Nam praefuit, ut dominum et ut patrem familias decet, non tamen relegatus a patre suo.

Cap. XVI. 46. *Etenim si tibi natura concessit*] Constabat hunc Erucium incerto patre natum. Hic autem dicebat, propter odium Roscium ruri relegatum. Modo Cicero adludit. Nam dicebat ille: „Vis nosse, quis hunc odio pater habuit? Quum duos haberet filios, quem amabat, secum habebat; quem oderat, ruri dederat." Dicit Cicero: „Agnosce, Eruci, quid dicturus sum. Si tu de incerto patre natus es, nescis, quid sit amor in filios parentum; tamen vel literis scire potuisti, a quibus alienus non es, quemadmodum diligunt patres." Et dat exemplum. „Apud Caecilium comoediographum inducitur pater quidam, qui habebat duos filios et illum, quem odio habebat, secum habebat; quem amabat, ruri dedit. Ergo vides, quis amavit Roscium pater, si quidem hunc agris dederat." „Quid ad istas nugas abis,

9. *potentibus*] I. Fr. Gronovius coni. *petulantibus*, *impotentibus*. Hoc recepit Scb. Fort. nihil aliud latet nisi *peccantibus*. Or. 12. *patri*] G. Gr. — *patris* Scb. 16. *voluptati*] De Scb. sententia sic scripsi. — *voluntati* G. Gr. Scb. „Sensus poscebat *quae potius voluptati quam poenae esset*." Schuetz. 17. *quia dic.* cet.] G. Gr. — *quia dicebat tot praedia a numero* de obscura I. F. Gronovii suspic. Scb. Hoc fere requiritur: *quia dicebat* (Erucius) *pro poena data esse*. 21. *quid*, *si* cet.] Sic scripsi. — *fortunae*. quod si constat. *nam praefuit* G. — *fortunae*, *quod si constat; nam praefuit* Gr. — *fortunae; quod si constat*, *praefuit*. Scb. 22. *tamen*] ∞ *tamquam* de I. F. Gronovii coni. Scb. 23. *Etenim* cet.] G. Gr. — *si tibi fortuna non dedit* Scb., ut est apud Cic. 24. *propter odium*] G. Gr. — *propter ipsum* Scb. tacite. 26. *quia*] G. Gr. — *cur* Scb. tacite. Ibid. *habuit*] G. Gr. — *habuerit* Scb. tacite. 28. *sum*] G. Gr. — *sim* Sch. tacite. 30. *patres*] G. Gr. — *parentes* Scb. tacite. 33. *quia*] G. Gr. — *quod* Scb. 34. *quid ad* cet.] G. Gr. — *Coepit dicere adversarius: Quid ad istas nugas abis? inquit. Quamdiu me ad fabulas vocas?* Sch. tacite. Ib. *abis*] Sch. — *habes* G. Gr.

inquit; coepit dicere adversarius; „quamdiu me, inquit, ad fabulas vocas?" Dicit Tullius: „Ego quidem habeo multorum exempla, quae proferam, vel amicorum, sed forsitan isti se nominari nolunt. Quamquam quos magis debemus ad exempla proferre quam comicos? qui ideo a poëtis inducuntur, ut illorum actibus vitae nostrae videamus imaginem."

47. *Vel tribules*] Qui de una tribu sunt, tribules dicuntur.

48. *Age nunc refer [ad] animum*] Adhuc in quaestione illa versatur, quia dicebat adversarius, ideo occisum a filio patrem fuisse, quod ruri semper dedisset operam. Hic dicit omnibus placere vitam rusticam.

Inopia criminum] Id est, quum non habet quod obiiciat Erucius Roscio, id obiicit, quod ad laudem Roscii proficit.

Cap. XVII. *Sed permultos ego novi*] Sensus huius capitis talis est: Non modo parentes filios suos volunt studio agendi detineri: in tantum putant vitam rusticam optimam, ut et ipsi studio agendi operam dent.

49. *Tu callidior quam hic*] Diversa quidem artificia sunt, sed quotiens ad finem veniunt, similia sunt, antiquarius et advocatus. Ars quidem dissimilis est, sed tamen ars est. In sua quisque arte melior illo, quum peritus in meliore parte est positus. Erucius accusator obiiciebat rusticam vitam Roscio. Dicit Tullius in hoc meliorem esse Roscium Erucio, quod melior sit ille agricola quam ille accusator, illa scilicet conditione, qua superius diximus.

Et artificium obliviscatur] Sensus talis est: quoniam Chrysogonus vituperavit vitam rusticam, desinat ipse exsequi curam colendorum agrorum, quos Roscio tulit. Nam licet doleat Roscius, quod amisit agros, tamen contentus est, si vel vitam habeat; ut ostendat crudelem esse Chrysogonum, qui ne inopia quidem aliena contentus est.

Hoc vero est, quod ferri nullo modo potest] Sensus huius capitis talis est: Causa, inquit, totius periculi agrorum possessio est: argumentum falsi criminis cultura; nam ideo accusatur Roscius, quia dives fuit. Id est inventum argumentum criminis, quoniam agros coluit; idcirco dicitur occidisse patrem, quia in agro fuit; sed tamen, inquit, liberatus est omni suspicione; nam ipsos agros aliis coluit, scilicet Chrysogono.

Cap. XVIII. 50. *Nae tu, Eruci, accusator esses*] Circa Chrysogonum. Apud antiquos ante dabant ruri aliquos. Sic militia. Dat

---

5. *illorum*] G. Gr. — *in illorum* Sch. 7. *in q. illa*] G. Gr. — *in illa q.* Sch. 15. *agendi* his] G. Gr. ∾ *agri colendi* his Sch. 18. *antiquarius*] G. Gr. ∾ *agricola* de Graevii sententia Sch. 19. *ars est*] G. Gr. — del. *est* Sch. 20. *illo, quum* cet.] G. Gr. — *melior peritus illo, qui est imperitus, in m. p. est p.* Sch. 22. *ille*] Gr. Sch. — *illo* G. 25. *colendorum*] Sch. — *alendorum* G. Gr. 26. *tulit*] G. Gr. — *abstulit* Sch. tacite. Nihil opus in hac Latinitate. Cfr. ad Manilianam §. 23. *magnam civitatem tulerat Tigrani.* 29. *nullo modo*] G. Gr. — *non* Sch. 31. *accusatur*] Gr. Sch. — *accusatus* G. 36. *Nae*] Sch. — *Nec* G. Gr. 37. *Circa Chr.*] G. Gr. — del. Sch. Ibid. *apud* cet.] G. Gr., sed hic *militiae.* — *Apud antiquos iidem dabant ruri operam, qui militiae.* Sch. Fort.: *Apud antiquos ante dabant ruri annos aliquos, sic* (i. e. in hac Latinitate, tum demum) *militiae.* Or.

autem exemplum, unde vulneret Erucium. M. Atilius Serranus semper ruri dabat operam; hic dum terrae semina mandaret, missi sunt ad eum legati. Factus est consul. Aratorium pulverem palmata tersit. Ergo hoc dicit Tullius: „Tu, Eruci, qui vituperas vitam rusticanam, valde stultus esses illo tempore, quo Serranus consul factus. Si quidem tanta innocentia agrorum est, ut civitati leges referant."

Cupide appetebant] Hic Sullam tangit, sub quo multi agros suos perdiderunt.

51. *Neque haec profero, quo conferenda sint*] Quasi hoc accusator obiiciat: „Ergo tu confers Roscium et illi Serrano et ceteris nobilissimis viris." Dicit Cicero: „Non ego confero cum his Roscium, sed volo ostendere tantum posse agros, ut maiores nostri, quum semper rei publicae darent operam, tamen semper agros coluerint."

52. *Patiebatur*] Bene dicit, *patiebatur*, quasi magis volenti obtemperaverit pater, quum ipse eum noluerit esse.

Quisquam vocabat] Id est, ad coenam. Severitatem iudicis risu relaxavit. Quoniam ille obiecerat: „Cum nullo convivium iniit;" dicit Cicero: „Quis eum pasceret, qui et in agro esset semper et nunquam invitantem invitaturus esset?"

55. *Nemini vestrum est, Eruci*] Apud antiquos eloquentia nullo praemio laudabilior fuit; si quidem omnis ars ex pretio vilior efficitur. Ergo nec accusator nec defensor accipiebat pecuniam. Modo vult ostendere orator, quia accepit pecuniam Erucius, ut accusaret Roscium. Nam ostendit cum eo inimicitias fuisse; socia ergo res est, ut hoc quadruplatione fecerit; nam si accusasset aliquis reum et vicisset, quartam partem bonorum eius accipiebat.

Legem Remmiam] Qua, qui calumniabatur, damnabatur, si crimen approbare non poterat.

Cap. XX. *Accusatores — esse*] Semper vitia vicino timore vilescunt. Ergo in his capitibus hoc dicit Cicero: in civitate semper debent plures accusatores esse, ut timeant improbi vel innocentes. Nam et innocentes damnari non possunt, nisi accusati fuerint; et si qua erit suspicio innocentibus, dum accusantur, purgari possunt. Ergo non sunt reprehendendi accusatores.

56. [*Si*] *anseribus cibaria*] In Capitolio canes et anseres cibaria solebant accipere, propterea quod anseres nuntii sunt hostium, canes ultores; quod enim illi clamoribus nuntiant, illi morsibus vindicant.

---

1. *Dot - - Erucium*] — om. haec Sch. Ibid. *M. Atilius*] de I. F. Grooovii correct. Sch. — *Manilius* G. Gr. 5. Fort. *stultus habitus esses*. Oa. 8. *perdiderunt*] G. Gr. — *perdiderant* Sch. 10. *accusotor*] de Graevii cooi. Sch. — *causator* G. Gr. Ibid. *et*] G. Gr. — *cum* Sch. (*illi* scripsi pro *illo* G. Gr.) 13. *coluerint*] Gr. Sch. — *coluerunt* G. 15. *quum* cet.] G. — om. *eum* Gr. — *quum ipse voluerit esse* Sch. 16. *coenam. Severitatem iudicis risu*] Gr. Sch. — *coenam.* Severitatem] *Iudices risu* G. 18. *quis*] Sch. — *qui* G. Gr. 20. Lege ex Cic. *Nemo nostrum est.* 29. *vicino*] Sch. — *vicina* G. Gr. 32. *improbi* cet.] — improbi. [*Accusandi sunt, si suspicione non careant*] *vel innocentes. Nam nocentes d.* Sch. *nocentes* posteriore loco recte iam I F. Gronovius proposuerat. 37. *illi m.*] — *hi m.* Sch.

57. *Literam illam*] Quotienscunque aliquem damnabant iudices, K. literam faciebant; A. absolvebant. Hoc ergo dicit Cicero: „Si aliquem sine suspicione accusaveritis, vobis crura frangantur! Literam K. sic odistis, ut etiam propter ipsam fugiatis Kalendas;" propterea quod Kalendae per K. scribuntur.

Cap. XXI. 59. *Publicam*] Bene dixit *publicam*. Ceterum privatas dixerat, ut Quintianam et ceteras.

Ut vestro consessu pro summa] Hoc vel ad notionem iudicum dixit, quos dicit ita contemptui ductos haberi Erucio, ut etiam hoc potuerit cogitare; vel certe ad irrisionem dixit.

Cap. XXII. 60. *Simul atque attigi*] Bene dixit, *attigi* potentem et qui se nollet nominari.

61. *Quae quoniam*] Erucium irridet.

De parricidio causa dicitur] Cecidit locus communis de parricidio, quemadmodum superius, non potuisse parricidium fieri sine causa.

Cap. XXIII. 64. *Non ita multis annis*] Caecilius quidam Terracinensis fuit; hic habuit adolescentes filios. Quum in uno conclavi essent, mane pater occisus est. Quum ageretur causa, argumentabantur accusatores filiorum, quod ipsi fecissent parricidium; „poterat, inquit, aliquis alius occidere, quum ibidem essent duo filii adolescentes, qui possent defendere?" Quum paene vincerentur filii, interrogarunt iudices, quomodo eos invenissent iuvenes? Dixerunt: dormientes. Tunc pronuntiaverunt iudices innocentes iuvenes; nunquam enim tale facinus habere quietem. Ostendit autem tantum valere parricidium, ut statim prodatur conscientia.

Cap. XXIV. 66. *Videtisne eos*] Orestes et Alcmaeon. Bonum in parricidio piae mentis exemplum. Isti, si credendum est, matres suas bona mente percusserunt.

Cap. XXV. 69. *Quantum prudentia praestiterint his*] Athenienses dicit, unde leges latae sunt.

Solonem dicunt] Solon quidam Atheniensis fuit; hic legum inventor.

70. *Insui in culleum vivos*] Hic locus a criticis reprehensus est; hunc autem locum alibi laudat Cicero. Sciendum tamen est, quia in hoc capite genus dicendi altum est; tractat enim de supplicio parricidarum.

Cap. XXVI. 71. *Ex quibus omnia nata esse dicuntur*] Qui parentem persequitur, naturae iura persolvit. Constat nos a parentibus nutriri. Si qui autem parentes necant, parentibus debent carere. Ex quattuor elementis constare omnia notum est, aëre, igni, aqua, terra; his etiam nutrimur; ergo ideo voluere maiores *parricidas* insui

---

5. Non opus est, ut scribamus *frangentur;* si quidem eadem constructione Schot. ad §. 84. *si voluerit - - demonstrem.* On. Ibid. *literam*] Sch. — *etiam* G. Gr. 7. *privatas - - Quintianam*] Sch. — *privata - - Quintiana* G. Gr. 9. *haberi Erucio*] Sic scripsi. — *habere Erucio* G. Gr. — *habere Erucium* Sch. 18. *essent*] Sch. — *esset* G. Gr. Ibid. *argumentabantur accusatores*] G. Gr. — *argumentabatur accusator* Sch. 24. *autem*] In Cod. superscriptum. Sch. — *tamen* G. Gr. 31. *quidam*] G. Gr. — *quidem* Sch. 33. *locum*] G. Gr. — om. Sch. (Orat. 30, 107.) 36. *iura persolvit*] Gr. — *iure persolvit* G. — *iura solvit* Sch. 37. *debent*] G. — *debebant* Gr. Sch. 39. *voluere*] G. — *voluerunt* Gr. Sch. Ibid. *parricidas*] Inseruit Sch.

culleis, ut earerent aëre, terra, igni, aqua, quae nutrirent hominem, quemadmodum parentes. Nam qui parentes necat, debet negari parentibus, id est, elementis, quae nos nutriunt.

Expiari putantur] Sic hoc dixit, quasi omnia scelera mari expientur.

Cap. XXVII. 75. *Frugem neque arborem*] Quia de rusticitate loquitur, exempla ponit arborum.

Cap. XXVIII. 77. *Te nunc, Scipio, Metellus*] Scipio urgebat, ut servi Roscii torquerentur et ex his quaereretur, a quo pater esset occisus.

78. *Veniam neque ita post ad hunc locum*] Hunc locum Cicero differt, ut contra Roscios respondeat. Nam modo se dicit impediri persona Erucii; modo, inquit, respondeam Erucio, post ad Roscios veniam. Vult autem quaerere, quomodo factum sit parricidium.

Cap. XXIX. 80. *Quid ais, Eruci? Vulgo occidebantur*] Dum quaereret Cicero, per quos Roscius patrem suum occidere potuisset, dicebat adversarius * * *

Sectores] Dicuntur, quia bona proscriptorum emunt. Hic ut adversarios tangeret, hoc dixit: „Nescis, Eruci, hoc tempore esse sectores collorum et bonorum;" nam adversarii occiderant Roscium, et bona eius emerant tamquam proscripti.

Cap. XXX. 83. *Desinamus aliquando ea scrutari*] Modo translationem facit a furtiva re. Proposuerat Cicero, ut de Chrysogoni potentia diceret; sed quia vidit superfluum, hoc dixit: desinamus ea quaerere, quae sunt inania; ad crimen veniamus, quod inveniri potest, id est, qui potuerit occidere Roscium.

84. *Alias quoque suas palmas*] Translationem fecit pugnae gladiatoriae. Nam et superius hoc dixit. Palmas enim dicimus victorias gladiatorum. Sensus autem talis est: Capito si voluerit contra nos testimonium dicere, demonstrem flagitia ipsius, quae me scire non putat.

Cap. XXXI. 86. *Quid ergo horum negari* [*non*] *potest?*] Modo probat omnia, quae dixit.

88. *Restat, iudices, ut hoc dubitemus*] Ibi accusavit; modo comparat et dicit, quia magis Roscius Capito potuerit occidere quam filius.

Cap. XXXII. 89. *Pugna Cannensis accusatorem*] Non intellegebant iudices, quid esset pugna Cannensis; sed emendavit et praesens exemplum protulit. Multos, inquit, caesos vidimus accusatores, non [*apud Trasimenum, sed*] apud Servilium lacum caesos; quia dixerat pugna Cannensis, dicit caesos, quod est pugnae.

Trasumenum (sic)] Fluvium dicit, ubi Hannibal Romanum peremit exercitum.

Servilium vidimus] Ubi Sulla inimicos suos occidit.

---

2. *negari*] In Cod. superscr. *c*, ut sit *necari*. 7. Scipio; Metellus] *Scipio*] G. — Scipio] *Metellus Scipio* Gr. Sch. (Cet. leg. *Metelle.*) 17. *quia*] G. Gr. ∞ *qui* Sch. 19. *occiderant*] Sic scripsi. — *occiderunt* G. Gr. Sch. 20. *emerant*] G. Gr. — *emerunt* Sch. 26. *fecit*] G. — *facit* Gr. Sch. 33. *quia*] G. Gr. — *quod* Sch. 35. *emendavit*] „Fort. *enodavit.*" Sch. Vel *enucleavit*. Or. 37. *apud Trasimenum, sed*] Supplevit haec Sch. 39. Trasumenum] *Flavium*] G. — Trasimenum lacum] *Trasimenum fluvium* Gr. Sch.

90. *Ferro Frugio*] In Ennio haec fabula inducitur Achillis, quo tempore propter Briseidam cum Graecis pugnare noluit; quo etiam tempore Hector classem eorum incendit. In hac pugna Ulixes vulneratus inducitur, et fugiens *ad* Achillem venit. Quum interrogaretur ab Aiace, cur fugisset, ille, ut celaret dedecus † vitium: *Quis enim vulneratus ferro Frugio?* Et quo tendit haec fabula? Scimus Sullam in pueritia turpissimum fuisse, unde Salustius dixit: *mox tanta flagitia in tali viro pudet dicere.* Frugies autem dicuntur infames.

Curtios, Marios] Isti omnes accusatores.

91. *Suis vulneribus mederentur*] Qui debebant *illo* tempore pecunias, et in ipso tumultu occidebant creditores suos.

Cap. XXXIII. 93. *Aut eorum, qui in bonis*] Id est, qui volebant alienas res sibi vindicare.

94. *Fateor me sectorem*] Modo quasi obiectio inimici est, et responsio Ciceronis; ut ille negat se potuisse occidere, hic confirmat.

Cap. XXXIV. 95. *Oris tui*] Impudentiae.

Huius maleficio fieri videtur] Multi, inquit, sicarii conscii scelerum de medio fugerunt, ut, quum in iudicium adductus esset Roscius, dum hic causam dicit, illorum scelera celarentur. Sed tamen nemo eorum Roscium accusat; tu, quum ex ipsorum numero sis, Roscium, ut videaris innocens solus, accusas.

Cap. XXXV. 98. *Automedon*] Achillis auriga fuit. Posteaquam Achilles Hectorem vicit, posuit aurigam suum in curru, ut iret et nuntiaret occisum Hectorem. Modo adludit Cicero. Roscium Achillem dicit, Glauciam Automedontem; posteaquam, inquit, occisus est Roscius.

101. *Suum volumen*] Quia testimonium contra Roscium se dicturum pollicebatur.

Cap. XXXVI. 102. *Alter ex ipsa caede*] Roscium Magnum dicit.

Alter, si dis immortalibus] Capitonem dicit.

Ita more maiorum comparatum est] Nemo in sua re testimonium dicit; ergo hoc dicit: si Africanus, potentissimus vir, aliquid ageret, in iudicio non diceret.

Cap. XXXVII. 105. *Chrysogono nuntiasset*] Roscium vult significare nuntiasse, qui etiam nuntium misit Ameriam.

108. *Si nihil in ista pugna Roscii*] Recurat. Ex magnitudine praemii ostendit istos caedis auctores; non enim pro solo nuntio tantum praemium accepissent.

Manubias Rosciis] Manubias dixit, quasi devicto hoste spolia, id est, Roscio.

---

1. *Frugio*] G. — *Phrygio* Gr. Sch. 4. *ad*] de Graevii sententia Sch. — om. *ad* G. Gr. Praeterea deberet esse: *ad Aiacem.* Or. 5. *vitium*] G. Gr. — *virium* Sch. Legam simpliciter: *dedecus suum.* Or. 6. *vulneratus*] G. Gr. ∾ *nan vuln.* Sch. 8. Cfr. Iugurth. 96. Ibid. *Frugies*] G. Gr. ∾ *Fruges* Sch. 10. *illo*] Inseruit Sch. 14. sectorem] *Modo quasi*] Gr. Sch. — sectore modo] *Quasi* G. 15. *ut*] G. Gr. — del. Sch. 16. *impudentiae*] „In Ms. *imprudentiae.*" Sch. Immo et G. et Gr. habent *impud.* Or. 22. Automedon] *Achillis*] G. ∾ *Automedontem*] *Automedon Achillis* Gr. Sch. 25. *Glauciam*] de Graevii correct. Sch. — *Glaucia* G. Gr. 32. *in iud. non diceret*] G. Gr. — *in iudicio testimonium in sua re non diceret* Sch. 33. Lege *nuntiatur* ex Cic.

Cap. XXXVIII. 109. *Venit* [in] *decem primis*] Modo ita ad Capitonem redit, et omnia repetit, quae in argumento diximus, quomodo ad Chrysogonum venit, quomodo legatos induxit, quomodo non permiserit Sullam *adire*.

110. *Chysogono nuntiat*] Idem Capito.

Illum pecuniam grandem] Illum, Chrysogonum.

111. *In privatis rebus — mandati — iudicium*] Infamem facit, ut puta: dedi alicui centum libras argenti, ut emeret mihi possessionem; ille emit sexaginta, et dixit se emisse centum, et *XL.* rapuit. Hoc quum cognitum fuerit, infamis fit. Simile crimen est pro socio, ut puta: duo socii si quis alter fraudem fecerit, condemnatus erit infamis.

Alius in alia re] Modo voluntatem tractat; quare nostra amicis mandemus negotia; vel quia, quod nos agere non possumus, alii possunt; vel quia sic amicitiae comparantur, dum nostras res amici quasi suas agant.

Cap. XXXIX. 114. *Damnatus per arbitrium*] Id est, iudicio omnium.

115. *Tantidem*] Id est, nulla.

Cap. XL. 117. *In eiusmodi vita, iudices*] Ostendit vitam turpissimam Capitonis, modo quia et apud quem praemium invenitur, et apud quem perfidia et cetera malefícia, ipsum potuisse occidere Roscium.

118. *Lanista*] Omnino Magnum dicit.

Aut hic discipulus] Capitonem dicit.

Cap. XLI. 120. *Cum Chrysogono sunt*] Ironia. Rusticus enim vult significare, ut ostendat Roscium semper ruri deditum; et Chrysogonum hos servos non tam elegantia eorum apud se habere, quam propter facti conscientiam.

Cap. XLII. 123. *Ego sic existimo, qui quaeri vellet*] Sensus talis est: qui vult verum quaeri, necesse est, ut illos servos ad quaestionem postulet, qui dicuntur adfuisse, quum caedes facta sit. Qui autem non vult ex his quaeri, necesse est, ut ipse hoc faciat.

Cap. XLIII. 124. *Venio nunc ad illud nomen aureum*] Modo dicturus de potentia Chrysogoni adludit Cicero de nomine ipsius. Solemus enim nomina ad voluptatem servis imponere, ut Smaragdum, Chrysogonum. Sic et modo Cicero, ut ostendat eum servum fuisse.

125. *Proscriptione — Valeria*] Valerius Flaccus praetor Sullanis temporibus fuit. Hic tulit legem: quicquid Sulla dixisset, lex esset. Si quid ergo ad populum tulisset Sulla, valebat lege Cornelia; si quid voluisset facere et non tulisset ad populum, hoc valebat lege Valeria.

Cap. XLIV. 128. *Intelligo, iudices, me ante tempus*] Dicebatur Ciceroni: „De capite omne certamen est, et tu de bonis Roscii dicis." Intellexit hoc Cicero. Recurat. „Scio, inquit, iudices, ut, quum

3. *venit - - induxit*] G. Gr. ∞ *venerit - - induxerit* Sch. 4. *adire*] Supplevit Sch. 9. *XL.*] Supplevit Sch. 11. *alter*] „Fort. *alteri.*" Graev. 17. *arbitrium*] G. ∞ *arbitrum* Gr. Sch. 23. *lanista*] G. Gr. — *loca ista* Sch. 27. *elegantia*] G. Gr. — *propter elegantiam* Sch. 34. *ipsius*] G. Gr. — *eius* Sch. 43. *recurat*] Sch. — *recusat* G. Gr.

pro capite mihi Roscii dicendum sit, reduviam curem." Stultitia autem medici est, ut pro capite panaricium curet. Notandum autem est, quia bona defendenda sibi dat, capitis periculum Roscio. Sed dicit haec bona non concupiscere Roscium, sed tantum, ut infamia parricidii careat.

Reduviam curem] Reduvia est vulnus ex ungue, quod Graece panaricium dicitur.

Cap. XLV. 130. *Cur tantulo venierint*] Hic ostenditur furtum. Tanta res parvum pretium habuit.

131. *Quid miramur, iudices*] Venit ad Sullam et tacuit. Noluit servare comparationem, quia scit figurata esse.

Ex loco deperdito.

In vico Pallacine] Locus ubi coenaverat Roscius.

† *Maxime metu ut Sullam scilicet*] Deribat tamen. Et ait se, id est, suspicionem suam in alium deducit. Hoc enim dicebat Chrysogonus: „Non *quia* timui, ne mihi tollerentur bona Roscii, ideo eius praedia dissipavi. Sed quia aedificabam, in Veientanam ideo de his transtuli."

Manu praedia praediis] Praediis, occasione; quemadmodum dicimus: fac ad manum illum codicem.

Hic ego audire istos cupio] In hoc capite de potentia Chrysogoni invidiam facit, ut enumeret singula deliciarum genera, quot habeat plures possessiones, mancipia; quae omnia dicit de rapinis ipsum habere.

Cap. XLVI. 133. *Authepsa illa*] Authepsa vas aquarium, quod interiecta lamina fabricatis arte fornacibus compendium portat, portati simul ignis contrarii elementi defensa vicinitas.

134. *Lecticarios*] *Lecticarii* dicuntur, qui maiores nobiles portant, ut in Verrinis legimus.

Animi et aurium] Animi est, ut pantomimum spectemus, aurium, citharoedum.

135. *A causa existimet*] Id est, a parte Sullana.

Cap. XLVII. 136. *Me pro illa tenui infirmaque*] Pro Mariana, pro equitibus Romanis.'

Quum maxime voluerim] Id est, bella civilia.

137. *Animadversum est in eos*] Id est, in Marianos.

Si id actum est idcirco] Sensus talis: non, inquit, idcirco putamus Sullanas partes contra Marianos arma tulisse, ut restitueretur

---

1. *reduviam*] Sch. — *redubia* G. — *redubiam* Gr. 2. *panaricium*] „F. παρονύχιον. Sic ad marginem Vossiani Cod. erat a quodam emendatum." Graev. „Scholiastes tamen potuit *panaricium* pro *reduvia* dicere. Sic Appuleius *de virt. herb.* c. 43. Nostri medici graviorem digitorum morbum hoc nomine appellant: (*der Fingerwurm.*)" Schuetz. 4. *infamia*] Gr. (fortasse ex suo apographo.) Sch. — *fama* G. 9. *parvum*] Sch. — *parum* G. Gr. 13. *Pallacine*] G. — *Pallacrine* Gr. Sch. 14. *metu ut*] „Legendum *metuit.*" Schuetz. 15. „Haec mendosa sunt nec facile corrigenda." Schuetz. 16. *quia*] Supplevit Sch. 17. Cod. *Beientanam.* 19. F. *manupretia* vel *manupretio.* Or. 21. *Chrysogoni*] G. Gr. ∞ *Chrysogono* Sch. 24. *aquarium*] G. Gr. — *aerarium* Sch. 25. *compendium*] — De Graevii coni. *calidam* Sch. 30. *citharoedum*] G. Gr. — *ut cith.* Sch. 34. Lege ex Cic. *quod maxime volui.*

omnibus libertas. Sin autem id actum est hoc bello, ut liberti homines aliena occupent bona, non est hoc bello data libertas, verum longe aliter. Non, inquit, quisquis vituperat Chrysogonum, iam Sullam vel nobilitatem vituperat, sed malum; nam qui vult vituperare partem Sullanam, dicit, quia Chrysogonus multum potest; qui laudare, dicit, quia tantum posse non debet ° ° ° °

Cap. LII. 152. *An vero, iudices*] † Dicit ut hoc iudicio ut omnium proscriptorum interimantur filii. Deinde dicit, hoc tantum agere Roscios, quia accusant innocentem, quum ipsi criminosi sunt.

Cap. LIII. 154. *Homines sapientes*] Sapientis viri est ei rei, quae laborat, adferre remedium.

Verum etiam hominibus] Semper vicinitas ex aliena rubigine livorem trahit. Monet autem iudices Cicero, ne crudeles sint et incassum interficiant. Quamvis, inquit, aliquis mansuetus sit, tamen visa crudelitate fit crudelior; et praesens crudelitas omittenda est et superior delenda.

FINIT ROSCIANA
INCIPIT POMPEIANA.

SCHOLIASTA GRONOVIANUS

IN

ORATIONEM PRO LEGE MANILIA.

. . . . Lucullus. Et dum persequitur, adiit multas civitates † et praeda plenis. Ab hoc ergo Tigranes inimicus factus populo Romano.

Cap. II. 4. *Relictus*] Quod eum voluntate reliquerit, quum possit occidere.

Aguntur] Periclitantur.

Exercendis] Contra exigendis.

Occupatae] Fatigatae.

5. *Bithyniae quae*] Bithynia antea a Nicomede rege tenebatur. Iste mortuus est intestatus. Pervenit ergo regnum eius ad populum Romanum. Misit ergo populus Romanus ad regnum illud tenendum Ariobarzanen.

1. *autem id actum*] de Graevii coni. Sch. — *autem ductum* G. Gr. 7. *dicit cet.*] G. Gr. ∾ *dicit id agi, ut hoc indicio omnium* Sch. 8. *Rascios* e correctione I. F. Gronovii Gr. Sch. — *Roscio* G. 9. *quia accusant*] Gr. — *qui accusat* G. — *quia accusaret* Sch. Ib. *sunt*] G. — *sint* Gr. Sch. 11. *quae*] de I. F. Gronovii correct. Sch. — *qui* G. Gr. 13. Proverbii haec speciem habent. 23. *plenis*] G. ∾ *plenus* Gr. 25. Leg. *posset*.

Quod finitimum est] Quod inter Armeniam et Asiam iacet.

Lucullum magnis rebus] Lucullus missus est bellaturus contra Mithridatem. Victoriam perdidit.

Huic qui successit] Glabrionem dicit, quod satis debilis fuerit.

Unum ab omnibus] Pompeium dicit. Virgilius: *Et petiere sibi et voluere adiungere gentes.*

6. *Primum mihi videtur*] Divisio. Partitio finit narrationem; ab hoc capite incipiunt argumenta.

Agitur] Fatigatur.

Aguntur] Pereunt.

Pacis ornamenta] Magistratus dicit.

Subsidia belli] Dixit stipendia, quae mittunt imperatoribus civitates amicae.

Cap. III. 7. *Mithridatico bello*] Mithridates quum pacem fecisset cum Sulla et dedisset Asiam, Sulla [erat] in civitatibus illis Romanum exercitum servandae fidei † Numidarum gratia posuit. Quum igitur Sulla recessisset, Mithridates illas civitates corrupit et fecit milites Romanos ab oppidanis occidi.

Sed emergere] Translatio a sole.

Asiae luce] Servavit methaphoran, quia eum emergere dixit quasi solem.

Cap. IV. 9. *Ad eos duces, quibuseum tum bellum gerebamus*] Sertorius civis quidem fuerat Romanus, sed proscriptus a Sulla fugit in Hispaniam et ibi coepit civile bellum perficere. Multo tempore pugnavit; et multos interemit Romanos iste eo tempore, quo Mithridates misit ad Sertorium dicens illi: „Tu adgredere parte ex ista Romanos, et ego ex ista, ut sint undique circumvallati."

Ut quum duobus in locis] Ex Hispania et Ponto, id est, a Mithridate et Sertorio: nam Mithridates in Ponto regnabat, Sertorius partes Hispaniae obtinebat.

10. *In altera parte*] Hic minuendo, id est, contra Mithridatem.

Eius, sed virtuti] Ubi vicit, vicit ut fortis: ubi perdidit, perdidit ut infelix.

Cap. V. 11. *Maiores nostri*] Exemplum a minore ad maius.

Naviculariis] Navicularii dicuntur, qui transferunt frumenta in urbem aut ubicunque est imperator; propter quod bellum fecere Romani.

Legati quod erant] Populus Romanus Graecis subactis permisit uti suis legibus. Mos fuerat apud omnes Graeciae civitates Corinthi habere conventum. Populus Romanus veritus, ne communi consilio novitatis consilium caperetur, misit legatos imperans, ut singulae civitates apud se contionandi haberent consuetudinem, nec liceat coadunari in unum totius Graeciae multitudinem. Exarsit iracundia turba Graecorum adeo, ut legati de contione lapidibus pulsi apud hospites laterent et nocte fugerent Romam. Iratus populus Romanus Corinthum delevit.

---

1. „In MS. post *quod* additur *ne*, sed duabus lineis indoctum." Gronov. 17. — *illas illas* Gr. Fort. *illas ipsas*. Or. 36. Lege *quos*. Or. 41. Codex *miratus*.

Qui legatum populi Romani] Mithridates legatum invenit quendam † Matilium et eum inclusit in cavea; dedit illi domicilium ferae, et cotidie efferebat et verberibus fatigabat.

Illi libertatem] Scilicet naviculariorum.

12. *Atque amicus*] Esset Ariobarzanes, si vester socius non fuisset.

13. *Omnia, et eum*] Omnes iste virtutes possidet solus.

Ad maritimum bellum] Hoc est, contra piratas pugnaturus.

Ab hostili expugnatione differant] Sunt imperatores et saepius mittuntur contra hostes † notalium civitatem defendat, et hostem quidem prohibent a rapina, ipsi tamen civitati hostes existunt.

Cap. VI. 14. *Philippo*] Regi Macedoniae.

15. *Nam in ceteris rebus*] Ut puta in naufragio nulla sine immersione calamitas: incendio quum flamma coeperit, aerumna seutitur: belli tempore bellum damna praecedunt.

Scriptura] Pecorum vectigal.

Cap. VII. 19. *Fidem concidisse*] Mithridates Asiam cepit; publicanos oppressit et omnium bona rapuit. † Ne ergo iam ad Romam credebat propter priora exempla. Necessarium ergo Pompeius eligendus est, qui semper rei publicae necessitatibus militabat.

Cap. VIII. 20. *Structas fuisset*] Bene suspendit; non etiam vicisset.

Corenorum] Romana civitas erat. Istam Cotta tenebat missus ipsam servare de servitio Mithridatis. Deinde Lucullus missus est, ut Mithridatem persequeretur. Ut venit, invenit obsessam civitatem † a Mithridatis ferre frumentum; sed milites Mithridatis ex fame paullatim morte consumebantur. Ergo mortuorum corpora milites comedebant, deinde confecti versi sunt ad fugam.

21. *Quae ducibus*] Marium dicit et Lucullum.

Sertorianis] Pontus eo tempore potuit aperiri Romanis; nam Mithridates tenebat, quo tempore Lucullus cum Mithridate pugnavit et eum vicit. Accessit alia provincia populo Romano, superante Lucullo.

Sinopem atque Amisum] Sinope et Amisus opimae sunt civitates Ponti. Istas civitates expugnavit Lucullus et cepit, et, quamvis tales erant istae civitates, tamen deletae sunt a Lucullo.

Spoliatum] Non victum, sed *spoliatum*; quasi hoc tantum Lucullus fecerit.

A nullo istorum] Multi dicebant malevoli, quod Cicero subtrahit laudes Luculli, ut erigeret Pompei famam.

Cap. IX. 22. *Primum ex suo regno*] Incongruum videtur exemplum, quod imperatori feminam comparavit; sed ex omni parte quadrare monstratur primum ex loco, quod Mithridates Ponticus fuit, quae patria Medeae est; ex fato, quod, ut illa parricidium fecit, sic et iste auctore Salustio et fratrem et sororem occidit ad postremum comparans exitium.

---

2. Lege *M'. Aquilium.* 6. Lege *solus.* Garat. 9. „Sic MS. et super *ota* hoc signum ⌒, quod etiam est Cap. 11., ubi *prohibebant* scribitur *probebant*, et soper tres primas literas idem signum: ut et Cap. 19. ubi *intercessio* exponitur *acatio*, atqoe item super tres primas literas id signum." Gronov. 17. *Nemo?* Or. 20. *instructas fuisse* Cic. 21. *Cysicenorum* Cic. 41. F. *facto.* Or.

Medea illa] Iason missus est aureum vellus adferre. Hunc Medea adamavit et eum adiuvit, deinde redeuntem ad patriam secuta est; Acetes pater eius, ubi cognovit suae filiae fugam et illius rapinam, persecutus est. Illa fugiens suum fratrem occidit et membra eius q. ter dispersit. Quum igitur Acetes illos persequeretur, vidit suum filium sparsum in via et coepit eum colligere; et quum colligit ita per funus moras, fugam lucrata fuit Medea.

Sic Mithridates] Bene Mithridatem Medeae comparavit; nam et ipsa parricida est; fertur enim fratrem suum occidisse et patrem bello superiore contra Sullam.

23. *Hunc in illo timore*] Mithridates postquam multo tempore a Lucullo fatigatus est et ibi ab illo susceptus est. Ille accepit timidum et fecit confidentem et mutavit hospitio fortunam.

Tametsi urbem ex Tigranis] Miles Romanus licet prospera pugna fuerat usus et magnam civitatem tulerat Tigrani, tamen quia multum fecerat tempus, neque suos viderant, et fortitudinem cupiditas pia frangebat.

24. *Iam hoc fere sic fieri*] Regalis fortuna quamdiu floret imperio, laborat invidia, defecta miserationem meretur.

25. *Impetum fecit. Sinite hoc loco*] Mithridates postquam fugit et a Tigrane fuit receptus, iussit milites sedere in loco obscuro, ut, quando veniat legatus Luculli ad oppida illa vastanda, contra ipsum impetus fiat. Illi sederunt. Venit legatus ad rapinam faciendam. Fit contra eum impetus: ita omnes deleti, ut nec nuntius possit existere; ita omnes exstincti sunt.

Ut poëtae solent] Omnes, qui historias scribere solent, ubi ad calamitatem veniunt populi Romani, praetereunt neque illam dicunt, ne videantur in calamitate exultare.

26. *Dimisit*] Quasi imbellem.

Multum praetereo] Ostendit se parcere Lucullo et non tantum dicere, quantum meretur audire.

Novus imperator] Glabrio.

Cap. X. 27. *Antiquitatis memoriam*] Apud antiquos magni erant viri fortes.

28. *Ego enim sic existimo*] Prima divisio fuit: primum dicendum est de genere belli, tunc de magnitudine, de imperatore. Nunc divisionem facit, quid debet habere imperator. Omnes imperatores quattuor debent ornari virtutibus. Primum debet esse in bellis peritus, ut scientia omnia pericula venientia superet: deinde debet esse fortis; nihil enim valet peritia, nisi accessit virtus: deinde strenuus in bello debet esse: deinde felicissimus. Cicero ultimum posuit, quod est necessarium. Lucullus in istis omnibus fuit peritissimus, fuit fortis, sed infelix.

Patris exercitum] Sagii aliquando civitatem petiere Romanam.

2. *redeuntem*] Gr. — *redeunte* G. 5. F. *per iter*. Gronov. 9. F. *ipse*. 12. „Deest f. *ad Tigranem confugit.*" Gronov. Ib. *timidum*] Gr. — *timidam* G. 16. Lege *viderat*. Or. 30. *multa* Cic. 36. *de*] G. — *dein de* Gr. 41. F. *Socii*. Gronov.

Hos adversum senatus. Irati arma sumpsere, missis principibus. Contra hos pater Pompeii missus est. Patri filius legatus fuit puer in studiis ad bellum maturus.

Extrema pueritia] Veniente Sulla contra partes Marianas, Pompeius ex militibus patris magnum comparavit exercitum; Sullae, quum tyrannidis rumoribus notaretur, tradidit se Pompeius.

Maximi exercitus] Contra Clupeanos fugitivos.

Quam quidam cum inimico] Nunc fuit tanta contentio verborum inter inimicos, quantas contentiones telis confecit.

Quam ceteri legerunt] Constat Lucullum usque ad tempora consulatus expertem fuisse bellorum, post in consulatu historiis studuisse, ut bella destituta cognosceret. Hunc in illo dialogo, qui scribitur Lucullus, Cicero docet, unde et in Hortensio Lucullus historiam laudavit. Bene ergo, *plura bella gessit*, et attendit Lucullum, *quam[quam] ceteri legere*.

Cupierunt] Ut dicit Salustius, Lucullus pecuniam Quintio dedit, ne illi succederetur.

Non alienis] Semper unus quisque, qui militiam ingreditur, legit aliena facta et ita firmatur.

Praeceptis] † Praeter Lucullum secum habebat monitores.

Suis imperiis] Ergo Pompeius non legendo, sed videndo factus miles.

Offensionibus] Propter Lucullum, qui in Ponto perdidit militem.

Civile] Sullanum. *Africanum*] contra Domitium et Clupeanos. *Transalpinum*] Gallicanum. *Hispaniense*] contra Sertorium.

Servile] Contra reliquias Spartaci.

Cap. XI. 30. *Testis Italia*] Namque Sulla contra Mithridatem dimicante Mariani occupaverunt rem publicam, ita ut omnis fugata nobilitas ad Asiam perveniret. Pompeius inter haec militem collegit voluntarium, cumque tradidit Sullae, unde Sulla dicebat Pompeii virtutibus liberatam Italiam.

Testis Sicilia] Quia fugientem praeoccupavit Carbonem.

Gallia] Propter Hispanos irrupit Gallos occidit.

32. *Vectigalibus novis*] Piratae quum multas civitates ceperunt, etiam vectigalia annua prohibebant.

Cap. XII. 32. *Quum legati populi Romani*] Legatum quendam oppressum a piratis pretio uxor liberavit.

Duodecim secures] Milienus consul captus cum legatis suis et cum insignibus imperii venundatus est.

33. *Portus*] Asiae portus cepere piratae.

Spectante populo Romano] Videbat populus Romanus, quum raperetur vectigal.

---

1. Sic distinxi. Ex usu huius scriptoris saepe verbum substantivum in talibus narratiunculis omittentis dictum est *Hos adversum senatus* scil. fuit. Vulgo: *Hos adversum senatus irati arma sumpsere*. Or. 4. *pueritia*] Gr. — *peritia* G. Praeterea Edd. lemma Tullianum haud agnoverunt. Or. 7. Sic Codex a sec. manu. — *Clipeanos* a prima m. G. Gr. 8. *quisquam* Cic. Ibid. Fort. *nunquam*. Gronov. 12. An *bellica instituta?* Or. Ibid. F. *hoc*. Graev. Ibid. *inscribitur?* 14 *quam*. Graev. 19. Fort. *propter Lucullum, qui secum* cet. Or. 31. *et occ.?* 32. *vectigal vobis* Cic. 33. — *probebant* cum signo ⌒ Codex. — *praebebant* Gr. 36. *Bilienus* s. *Bellinus*, Plutarcho Βελλῖνος. 39. *Inspectante praetore* Cic.

Cap. XIII. 37. *Quae enim imperatorem*] Aut Glabrionem, qui Ciliciae praeerat, aut Marium dicit.

Centuriatus] Ordo est militaris dignitatis.

Qui pecuniam] Quando ibat Lucullus ad bellum, ceperat pecuniam infinitam, ut suis militibus bello daret. Iste accepit et partem pecuniae dedit multis magistratibus, ut eorum auxilio non succederetur.

Vestra murmuratio] Multi dicebant scientes talia fecisse Lucullum. Dicebant latenter, quod de Lucullo dicit, propter divisam pecuniam magistratibus.

38. *Nostri imperatores*] † Procaelius quidam Romanus imperator iter faciens ingressus in provinciam postulabat pecuniam. Si non illi dedisset, provinciam illam expugnabat.

39. *Sed ne vestigia quidem*] Semper qui rapit manus suae vestigia relinquit . . . . † metro farrem Marcello Mario exercitatus, id est, bella commissa.

Cap. XVII. 50. *Ipsis locis assit*] Glabrio erat in Asia, hoc est, in Mithridatico bello, et Pompeius in maritumo. Hoc ergo dicit, quod si data fuerit Pompeio potestas, iuxta est, ut citius possit accipere a Glabrione exercitus.

Cap. XVIII. 55. *Exuviis navium*] Primum populus Romanus contra Thraecs bellum gessit, et duodecim capitibus navium rostris forum ornavit, non, ut imperiti dicunt, Karthaginiensium navibus.

Cap. XIX. 58. *An Facidius Metellus*] Ciceronis familiares erant, ut, quando probatione defecit, utatur exemplis.

Cuiusquam initia] Edictum proposuerat, ut nemo referat de Pompeio, ut ipse hoc bellum experiatur.

Intercessio] Intercessio dicitur † aeatio dictionis tribuni plebis.

Cap. XX. 60. *Cimbris*] Gallis. Lucius Philippus dixisse dicitur consulibus Sertorianum bellum detrectantibus: Pompeius electus est. Quum interrogarentur patres, qualis debeat cum potestate mitti, Philippus consul ridens ignaviam, proconsuli dicit. Cicero hoc caput, quasi hoc dixerit laude Pompeii, non consulum vituperatione.

Cap. XXII. 65. *Quod enim fanum putatis*] Omnia in Lucullum figurate dicuntur.

Cap. XXIII. 68. *Publius Servilius*] Iste florebat; in senatu princeps erat; amabatur a populo.

Cap. XXIV. 69. *Manili*] Gaius Manilius tribunus plebis.

70. *Ut hominem praestare*] Sed temeritatis est sibi repulsiones pericula polliceri. *Praestare*, promittere.

71. *Obscuras partim*] Luculli et Hortensii.

FINIT POMPEIANA INCIPIT MILONIANA.

---

1. *Quem* Cic. 4. Ao *peticrat?* Or. 7. *admurmuratio* Cic. 13. *vestigium* Cic. 15. Corrupta haec referuntur ad C. 16. §. 47. 20. *nauticis* Cic. Sed leg.: Exuviis] *Nauticum primum* cet. Or. 21. F. *Antiates.* Gronov. Ib. *captis.* Idem. 23. *C. Falcidius. Q. Metellus.* 27. *aeatio*] G. — *actio* Gr. ∞ *vetatio.* I. Gron. 32. Hic locus ex C. 21. et Plutarcho, quem ibi laudat Hotom., facile sic emendatur: *quali - - pro consulibus dixit. Cicero hoc capit quasi* cet. Garat. Adde Orosium 5, 23. p. 356. Hav. Or. 38. An *repulsionis?* Or.

SCHOLIASTA GRONOVIANUS

IN

ORATIONEM PRO MILONE.

Quodam tempore Clodius de uxore Caesaris incestas amoris traxerat flammas. In templo Bonae deae habitu muliebri cum uxore Caesaris inventus est. Conscientia sceleris fugit Interamnam. Cicero eum vidit fugientem; et contra eum, dum accusaretur Clodius, testimonium dixit. Hinc primo inimicitiae ortae sunt inter Ciceronem et Clodium. Dehinc post, dum liberaret Cicero rem publicam a conspiratione civium, dum aliquos occidisset, invidiam passus a Clodio tribuno plebis, qui de patricia familia in plebeiam transierat. Ciceronem in exsilium misit. Postea Milo amicus Ciceronis tribunus plebis de exsilio Ciceronem revocavit. Quodam tempore petebant consulatum Hypsaeus, Scipio et Milo. Clodius contra Milonem fuit et obstitit, ne peteret consulatum. Interea Milo factus est dictator Lanuvii, ut sacrificium faceret Iunoni Sospitae et flamines procrearet. Clodius, dum hoc audisset, Lanuvium proditurum Milonem, processit ante fundum suum, ut insidias in Albano collocaret. Milo autem profectus fuerat cum uxore et ancillis. Occurrit ei Clodius in via. Coepit uxorem eius iniuriis provocare. Pugna inter eos commissa occisus est Clodius. Postea corpus ipsius Cloelius et Plancus ad urbem adduxerunt. Triduo ad invidiam Milonis cadaver iacuit. Deinde lata fuerat lex, ut servi Milonis in caput domini torquerentur. Hoc Milo videns, ne servi eius crimen confiterentur ab ipso Clodium occisum, eos manumisit, ut iam liberi torqueri non possent. Deinde Pompeius iusserat, ut de morte Clodii extra ordinem quaereretur; hoc est, eo tempore, quo iudicia silebant. Deinde quoniam viderat et reum et amicum Caesaris, armatis cinxit ipsum iudicium, ne ullo modo evadere posset. Status in hac oratione est relativus; hoc est: *feci: sed meruit;* hoc est: *insidiantem occidi.* Genus causae admirabile ex eo, quod armatis circumdatis Milo obsidebatur.

---

4. om. *amoris* Sch. 6. *Interamnam*] Sic scripsi — *Interamna* G. Gr. Sch. 11. *plebeiam*] de I. F. Gron. correctione Sch. — *plebem iam* G. Gr. 13. *Hypsaeus*] de I. F. Gronovii correct. Sch. — *Nepseus* G. Gr. 15. *Lanuvii*] Sch. — *Lanubi* G. Gr. 16. *Sospitae*] de Gronovii corr. Sch. — *opite* G. Gr. 17. *processit*] G. Gr. — *successit* Sch. tacite. 19. *ei*] Sch. — *et* G. Gr. 28. *posset*] Sch. — *possit* G. Gr.

Cap. I. 1. *Etsi vereor*] Armatis cinctum iudicium. Pompeius imminet. Timet, ne iudices ad huius arbitrium timore commoti iudicent. Ideirco laborat principio, ut adimat iudici timorem. Sed non potest aliter demere, nisi suam miscuerit personam; ut, quum sibi solatium dederit et dixerit se non timere, recreet animum iudicum. Deinde persona Milonis fortis est, quae supplicare non novit.

Viro dicere] Dicebat Cicero insidias Miloni a Clodio factas. Ergo quoniam obiiciebatur ei, quare vicit, si huic sunt * * *

CETERA DESUNT.

---

5. *recreet*] Sch. — *recreat* G. Gr. 6. *quae supplicare non*] G. Gr. — *qua supplicare rem* Sch.

OPERA BOTANICA, MEDICA, PHILOLOGICA ET THEOLOGICA

APUD

ORELLIUM, FUESSLINUM ET SOCIOS

TURICI PROSTANTIA.

Commentacii da rebus pertioent. ed Cerd. Quirinum. 2 Part. med. 8. 1750. 1 Rthl. 1 fl. 30 kr.

Didymi Clerici Peophetae minimi Hypercalypseos liber aingularis. 4. 1815. 3 Rthl. 16 gr. 5 fl. 30 kr.

Elamanta grammaticae latioaa exemplis et praeceptis tradenda tirooibus. Edit. 5a. 8. 1825. 20 gr. 1 fl. 15 kr.

Fraomenta Oratoeum Romanorum ab Appio ioda Caeco et M. Porcio Catone usqua ad Q. Aurel. Symmachum. Collegit atqoe illostr. H. Meyerus. med. 8. 1832. 2 Rthl. 5 fl.

Fuesslini, J. C., Epistolae ecclesiae helveticea refnrmator. vel ed eos scriptae, quibus multa theol. hist. polit. et maxime eccies. contioentur, ex autogrephis. med. 8. 1742. 16 gr. 1 fl.

Gaudin, J., Agrostologia helvetica, defioit. descriptiooemque graminum et plantarum eis effioium in Helvetia spoote nascant. complactaos. 2 Tom. med. 8. 1811. 4 Rthl. 6 fl.

— — Flore Helvetica siva historie stirpinm hacusqne cogniterum in Helvetia et in tractibus contermiuis ant sponta nascentium aut in hominia animaliumqna usus vulgo cultarum contiuuata. Vol. I—VI. Cum XXVIII. Tab. eeneis illumin. med. 8. 1828—1830. Charta ord. 20 Rthl. 20 gr. 51 fl. 15 kr. — Charta scripta 27 Rthl. 4 gr. 40 fl. 45 kr.

Gaнhart, R., Aetiologia de magnetismo naturali. mad. 4. 1803. 10 gr. 40 kr.

Glarrani, H. L., Descriptio Helvetiae, o. Mycooii commentar. med. 8. 1737. 3 gr. 12 kr.

Gouan, Ant., Illustratiooes at observatiooes botenicae etc. cum iconibus ex oaturae typo et magoltudine naturali ab euctore delineetis etc. med. Fol. 1773. 3 Rthl. 12 gr. 5 fl. 15 kr.

Haoanauchii, J. C., de Diptycho Brixiaoo Boethii coosolis, Epist. epigraph. ad C. Quirioom, c. fig. med. Fol. 1749. 4 Rthl. 6 fl.

Halleri, Alb. a., Bibliotheca hotanica, qne soripta ad rem harbariam facientia, a rerum initiis receoteotur. 2 Tom. med. 4. 1771—1772. 7 Rthl. 12 gr. 11 fl. 15 kr.

— — Bibliothaca anatomica etc. 2 Tom. med. 4. 1774—1777. 8 Rthl. 16 gr. 13 fl.

Haoatschwailea, J. M., Commeotatio hotaoica, sistens descriptionem Scitaminum L. noonuior. nac noo Glycines Heterocarpae. Cum Tab. een. VII. med. 4. 1813. 12 gr. 45 kr.

Halpeatci, sive, ut elii arbitrantur, Angilberti, Karolus Magnus et Leo Papa. E Cod. Turicansi Seo. IX. amendavit Jo. Casp. Orellius. med. 8. 1832. Cherta ordin. 12 gr. 48 kr.
— velin. britt. 16 gr. 1 fl.

Hessii, J. J., Emandatiooia Sacrorum beneficiom immortala nostris non minus et posterorum, qnam maiorum usibus inserviaos, orationa Feriis saecularibus praevia. 4. 1819. 12 gr. 45 kr.

Hiezeli, J. H., Fundementa punctat. liognee sanctee. 8. 1727. 6 gr. 24 kr.

— — S., Disquisitin de magistratns in urba Tigurina in reformationis opera preestitn officio. med. 8. 1811. 12 gr. 45 kr.

Hottinoar, J. H., Mioisterium soleoois expiatiooum diei inxta ductum legum Mosaicarum. med. 4. 1754. 2 Rthl. 3 fl.

— — J. J., Diatribe philosophico-theologice da miraculis, coi ediectus est eacursns philos. ad doctrinam Bnnneti, V. C. 8. 1770. 4 gr. 15 kr.

— — Disputatio Stolpieoa de sensu hooesti. 8. 1776. 8 gr. 30 kr.

— — Oratio da ceota oppngnaodis opinionihue vulgi religiosie. 8. 1794. 4 gr. 15 kr.

— — Opuscnla oratorie. med. 8. Charta script. 1 Rthl. 12 gr. 2 fl. 15 kr. — Charta ord. 1 Rthl. 8 gr. 2 fl.

Inscriptionum latinarum salacterum emplissima collectio ad illustrandam Romanae antiquitetis discipliomam accommodata ac magnarum collectionum sopplemeota complura amandationesque axhihens. Cum ineditis Jo. Casp. Hagenhuchii suisqua ednotationihus edidit Jo. Casp. Orellius. Insunt lapides Helvetiae omnes; accadunt preeter Foggioii Kaleuderie antiqua, Hagenhuchii, Meffei,

Ernestii, Reiskii, Seguierii, Steinbruechelii epistolae aliquot epigraphicae nunc primum editae. II Vol. Lexic. 8. 1828. Charta ord. 8 Rthl. 12 fl. — Charte script. 10 Rthl. 15 fl.

Isocratis, Oratio de permutatione ex Cod. Msstis suppleata ab Andrea Mustoxyde, rec. et var. lect. adj. Jo. Casp. Orellius. med. 8. 1814. 1 Rthl. 16 gr. 2 fl. 30 kr.

— — dieselbe mit Anmerkungen und philologischen Briefen begleitet von Jo. Casp. Orelli, nebst zwey Anhängen. gr. 8. 1814. Druckpap. 3 Rthl. 8 gr. 5 fl. — Schreibpapier 4 Rthl. 6 fl.

— — eus demselben J. Conr. Orelii über Xenophons Gastmahl besonders abgedruckt, mit Anmerkungen von Bremi. gr. 8. 1814. 6 gr. 24 kr.

Kempis, Thomas a, de Imitatione Christi libri IV. 12. 1822. 16 gr. 1 fl.

Kocheri, D., Rudimente grammat. hebreae. 8. 1766. 12 gr. 45 kr.

Mülleri, Joh., Bellum Cimbricum. med. 8. 1772. 6 gr. 24 kr.

Musaum Helveticum, ad luvandas litteras in publicos usus apertum, 28 particulae. med. 8. 1746—1753. 5 Rthl. 20 gr. 8 fl. 45 kr.

Orellii, J. Casp., selecta patrum ecclesiae capita ad εισηγητικην sacram pertinentia. Part. I—II. 8. 1820—1821. 16 gr. 1 fl.

— — Symbolae criticae et philologicae in C. Corn. Taciti Germaniam e cod. praes. Turic. denno excusso. 4. 1819. 9 gr. 36 kr.

— — historia critica Eclogarum ex Salustii historiarum libris. Accedit descriptio editionis Martialis epigrammaton Romanae anni 1473. med. 8. 1832. 6 gr. 24 kr.

Phaedri, Aug. Lib., Fabulae Aesopiae. Prima editio critica cum integra varietate codd. Pithoeani, Remensis, Danielini, Perottini et editionis principis, reliqua vero selecta. Acced. Caesaris Germanici Aratea ex fide Codd. Basil. Bern. Einsiedl. Freiberg. ed. Venetae 1488. emendata et suppleta. Pervigilium Veneris ad Codd. Salmas. et Pith. exactum ab Jo. Casp. Orellio. Editio altera, aucta Phaedri Fabulis novis ab A. Maio redintegratis et P. Syri sententiis XXX. Turici repertis. med. 8. 1832. 1 Rthl. 8 gr. 2 fl.

Plutarchi Consolatio ad Apollonium. Recognov. et commentariis illustravit L. Usterius. Accedit varietas lectionis et Jo. Casp. Orellii spicilegium criticum. med. 8. 1830. 1 Rthl. 1 fl. 30 kr.

Rauchenstein, R., Observationes in Demosthenis orationem de Corona. 8. 1829. 6 gr. 24 kr.

Sallustii, Philosophi libellus de Diis et Mundo graece et latine emendat. edid. J. Conr. Orelius. med. 8. 1821. 1 Rthl. 8. gr. 2 fl.

— — Orationes et epistolae ex histor. libris deperditis. Ad fidem cod. Vatic. recensuit atque in scholarum usum edidit Jo. Casp. Orellius. med. 8. 1831. 9 gr. 36 kr.

Schellenberg, J. R., cimicum in Helvetiae aquis et terris degentium genus, in familias redactum. med. 8. 1800. Charta velin. britt. 4 Rthl. 6 fl. — Charta script. 3 Rthl. 4 fl. 30 kr.

Scheuchzeri, J., Agrostographia, sive graminum, iuncorum, ciperorum iisque affinium historia; access. A. v. Halleri appendices IV.; editio nova, c. fig. 4. 1775. 2 Rthl. 3 fl.

Sermonis latini origines cum suis derivatis etc. 8. 1782. 8 gr. 30 kr.

Suiceri, J. C., Lexicon graece-latine et latine-graece. 4. 1683. 1 Rthl. 8 gr. 2 fl.

— — novi Testamenti glossarium graece et latine. med. 8. 1744. 10 gr. 40 kr.

Suter, J. R., Flora Helvetica, exhibens plantas Helveticas phanerogamas. Alteram Ed. edidit et auxit Dr. Jo. Hegetschweiler. 2 vol. 12. 1822. 3 Rthl. 4 fl. 30 kr.

Testamentum novum graece ex recens. Th. Bezae. 12. 20 gr. 1 fl. 15 kr.

Usterii, L., Commentatio critica, in qua Ioannis evangelium genuinum esse, ex comparatis IV. evangeliorum de coena ultima et de passione J. Chr. narratione. ostenditur. med. 8. 20 gr. 1 fl. 15 kr.

Wahlenberg, G. de, de vegetatione et climate in Helvetia septentrionali inter flumina Rhenum et Arolam observatis et cum summi septentrionis comparatis; cum tabula montium altitudinem, terminosque vegetationis ostendente, et tabula temperaturae, nec non tabule botanica I. med. 8. 1813. 5 Rthl. 8 gr. 5 fl.

Zimmermanni, J. J., Opuscula theologici, historici et philosophici argumenti. 2 Tom. 4. 1751—1759. Charta ord. 4 Rthl. 16 gr. 7 fl. — Charta script. 6 Rthl. 9 fl.

— — de miraculis, quae Pythagorae, Apollonio Tyanensi, Franc. Assisio, Dominico et Ignatio tribuuntur libellus. Editio 3tia. med. 8. 1762. 16 gr. 1 fl.

Argonauten, die, des Apollonius. 8. 1779. 12 gr. 45 kr.

Ciceronis, M. T., Eclogae, gesammelt vom Abt d'Olivet, und zum Gebrauche der Schulen von Neuem mit Anmerkungen erläutert von J. J. Hottinger. 3te Aufl. Mit neuen Zusätzen und Verbesserungen von J. J. Ochsner. gr. 8. 1828. 1 Rthl. 8 gr. 2 fl.

— — Bücher von der Divination; aus dem Latein. von J. J. Hottinger. 8. 1789. 12 gr. 45 kr.

Heraklides Pontikus über Homer's Allegorien; aus dem Griechischen von J. G. Schulthefs. gr. 8. 1779. 4 gr. 15 kr.

Hierocles, Auslegung der goldenen Verse der Pythagoräer; aus d. Griech. v. J. G. Schulthefs. gr. 8. 1778. 8 gr. 30 kr.

Homer's Leben, von einem Ungenannten; aus d. Griech. von J. G. Schulthefs. gr. 8. 1779. 5 gr. 20 kr.

Lucian's Schriften; aus d. Griechischen von H. Waser. 4 Bde. 8. 1768—1773. 2 Rthl. 3 fl.

Müller, J. G., Briefe über das Studium der Wissenschaften, besonders der Geschichte. Neue Aufl. 8. 1817. 1 Rthl. 16 gr. 2 fl. 30 kr.

Phocion's Gespräche über die Beziehung der Moral mit der Politik; aus dem Griech. des Nicocles und mit Anmerkungen nach dem Französ. des Abt Mably. gr. 8. 1764. 16 gr. 1 fl.

Plato's Gorgias, ein Gespräch von der Redekunst; aus d. Griech. von J. G. Schulthefs. 8. 1775. 8 gr. 30 kr.

— — Gastmal oder von der Liebe; übersetzt von J. G. Schulthefs, mit F. A. Wolf's Einleitung. 2te vermehrte und durch J. Casp. Orelli berichtigte Aufl. 12. 1828. 12 gr. 45 kr.

Plutarch's auserlesene moral. Schriften; a. d. Griech. v. F. Nüscheler. 4 Bde. gr. 8. 1768—74. 2 Rthl. 4 gr. 3 fl. 15 kr.

Simplicius Epictet; aus dem Griechischen von J. G. Schulthefs. gr. 8. 1778. 16 gr. 1 fl.

Tacitus, C. C., Geschichtbücher, übersetzt v. H. Gutmann. Mit philolog. und histor. Anmerkungen. gr. 8. 1824. 1 Rthl. 12 gr. 2 fl. 15 kr.